DD XX 60

~~H. X. 19~~

10 x

Occ. p.

J H Bissing til Lerupsi

225


Consl: 16x.c



Iac. Andr. Fridrich Sc. Aug. Vind.

MARTINI NAURATHI,
JCTI Hasso-Cassellani,
TRACTATUS DUO SINGULARES,
De
RATIONARIIS,
Von Berechneten Dienern,
Et de
JURE SUBDITORUM,
Quibus
Universum Jus Officialium & Subditorum, in compendio explicatur, & usui hodierno accommodatur.

EDITIO QUARTA
Correctior, & auctior eleganti Dissertatione
DN. PHIL. DAV. VON KIRCHEIM,
Eq. Alsat.
De Rationibus & Rationariis.
Cum Indice diligenti cura confecto.



Colleg. Bamb. S.J.
Legato
Seb. Heim

Ulmæ, Apud DAN. BARTHOLOMÆI, 1727.

PRÆFATIO AUTORIS

Tertiæ Editioni præmissa.

N*Eminem vel mediocriter in Historiis versatum latere arbitror, quod à multis privatæ & mediocris vitæ commoditates, amplissimis honoribus & splendidis dignitatibus prælatæ sint, eosque potius, qui illas, quàm qui has consecuti essent, felices pronunciaverint: Hinc quidam dubium moverunt: Num quis extra certum aliquod vitæ genus privatim & absque peccato vivere possit?* (Vel: An subditus ac civis ad munus aliquod publicum, in Aulâ vel Curia obeundum idoneus, legitimam vocationem

Principis aut ſuperioris ſui, amore vitæ privatæ, & quietis domeſticæ, ſpernere & recuſare poſſit?) Obs rathſam [ut Politici noſtri quæſtionem formant,] daſs ſich ein verſtändiger Weltmann, ſonderlich zu dieſer Zeit, der Politic befleiſſe, und nach Herrendienſt trachte? *In principium movens & rationes ſupradictæ opinionis, ſi inquiris, variæ dantur à variis: Quidam putant, à ſtrepitu rerum publicarum ſemotos, piis meditationibus & precibus melius invigilare poſſe: quidam pro fundamento habent fugam periculorum, calumniarum & moleſtiarum, & quod in Regiminibus plurimæ reperiantur difficultates. Si enim homines cogitarent,* inquit Origines in libr. Num. hom. 20. *quomodo Principes (idem de Conſiliariis, aliisque ad aliquam Regiminis partem vocatis, dicere licet) atque Rectores pro ſubjectorum peccatis coguntur reddere rationem, nunquam cuperent neque ambirent Populi Principatum, ſufficit mihi enim,* inquit, *pro peccatis propriis argui, ſufficit mihi pro memetipſo reddere rationem. Hanc laudem & votum privatæ vitæ etiam tribuit* Carolus Rex Arragoniæ & Siciliæ, *cujus orationem ante mortem memorabilem & pietatis*

plenam

plenam ita refert Lucius Marineus de rebus Hiſpanic. lib. 18. prope fin. *Mox reſpirans, & jam recluſis oculis omnes qui aderant aſpiciens, O vanas, inquit, hominum cogitationes! ô Miſeros omnes, qui ad Principatus aſpirant: qui divitias, opes & nimios honores affectant! ô felicem pauperum conditionem, & illorum ſecuram vitam atque beatam, qui panem comedunt cum ſudore ſui vultus, qui vi-vunt labore manuum ſuarum! Nam mihi miſero, quid Regnum, quid homines, quid obſequia plurimorum contulerunt? Quid? Labores ſcilicet magnos, & multa corporis atque animæ pericula, nec unquam ætate tàm longâ potui mihi dies aliquot videre bonos, ô me miſerum & infelicem, qui tàm ſerò fallacem mundum cognoſco! Qui vitam certè vixiſſem multò meliorem, ſi non Rex, ſed pauperis agri cultor fuiſſem! Non abſimile aliquid refertur* de Carolo V. Imperatore, *Eum videlicet dicere ſolitum fuiſſe, ſe reſignato* * *Impe-*

* Admodum memorabile reſignationis Exemplum ſuperiore ſæculo edidit *Carolus V. Imp.* Qui An. 1556. menſe Septembri, Fratri *Ferdinando*, Germaniæ Regi, Republicâ commendatâ, literisque ad Septemviros & Proceres datis, petiit, ut eundem pro Romanorum Imperatore agnoſcerent, ac ei obtemperarent, in Hiſpaniam

Imperio plus voluptatis & delectationis in suâ monasticâ solitudine uno die percepisse, quàm ex omnibus suis victoriis atque triumphis, quibus præ cæteris felix habitus fuit. Idipsum sensit, vel exoptavit potius Excellentissimus ille Legatus Cæsareus Augerius Busbeckius, Epist. 4. *ex aula Turcica redux, & otium honestum atque quietem in vita privata exoptans: Evolare, inquit, me ex aula, & domum redire gestientem retinent etiam privata negotia: Nam mihi quidem vita aulica usque quaque cordi non est; notæ mihi ejus ærumnæ, falso splendore*

spaniam trajecturus cum *Eleonora* & *Maria*, Regis sororibus, conscensâ navi, circiter sexaginta triremibus comitantibus in *Zelandiam* pervenit, indeque *Cantabriam* versus adnavigans, prosperis ac secundis ventis in portum *Laredi*, quod est oppidum ejus Regionis, applicuit: Cùm primùm descensionem fecit, in genua procidens, dicitur Deo gratias egisse, quod sub finem vitæ suæ divina clementia sibi concessum esset, in eam provinciam, altricem non minus victoriarum, quàm corporis, pervenire, cui in tot beneficiorum remunerationem, ossa se largiturum promisit. Deinde paucorum dierum interjectu, in Regionem *Estramadura* vocatam, ac desertum locum se recepit in monachorum D. Hieronymi Cœnobium Eremitarum. *P. Bizarrus lib.* 23. *Histor. Genuens. lib.* 23. De cessione hâc Carolinâ plura vide apud *Goldast. tom.* I. *Constit. Imp. p.* 576. & *in Polit. Imper. part.* 7. *disc.* I. *Thuan. Histor. lib.* 21. *Carpz. ad L. Reg. German. cap.* II. *Comitiolog. Ratisb. p.* 58.

dore multæ ejus miseriæ obtenduntur, fuci in ea multum, candoris parum est, nulla est aula, quæ vacet invidiâ, in quâ non desideretur amicitiæ fides, ubi voluntatum mutatio, & subita ruina metuenda non sit: Nam Principes & ipsi homines sunt, vidi, qui centum amicis stipatus regiam adierat, irato Rege, vix cum uno comite redire: Aula vera bona non novit, nisi serò: umbris, famâ, specie, fallaciis, errore populari ducitur, ut eos fortunatos ducere non dubitem, quibus illa citò, & cum parvo incommodo defungi datum sit. Optabile est, sibi posse vivere, & Musis, & cum paucis, & non fallacibus amicis in agelli angulo consenescere, aut nulla est in hoc terrestri exilio antea demum vera vita est, nimirum cum sæpè in aula pluris fiat nobilis scurra, quam vir bonus, ut non absurdè boni viri inter aulicos speciem oculis subjecisse videantur, qui asinum pinxerunt inter simias: de communibus aulis loquor, nam me non fugit, multas atque hanc præcipuè viris in omni laudis genere præstantissimis, tanquam rarissimis luminibus illustrari: ut ut sit, mihi solitudo & studiorum nutrix, quies, turba & strepitu aulico potior, &c. Hactenus Busbeck-

 cit.

cit. loc. *E contra ſunt etiam multi, quibus rectum non videtur, quod ex reditibus ſuis viventes ab omni munere publico ſe abſtrahant, licet ad gerendum illud ſatis ſint idonei: nam* primò, *dicunt, eſſe hoc contra ordinationem Dei, qui ideo diverſa genera inſtituit, ut quilibet in certâ quadam ſtatione reperiatur, ſine quâ nemo conſcientiam ſuam tranquillare poteſt, an opera ſua qualiacunque Deo placeant: placere autem non poſſunt, ſi vitæ ſuæ inſtitutum non eſt à Deo.* Deinde, *vult* DEUS, *ne quis talentum ſuum defodiat, ſed dona ſibi divinitus conceſſa in utilitatem proximi adhibeat, ut* SALVATOR NOSTER *in Parabolâ docet* Matth. 25. *Qui ergo ſapientiâ, Eloquentiâ, diſcretione & Judicio divinitus ſunt ornati, quique eruditionis ſupellectilem aliquam ſibi comparârunt, malè faciunt, ſi intra privatos parietes deliteſcunt, quia non nobis tantùm nati ſumus, ſed partem aliquam patria, Parentes & liberi, partem etiam Eccleſia & Reſpublica ſibi vendicant.* D. Vultej. in tract. poſthum. de Jud. lib. 1. c. 1. n. 3. Hiſce addimus, quæ poſt hæc ſcripta legimus *ap. Lev. Moltke. Tract. de diverſ. homin. propoſ. & conat. p. 19.* ubi

ita

ita ſcribit: Fata ſequi tenemur, & nati ſumus, ut multis proſimus: in aulis & rerum civilium tractatione campus offertur largiſſimus, multis officia præſtandi. Quia te Deus ad hanc vitam vocavit, officii tui eſt, ei in illâ inſervire. Et ſi tu Reip. malè adfectæ opem ferre poſſes, tamen detrectes, ſimilis eris ei, qui quaſſæ navi, multos homines vehenti, non ſuccurrit, cùm eam in portum deducere valeat: Nullæ honeſtiores occupationes cogitari poſſunt, quàm illæ, quæ ad tuendam generis humani Societatem bonumque publicum procurandum diriguntur: Qui ideò conſiliis & induſtriâ Rempublicam adjuvare detrectant, in DEum & homines peccant. Et *pag. ſeq.* Idem Autor porrò ſcribit: Nemo ſapiens recuſabit moleſtias & labores, ſi iis ſaluti hominum prodeſſe poteſt, & à ſummo diſtributore ad hoc munus ductus videtur. Imò ſi quis hâc in re refractarius fuerit, à ſuperiore cogi poteſt, vi obligationis, quæ inter civem & Remp. intercedit, maximè ſi digniores & idonei ad rem gerendam non habeantur. Tertio, *dicunt, Quod vita privata ſit nutricula otii, quod multorum*

mater esse solet malorum, *siquidem* nihil agendo malè agere discatur, *& non rarò, qui nihil certi habeant, quod agant, aliena tractent cum aliorum detrimento. Idcircò* D. Paulus *hortatur* Thessal: operam detis ut quieti sitis, & vestrum negotium agatis, & operemini manibus vestris, & honestè ambuletis erga eos, qui foris sunt. 1. Thess. 4, 11. *Et cum apud eosdem animadverteret, esse quosdam, qui otiosè viverent, graviter eos objurgavit*, 2. Thess. 3, 11. *In hunc sensum etiam* Ignatius *scribit* in Epist. ad Antiochenos: *Nemo iners & otiosus edat, ne vagus fiat & scortator: Et ad* Tharsenses: *nemo inter vos otiosus sit, mater enim egestatis est inertia: Nunquam melius consulitur animæ, quàm per labores in honesto vitæ genere. Illi enim medentur pravis cupiditatibus animumque purgant à vitiis, quæ subitò succrescunt in inertibus. Sicut enim in terrâ incultâ nascuntur vepres, & in aqua immota vermes, ita in anima otiosa malæ cogitationes proveniunt. Sunt enim animi nostri ad aliquid agendum nati, itaque opere pascuntur, roborantur, gaudent, otio verò dissolvuntur, inertia decidunt.* Quartò, *(ajunt hujus*

hujus opinionis ſeclæ) Labores in publico aliquo vitæ genere pariunt gaudium conſcientiæ, & veram gloriam, ad quam honeſtis ſtudiis contendere quemvis decet, ea verò deſunt iis, qui vel nihil prorſus faciunt, vel domi tantùm Muſis ſuis cantillant. De laboribus iſtis publicis maximè intelligendi ſunt verſiculi noti:

I. Honeſta ſi qua feceris
Cum maximis laboribus
Cedentibus laboribus
Dulcis manebit gloria.
II. Sin turpè quid commiſeris
Cum gaudiis ampliſſimis
Abibit omne gaudium
Turpi manente infamiâ.
III. In omnibus duplex iter
Proponitur mortalibus
O clara mens, accingere
Virtutis ut carpas viam.

Ex his itaque fundamentis apparet, quænam opinio in ſupra allegata controverſiâ ſit ſanior & amplectenda, & quod malè ſibi conſulant, qui cum poſſent, in nullo tamen

men publico munere operam ſuam collocare volunt, domi ſedentes, de peculio ſuo victitant, in otio & quiete: quâ quidem ratione corpori ſuo benè (ut videtur) proſpiciunt, ſed animam interim & conſcientiam negligunt, dum in publica commoda peccant. Quod autem alii objiciunt, ſe hac ratione à ſtrepitu rerum publicarum ſemotos, piis meditationibus & precibus melius invigilare poſſe, nihil eſt: nam preces & labores in honeſto vitæ genere ſororio nexu arctiſſimè cohærent, quod & Ethnici agnoverunt, ideo Lacedæmonii *olim Deos ita invocandos exiſtimarunt, ut manum etiam admoveremus, noſtram ſcilicet operam addentes, neque enim eos aliter exaudire. In quam ſententiam* Cato apud Saluſtium *dixit: Non votis neque ſuppliciis mulieribus auxilia deorum parantur, vigilando, agendo, benè conſulendo, proſperè omnia cedunt, ubi ſocordiæ te & ignaviæ tradideris, ne quidquam Deos implores, irati infeſtique ſunt. Ita ergo pietati ſtudendum eſt, ne honeſtatem negligas. Plerumque enim tales privati, qui à laboribus publicis abhorrent, de curioſis artibus, aut de turpi otio ſe ſuſpectos reddunt:* à piis *autem* etiam ſuſpicio mali aliena eſſe debet, *monente Apo-*

ſtolo

ſtolo 1. Theſſ. 5, 22. *Nec etiam aliquem cujuscunque conditionis officialem & miniſtrum ſupra adducta pericula & aliæ incommoditates deterrere debent, quo minus publico commodo præſit: nam ſi nihil in vita humana incommodo caret, cur vir bonus Rempublicam, propter aliquas moleſtias deſerere velit? Maximè autem culpandus eſt ille, qui hoc facit tædio laborum. Nam nemo ad officium eo animo accedere debet, ut in eum quadret jocus dicacis* Poëtæ *Franco-Galli*, Seign. des accords fol. 19. fac. 2. des touches. *qui de curia ita canit:*

Là eſt promptement un lieu
Auquel chacun, qui accourt, penſe
En retournant le dos à Dieu
Pour peu, tirer grand recompenſe.

Der iſt die Einfalt ſelbſten (dicit Autor. Reflex. politic. conſol. cap. 3.) *und wird ſich weit betrogen finden, der Herren-Dienſt anzunehmen gedenckt der Intention, daſs er keine Mühe, Faſtidien, noch Arbeit, ſondern lauter Ehr, Freud und reputirlichen Müſſiggang haben wolle. Nil enim bonum virum ad officium quodcunque, niſi commune bonorum omnium ſtudium deferre debet.* Boët. de Conſol. 1. proſa. 4. *Suſcipe igitur quisquis es officium humeris*

meris tuis impositum, & unà hilari fronte hoc qualequale exercitium meum quondam Academicum, nunc autem additionibus repetitâ vice in lucem editum, cujus materia quamvis etiam ante hæc tempora à Præclarissimis juris nostri Interpretibus sparsim & frustratim sit exculta, causas tamen habui non exiguas publicè hîc non detegendas, quod ipsi manum admovere ferè coactus fuerim, in tantum, ut neque negotii magnitudo, neque ingenii mei tenuitas me avocare incepto hoc valuerit, non obstante quoque calumniantium iniquitate, cum adeò invisa ut plurimum virtus hodiè sit, ut absconsa pariter & illustris pro crimine habeatur, nullaque tàm modesta felicitas exoriatur, quæ malignos dentes evitare possit. Interim Tu Candide Lector *hoc quicquid est operis perlege, judica, cense, & si quid ad gustum tuum scripsi, benè consule: si autem fortassis quædam occurrant, quæ minus palato tuo sapiunt; alterius gustuì illa relinque, vel potius candore & favore defectum supple ac ignosce. Mens enim boni studii pii voti, etiamsi effectum non invenerit cepti operis, habet tamen præmium voluntatis, ut perhibet* Episc. Salvianus in præf. lib. de PROVIDENTIA DEI.

M DC LXXVI.

Lectori

Lectori Benigno & Amico,

Se, Suamque Officinam Librariam de meliori nota commendat

DANIEL BARTHOLOMÆI

Bibliopola Ulmensis.

AUreos polliceri Montes, nec Saxeos præstare, nota nonnullorum Consuetudo est, si enim quis omnia & singula publicis quidem Scriptis inserta, sed nondum adimpleta congerere vellet promissa, ei arctiores, huic præfationi convenientes, & circumscripti limites non sufficerent, etsi modo libros â viris nominis claritate conspicuis pollicitos, adhucdum desideratos, & non nisi ad Græcas forsitan Calendas publicandos recensere vellet, uberrima politiorum literarum seges foret, de Libris promissis, sed ineditis, & caussis Impedimentorum justis edissere; Qui delectabiles Musarum amœnitates in nostra quoque Suevia exuberantes, nobiscum benignè communicavit, amoenissimi Vir ingenii, multorum votis hac in amoena materia ad unguem

ſatisfacere poſſet. Ego vero mei memor promiſſi, in edendo abſolutiſſimo Manzii Tractatu, de Teſtamento valido vel invalido dati, plures meis ſumtibus & cura in lucem emittendi libros, nunc tibi ſiſto libellum non ſumtuoſum, non magnum, ſed tantillum, & minoris conſtantem, utiliſſimum tamen & quotidiano Uſui accommodatiſſimum. Quis enim quæſo ignorat? *exactam Rationum publicarum curam*, Lydium ſapientis Reipublicæ adminiſtrationis lapidem, teſtimonium fidelium Officialium publicum, & baſin felicioris atque optimè inſtructæ œconomiæ, tribus verbis, *Speculum minime fallax* eſſe & permanere, in quo & Robur & debilitatem cujuscunque Reipublicæ, omnisque Status, intueri & dijudicare poteris. Hæc magni ſane momenti Ratio, JOHANNEM HEESERUM, ut *Locos communes* de Rationibus reddendis, earumque Reviſione, & JACOBUM DOEPLERUM permovit, ut percelebrem Librum: **Getreuer Rechnungs-Beampte:** ederet, præcipua ad rem facientia ex præſtantioribus & JCtorum & Politicorum Scriptis colligeret, variisque documentis, Principum Edictis & rationum formulis illuſtraret. Et quemadmodum ille in compilandis ſuis locis, indefeſſa ſubtiliſſimi Hiſpani Munnoz de Eſcobar opera multum adjutus fuit, hic vero eximii quondam JCti Martini Naurathi utiliſſimum, & ab orbe erudito in pretio ſemper habitum Libellum *de Rationariis*, ſæpius allegavit; Ita eundem à

per-

permultis desideratum denuò non inconsulto impetu, sed ad Utilitatem publicam prelo subjeci, & eleganti Dissertatione ejusdem materiæ auxi, invenies in istis plagulis, *amice Lector*, res non otiosæ contemplationi, sed vitæ civili, & quotidiano Usui destinatas, additus præterea Index est sollicite confectus, quo prior Editio carebat, ut & hac ratione legentium & utentium commodis inservirem. Prius verò, quam te dimittam, Benigne Lector, paucis te volo. Quid sentis? si rationes redditæ sunt exactè, perfectè, integrè, apertè & explicatè, non obscurè, in folle tenso, neque in sacco, neque sub involucro, sed omnibus, quæ accepta & expensa sunt, singillatim commemoratis, & in specie descriptis, & juxta se positis, per singulas partes & species demonstrando, & indubitatis documentis atque testimoniis probando, quid? unde? ex quo facto, ex qua causa, quo die, â quo, & cui datum sit, atque acceptum, si eædem â viris probatis, neutram in partem inclinantibus, summâ curâ revisæ, approbatæ, & tandem à Dominis Superioribus confirmatæ & subscriptæ, atque sigillatæ sunt, si omnia volumina, cautiones, & Instrumenta sunt reddita & exhibita, data & accepta collata, lecta, cognita, discussa, reliqua excussa & soluta, &c. &c. annon Rationarium ejusq; hæredes ab omni ulteriori impugnatione securos esse, illosq; in utramque aurem securè dormire posse credis, imo persuasissimus es? & tamen singulis ferè ratio-

nibus consueta solet adjici clausula; *Wann sich über Kurtz oder Lang ein Fehler bey der abgelegten Rechnung finden solte, daſs Rechnungs-Steller und seine Erben jederzeit darvor Red und Antwort zu geben schuldig seyn sollen.* Neque id injuria; quamvis enim juxta regulam, rationibus semel redditis atque calculatis, examinatis & approbatis, ad evitandam litium infinitatem, & ne rationes efficiantur immortales, nec officialis, nec tutor nec administrator ad reiterandum calculum urgeri debeat, nihilominus si dolus, si enormis læsio, si error in calculatione intervenerit, juxta clausulam supra positam, ipse, ejusque hæredes, omni tempore ad responsionem jure præscriptam obligati sunt & permanent, quibus vice quoque versâ damnum sibi ex errore illatum demonstrare, & ad detrimentum reconcinnandum agere, omnino fas & integrum erit.

Quæ tandem de jure subditorum Naurathus per eleganter & in Compendio scripsit, eo collineant, ut quisque in republica, juxta infinitum ferè collegiorum, ordinum, atque Societatum numerum, munere suo, summa fide & industria fungatur, idque non ex metu pœnæ, aut commodi cujusdam intuitu, sed ex Conscientiæ ductu, ut *supremo Numini* suarum rerum actionumque aliquando *reddere rationem* queat. Hisce Vale, Benigne Lector, & mihi meisque porro fave. Dabantur Ulmæ ipso S. Barthol. Festo, An. Domini M. D. CCXXVI.

TRACTA-

TRACTATUS JURIDICUS
DE RATIONARIIS.
Von Berechneten Dienern.

REipublicæ Administratio ſi rectè obeunda eſt, ingentes & quaſi concatenatas curas, onera, ſolicitudines & moleſtias ſecum trahit: (1.) imò quò majus eſt imperium & diffuſius, eò curæ majores ſunt & graviores. Ideoque non immeritò *Diocletianus Imperator* nihil difficilius eſſe dixit, quàm benè imperare: in quam ſententiam etiam *Rex Antigonus* cuidam Regium Diadema intuenti & admiranti dixiſſe fertur: *Pileum quidem eſſe parvum, ſed ſi quis conſideraret, quantis curis intùs ſubductus eſſet, neminem fore tam inſanum, ut ſi humi jaceret, eum vellet attollere.*

Quia autem propter humanæ naturæ imbecillitatem, (2.) Magiſtratus ad hoc onus, ſcilicet adminiſtrationis Reipublicæ, ferendum non ſufficit, igitur auxilio & conſilio aliorum ei opus eſt. [Regum potentia

ſine conſilio Sapientum, & ſine auxilio fortium, nulla eſt. *Adam Conzen. in ſuo Daniele, Sive de ſtat. Aul. cap. 9. §. 5.* Græcorum proverbium eſt; Sapientum congreſſu Principes ſapiunt: Nec in Principe ullum majus Sapientiæ argumentum judicatur, quam Sapientiſſimorum virorum conſilio uti. Confer. *l. humanum. C. de Legib.* Dat ſapere Regi, turba Sapientum Comes Grotius de Jur. Bell. lib. 2. cap. 23. §. 4. in fin. Je gröſſer ein Herr, je mehr er Land und Leuth zu regieren hat, je mehr Räthe, Beambten und Diener er bedarff. Ein Regent iſt nur ein Mann, kan auf einmahl nur an einem Ort ſeyn, und muſs in ſeiner Regierung das meiſte mit andern Augen ſehen, mit andern Ohren hören, und darzu treue Räthe, Ambtleuthe und Bediente gebrauchen. Et in hoc ſimiles ſunt Deo, qui ipſe, quo nihil eſt majus, ſine quo nihil eſt omninò magnum, dum poteſt omnia, non tamen omnia per ſe agit: Natura tanquam miniſtra, & rerum cauſis ſecundis tanquam inſtrumentis decretorum ſuorum utitur ad conſervationem, ordinem & ornatum univerſi. *Frideric. de Marſelaer. de Legat. lib. 1. diſſ. 1.* Hinc *Vellej. Paterc. lib. 2. Hiſtor. Roman.* eleganter dicit: Quorum DEus conſtituit mutare ſtatum, illorum prius corrumpit conſilia. Dahero als GOtt das Königreich Juda zur Straff ziehen wolte, ſagt der Prophet *Eſaias*, daſs der HErr werde von Zion wegnehmen, Richter, Propheten, Räthe, Elteſten, Hauptleuthe, Starcke, Kriegs- und ehrliche Leute, *cap.* 3. *v.* 1. 2. 3. Ja, ſie müſſen beſchlieſſen einen Rath, und wird nichts drauſs. *Eſai. cap.* 8. *v.* 10. Sie machen Anſchläge, und können ſie nicht auſsführen. *Pſalm.* 21. *v.* 12. Si à multis retrò ſeculis maxi-

maximorum Imperiorum fortunam, memoriâ repetamus, liquebit illicò, omnem felicitatis laudem promptitudine atque prudentia ministrorum magis stetisse, quam ingenio Principum: turpitudinis verò atque calamitatis ignominiam culpâ eorundem introductam. *Frideric. de Marselaer de Legat. lib.* 1. *diss.* 1. *in fin.* Præstantissimum est per se sapere, proximum alienâ ope duci, ex *Hesiod. refert. Hug. Grot. de Jur. Bell. lib.* 2. *c.* 23. *§.* 4. *in fin.* Imò plerumque plus nocet malum consilium, etiam cum bono Rege, quàm malus Rex cum bono consilio. *Caussinus Jesuita in Dissert. ad libr. Regum Diss.* 86. *in Rubric.*]

Administri, qui in partem curarum & onerum à magistratu accersuntur, vel ad consilium (3.) dandum, vel ad expediendas (4.) & gerendas res adhibentur, in quorum numero non infimi sunt, quibus committitur cura redituum & pecuniarum publicarum, qui vulgò secundum cujusvis Regionis modum & stylum vocantur *Rationarii*, *Quæstores*, *Cellarii*, Verwalter, Schaffner, Rentmeister, Kelner, &c.

Quantò igitur magis Princeps debet esse sollicitus de (5.) conservatione ærarii & subditorum (6.) Non enim sufficit Principi habere, vel invenire in Regno vel Principatu thesauros ingentes, aut dare operam cogendis vel exigendis, nisi probâ administratione (7.) illos conservet *Petr. Gregor. de Reipubl. lib.* 3. *c.* 8. *in princ.* tantò intentius esse debet ad horum Officiariorum electionem.

Injungendum igitur est hoc munus imprimis iis, qui sunt idonei, & necessariis à Deo donis ad hoc sunt instructi. *Gen. c.* 41. *v.* 38. *& seqq. Melchior. Iun. l.* 1. *politic. quæst.* 18. *& seq. Simanca de Republ. lib.* 5. *c.* 6.

Injungendum eſt, ſecundùm ſapientiſſimum monitum potentiſſimi Angliæ Regis Jacobi I. *lib.*2. *βασιλικῦ δῶρυ p.*74. Sapientibns, honeſtis, diligentibus, facultatibus locupletibus (8.) potentiâ mediocribus, ut cum ad calculum revocandi ſunt, ab iis ſtricta ratio ſine periculo exigi poſſit. (9.) Indigni & ſuſpecti ſemper judicati ſunt illi, qui avaritiæ (10.) (cujus furax eſt ingenium) fuêre dediti. Hinc *Exod. c.*18. *v.*21. jubebatur Moyſes populo ejusmodi præfectos quærere, qui ἀφιλάργυροι & turpis lucri ſive fraudulentæ & furtivæ ſubtractionis eſſent oſores, vel quibuscunque aliis injuſtis aucupiis & defraudationibus rerum alienarum inhiarent: Odio habentes avaritiam, inquiebat alius, non ſolùm alieni ab avaritiæ ſordibus, ſed etiam ἁπιςυγῦντες capitali, imò infernali odio eam proſequentes. *Rom.*12. *v.*9. (Senes ærario præficiendi, quia maturuerunt, & ſponte ad parſimoniam inclinant, authoritate præpollent, fallaciis fortunæ multoties deluſi ſuo damno in paucis fidem, media ſubleſta ſemper habent. Felix Rex, qui habet virum ſcientem ordinare reditus & expenſas. Refert *Conneſtag. lib.* 1. *de Conjunct. Portugall. & Caſtella* hoc Luſitaniæ Regibus nunquam obtigiſſe, quia Quæſtores plerique Nobiles erant, ad dignitatem potius provehendam, quam ad bonum publicum curandum ſolliciti. Felicior in eo fuit *Henricus IV. Rex Galliæ*, qui hâc in parte uſus eſt fideli operâ *Marchionis de Rhoſni*, quem magnis laudibus deprædicat *Petr. Matthæus lib.* 1. *Hiſtor. Franc. ad fin.* His adde *Boter. de Ration. Stat. & Thuan. lib. hiſt.* 3. Ubi tradit, quod non literati, ſed mercatores ærarii officiis præponi debeant.)

Pium (11.) Magiſtratum etiam oportet huic maximè

ximè mentem advertere, ut futuri Rationarii quàm optimi eligantur, ne studeant nimiis exactionibus gravare subditos, seu eos expilare, & tributis more insolitis genere variis, mole gravissimis ad inopiam & desperationem redigere, aut præcepta & tributa illis talia, quæ sustinere non possunt, imponere, & ita de damnis & jacturis rei familiaris alienæ suas opes (12.) augere, vilem plebeculam & indoctam miris modis decipere. Die da mit Satzungen und unnötigen Beschwärungen die arme Unterthanen plagen, martern, von Hauss und Hof, ja endlich umb Leib und Leben durch Härm und Sorg bringen, solche werden in der H. Schrifft Dieb und Mörder, *Herberg.* Treyber. *Esa.* 3. und Schinder. *Micha.* 3. *v.* 3. genennet.

Tales hodiè reperiuntur magistri, novos (13.) modos collectandi & pecuniæ conficiendæ operâ, studio, diligentiâ, labore excogitantes, & Principibus venditantes, quibus solenne est, ut Dominis suis persuadeant, (14.) collectas institui posse sine injuria sive damno subditorum, nullum ex subditis fore, qui non hilari vultu & summo cum gaudio tributum impositum solvat. (*Generosus Wilhelm. Ferdin. ab Efferen. in Tract. de Idolo Princip. seu ratione status.* Excessus inexcusabiles à Principibus committi asserit, quando non causas, ut causas fingunt, quando per ministros dolosè circumveniunt, libera subsidia blandè postulant & secretis comminationibus voluntati vim faciunt, cùm paucis munera promittunt, ut multitudinem inducant, cùm ad speciem pauca petunt, & quantitatem concessam multis passibus excedunt, quando pios & necessarios fines prætexunt, & in rebus vanis & inutilibus sanguinem subditorum consumunt,

quando, ut ære alieno liberentur, vectigalia ad certum tempus obtinent, & illâ conditione adimpleta in consuetudinem, imò legem continuant, quando subditis mercaturam prohibent, ut ipsi monopolia constituant; Et sunt præterea infiniti alii excessus in hoc genere, quos infelix industria adinvenit, & Principibus subministrat, quos omnes inexcusabiles dicit prædictus Author, quia nullo jure divino aut humano justificari possunt. Contrarium tenet & suadet Idolum Status, quod omnes excessus istos & fraudes pro sum̃a prudentia vult venerari, eò, quod (1.) Principibus suis absolutum Imperium concedit, & de ratione Status licita faciat, quæ aliàs divinis & humanis legibus prohibita sunt. (2.) Per eandem rationem omnes collectarum excessus excusat, dicendo, quod Principes non teneantur dare rationem subditis de exactionibus, nec iisdem suas necessitates revelare, sed si subditi voluntatem Principum in dubium vocare præsumpserint, crimen læsæ majestatis committant, & vim sceptro inferant, ac tanquam seditiosi puniendi sint, qui Principes injustitiæ arguunt, & tributa recusant, (3.) Tertiam fraudem exercere idolum Status in ministris principum, cum illis aureos montes promittit, eosque spe prædæ inflammat, ut quavis arte exactiones promoveant. Sed quia nimis odiosa & delicata hæc est materia, idcircò nolo eidem amplius immorari, sed ad ipsum fontem, præcitatum nempè gravissimum Authorem benevolum lectorem remitto, ubi plures injustitiæ, quæ in exactionibus plerumque usu veniunt attinguntur. *lib. 3. punct. 9.*) Sed ejusmodi exactores dignos laqueo judicavit. *Potentissimus Landgravius Hassiæ Philippus*, Heros ille fortissimus & re-

rum

rum gerendarum prudentiſſimus, ut eum vocat *Kirch. de Republ. diſp.* 21. *th.* 4. capitali ſupplicio puniendos, reſcripſerunt *Grat. Val. & Theod.* Qui avaritiæ cæcitate æternales Principum (15.) vultus fraudibus violare ſtudent. *l. fin. C. de veter. numiſm. poteſt. l.* 11. So ward *Procleres*, Königs Theoberti in Franckreich Gubernator, zu Trier mit Steinen zu todt geworffen, daſs er ſeinem König gerathen, das Volck mit neuer Schatzung zu belegen. *Georgius Prechon*, Henrici, Königs in Schweden Fuchsſchwäntzer, (16) daſs er dem König Anleitung gegeben, das Volck mit neuen Aufſlagen zu belegen, ward von denen Unterthanen grauſamer Weiſs zu todt gemartert. *Bodin. de Republ. lib. 6. c. 2.* So ward *Adora*, Königs Rehabeams Quæſtor, daſs er den König zu unnötiger Beſchwärung der Unterthanen bereden helffen, von gantz Iſrael mit Steinen zu todt geworffen. 1.*Reg.* 12.*v.* 18. Der Geiſtreiche Theologus *Valent. Herbergerus* ſetzet in ſeinen *Magnalibus DEI*, daſs ihme gleich gemahne, wer eine neue Beſchwärung aufbringet, und das Land an Vorrath aller erſchöpffet, und Contribution und Brand-Schatzung nöthiget, rathet, zwinget, und dadurch enerviret und abmergelt, als wann einer Holtz zutrüge zum (17.) Hölliſchen Feuer, darinnen er brennen ſoll.

Væ tibi ridenti, quia mox poſt gaudia flebis:
In curſu ſcelerum brevis eſt via, longa ruina.

Ah! citò præterit illud, quod juvat, æternum, quod cruciabit, erit.

Modicum delectat, æternum, quod cruciat.

Zeitliche Luſt für ewige Luſt, eine arme Luſt.
Zeitlicher Gewinn, kleiner Gewinn.

Si non vis amittere, quod perpetuum est, noli alteri auferre, quod transitorium est, dicebat *Ambros.* Et lucra humana dum attendimus, curandum omninò, ne æterna præmia perdamus. *can. fin.* 1. *q.* 1. *c.* 2. *de Regul. & transeunt. ad relig. in* 6.

Der (18.) Teuffel gibt für kurtze Freud die ewige Quaal, darvor hüte dich.

Impia sub dulci melle venena jacent. *Ovid. lib.* 1. *Amor.* 8.

Consultum quoque est, ut hæc munera potiùs incolis, indigenis & originariis civibus, quàm (19.) extraneis alienigenis deferantur. *arg. l.* 11. *C. de Episc. & Cleric.* modò idonei reperiri possunt *l. ut gradatim* 11. §. 1. *de mun. & honor. l.* 1. §. *pen. Quod cujusque Univers. nom. Mynss. cent.* 4. *obs.* 30. Ratio est, quod consuetudines Provinciæ meliùs quàm extranei scire, eoque magis idonei quàm exteri præsumuntur *cap. quosdam cap. quando de præsumpt. fac.* Imò quidam censent (20.) originarium adhuc esse præferendum, etiamsi novus civis vel incola esset magis idoneus originario, cùm præsumptio sit, quod majori diligentia & fide administrabit. *Luc. de Penna in l. Quisquis C. de omn. agr. desert. lib.* 11. [Imò, multis sæpè in locis (inquit *Jacob. Zevecot. in obs. politic. ad Sueton. Caj. Jul. Cæsar. cap.* 7.) observatum est, alienigenas majori fide & industriâ tractasse Rempublicam, quàm alios cives: nec tam facilè avaritiâ peculatores factos esse aut proditores. Cessit benè Romanis, plerosque populos eodem die hostes & cives habuisse, qui amore in Republica indigenis non concessere. Es finden sich offt Leute, wann sie redlichen wohl-meritirten Ministris sonsten auf der Welt nichts aufzurücken wissen, so ver-

verweiſslich dieſes vorwerffen, daſs ſie in ſelbigen Lande nicht gebohren, derowegen keine Patrioten, die es treulich meynen, ſondern zu vernichten ſeyn: Aber es handeln ſolche Leute wider die Göttliche Rechte und Geſetze, die geſunde Vernunfft, auch der weiſen Völcker Gewonheit, vermög deren ein guter Patriot zu achten und zu nennen, der ſeinem Herrn und dem Land, darinnen er ſitzet, und dienet, treu und hold iſt, ſeine Eydt und Pflichte wohl betrachtet, dieſelbe allen andern Reſpecten und populari auræ vorziehet, und redlich dienet. Die aber, ſo ihre Pflichte zurück ſetzen, nicht ihres Herrn und deſs Landes gemeine Wohlfart und Beſtes, ſondern in privato ſich groſs zu machen ſuchen, wann ſie ſchon hundertmal im Land gebohren, ſind ſie dannoch keine gute Patrioten, oder darvor zu halten, maſſen dann die Erfahrung bezeuget, daſs mehr dergleichen Patrioten und Einheimiſche, als Frembde, ihrer Untugend und Untreu halben, zur Straff gezogen, deſs Lands verwieſen, oder gar hingerichtet worden, auch ſich damit, daſs ſie Patrioten, deſſen nicht entbrechen mögen, und geſchehen die meinſte Verräthereyen durch die Eingeborne, wie die Experientz bezeuget. Eigentlich zu reden, ſeynd nurend zwey Nationes und Landſchafften in der Welt: Eine darvon ſich die Treue, Fromme und Redliche; die ander, darvon ſich die Untreue und Boſshaffte ſchrieben. Es kommen nun die Gute und Getreue her, wo ſie wollen, ſo ſeynd ſie darfür zu halten, daſs ſie Compatrioten, einer Nation, Geblüts und Gemüths ſeyn: Deſsgleichen auch die Böſe und Untreue. Non igitur conſiderandum eſt, ex qua Patria quis ſit ortus, ſed quâ Patriâ dignus. *Nevizan. in Sylv. Nupt. lib.* 4.

fol. 373. *sub num.* 133. *in fin.* Eoque pertinet illud *Flavii Vopiſci:* Non eſt iſta è Magnorum Principum virtutibus ſumma ſciendi, ubi quisque ſit genitus, ſed qualis in Republica fuerit. Imperatorem Nervam Trajanum, peregrinum gente Hiſpanum, etiam cum propinqui non deeſſent, Cæſarem deſignare, & cenſuiſſe virtutem cujusque, non patriam in rebus ejusmodi ſpectari debere, notat *Jacob. Zevecot. ad Sueton. Caj. Jul. Cæſarem. d. c.* 76. ubi addit: Glires apud nos domi naſci quis neſcit? iis tamen frumenti cuſtodiam nemo impune committit, ſed benè felibus, quas ex Cypro advectas plerumque præferunt cæteris.

Qui hoſtem feriet, is mihi Carthaginenſis erit: fortiſſimus *Hannibal* dicere ſolitus fuit Plura huc facientia, vide apud *Arum. in Jur. publ. vol.* 3. *Diſcurſ.* 19. ubi latè tractat: An cives vel Extranei publicis officiis rectius præficiantur.] Et quod magis præſumatur (21.) patriam & civitatem ſuam diligere. *Luc. de Penna in* 3. *de Apoch. publ. lib.* 10. *Alciat. tractat. de Præſumpt.* 73. ut Poëta *Naſo* canit:

Neſcio quâ natale ſolum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.

Nec deſunt exempla in hiſtoriis, quantum peregrinorum adminiſtratio Regnis & Principatibus obſuerit. Quæ videri poſſunt *ap. Lather. de Cenſ. lib.* 3. *c.* 116. 117. *& ſeqq. & Carpzov. ad L. Reg. German. cap.* 10. *ſect.* 2. *per tot. ibique alleg.*

Hæc munera etiam injungenda potiùs ſunt invitis & recuſantibus, *Melchior. Jun. lib.* 1. *politic. quæſt.* 8. quàm ultrò (22.) ſeſe ingerentibus & ambientibus, *Jun. d. lib.* 1. *quæſt.* 11. aut largitionibus ementibus. So die Aempter an ſich erkauffen. Nam emptiones

&

& (23.) cauponationes horum munerum detestandæ. *Petr. Gregor. de Republ. lib. 4. c. 5. n. 27. 28. & cap. 6. per Novell. 8. Dion. Caſ. lib. 54. Caſſiod. lib. 9. exiſt. 9. Lather. de Cenſ. lib. 3. cap. 16. per tot.*

Quo pertinet das Amodiren der Aempter (Amodiren barbare dicitur *admodiare* à Gallorum *admodier*, quibus conductores ejusmodi dicuntur, *Admodiateurs.* An autem utile, daſs man die Gefälle und Frevel denen Ambtleuten umb eine gewiſſe Sum̃ Gelds verleihe, *vid. Knipſchild. de Contract. diſp. 9. quæſt. 4. Petr. Gregor. lib. 9. c. 1. de Repub. Dn. Tabor. de Suffragio, pericope 4. n. 28. in fin.* Formulam Admodiationis, prout eæ hodiè ſolent concipi, integram poſuit, *Roſteuſcher. in diſp. elaboratiſſima Argentinæ 1646. habita de Admodiatione. Nathanael Dhuez in Janua aurea tit. 32. art. 386.* Admodiationem & Admodiatorem ſic deſcribit: *à quiconque on loue, amodie, ou baille à fermes & arentes des terres & cenſes, c'eſt un Admodiateur & cenſier.* Huc omninò faciunt, quæ *Hônnius in diſput. de Dignitat. th. 4. lit. A.* affatim de venditione officiorum congeſſit. Sed omnis iniquitatis & injuſtitiæ principium eſt & finis, *pecunias ex Magiſtratibus colligere. Nov. 8.*) quod peſſimum Reipublicæ genus vocat *Kellerus*, quo Officiarii aliquibus aureis redimunt officia, & jurisdictionis poteſtatem à Principe, unde infinitæ revendendi carius juſtitiam ſubditis occaſiones architectantur, ut etiam audeant impudenter in ſubditos graſſari, palamque clamque ſupra ſportulas debitas petere, quod jam Principi pro mercatura officiorum ſe præbuiſſe dicunt: Unde rebelliones & infinita alia abſurda, wann ein Herr oder Fürſt jemand das Einkommen

deſs

dess Landes umb ein gewisse Summ Gelds amodiret. *vid. Petr. Gregor. dict. lib. 4. c. 5. n. 27. & lib. 9. c. 1. Adam. Keller. de Offic. Jurisd. polit. lib. 2. c. 20. fol. 527.*

Qui autem astringantur ad rationum redditionem? Illa quæstio unico verbo potest absolvi, si dicamus, quod quilibet Administrator, sive necessarius, sive voluntarius, à lege, judice vel homine constitutus (etiamsi sine mandato administraverit) rationem suæ villicationis sive gestinionis, ei, cujus interest, reddere teneatur, *Dambaud. in tract. de tutor. & curat. n. 17. fol. 66. Petr. Frider. Mindan. de Mandat. lib. 2. cap. 49. in primò.* (Patremfamiliâs non teneri sibi ipsi rationes reddere, disputant Jurisconsulti, ut qui est liber rerum suarum Dominus & gubernator. *Borch. in consil.* 12. *vol.* 1. Est enim quodam modo Rex in sua domo, Ergo non debebit rationem administrationis sui patrimonii alteri reddere, cui ab omnibus servis præstantur rationes, ut in simili *Fridericus Imp. dixit in cap. unic. l. 4. feud. tit.* 10. Ea enim est conditio Imperandi, ut non aliter constet ratio, quàm si uni redditur, *inquit Salust. apud Tacit.* 1. *annal.* referente *Heig.* 1. *q.* 20. *n.* 3. Et sicuti nemo sibi imperat, ita quoque nemo sibi exhibet rationes, ait *Knichen. de Vest. pact. p. 2. c. 5. n. 296.* Ita cum Antigonus rationes proventuum exigeret, Seleucus se non teneri respondit, de illa Regione, quam Macedones sibi dederint. *Diod. Sicul. lib.* 19. Et ratio est expedita, quia res sua nemini servit. *l. 5. pr. si ususfr. pet. l. 26. de serv. urb.* Et fructus non ex re propria, sed ex aliena præstantur. *l. 1. in pr. ff. & Instit. de usufr. ubi Dd.* Et nemo sibi ipsi quicquam debere potest. *l. 17. §. ult. de Legat.* 1. *Hering. de Fi-*

dejuss.

de juss. cap. 6. *n.* 74. *& c.* 7. *n.* 7. Verùm, ficuti utile eſt, ut bonus paterſam. res ſuas deſcribat, monitu *Syrach. c.* 42. *v.* 8. ita quoque ut rationes à ſe ipſo exigat, ita ut ratio impenſæ ſibi conſtet, ut loquitur *Senec. Epiſt.* 1. Imò ut tota adminiſtratio patrisſam. ſibi benè conſtet. *arg. l.* 15. *ff. de re mil.* quod fieri non poteſt, niſi expenſarum ratio conſtet. *Plin. lib.* 1. *Ep.* 9. Mirum eſt, quàm ſingulis diebus in urbe ratio aut conſtet, aut conſtare videatur, cunctisque non conſtet. *Nero Imp.* prodigus, ſordidos & deparcos dicebat, quibus ratio impenſarum conſtaret, *Sueton. c.* 30. Contrà *Virgil. in Epig.* de viro bono requirit, ut ſemper veſperi conſideret, quid per diem egerit, cur iſti facto decus abſuit, aut ratio illi? *Budæ l.* 5. *de Aſſe*, unicuique mortalium accepti debet & expenſi ratio conſtare apud DEum, niſi nexum ad extremum vult inire. *eleg. conſil. Senec. l.* 3. *de ira, cap.* 36.) Ut autem res clarior fiat, dico (1.) in genere, quod omnis homo rationalis de factis ſuis DEO rationem reddere ſit obnoxius, *Matth.* 12. *v.* 36. 18. 23. *Rom.* 14. *v.* 12. 2. *Cor.* 5. *v.* 10. *cap. firmiſſimè* 3. §. *ex eo.* 15. *q.* 1. *de verb. otioſ. cap. quoties* 21. 22. *q.* 5. De negligenter commiſſis. *cap. quandoque* 23. *q.* 4. Ita rationem inferiores ſuperioribus de cura commiſſa. *cap. Sane* 16. *q.* 2. Ita rationem gravem exigit Deus à Principibus ſecularibus & Prælatis Eccleſiaſticis. *cap. Princeps* 23. *q.* 5. Item omnes Status Imperii poſt Deum tenentur Imperatori reddere rationem. *R. J. Spir. de Anno* 1529. §. Und ſeiner Majeſtät. Nam hoc faciunt, ut ſinguli, & ex conventione. Imò juxta *Aur. Bull. tit.* 5. Ipſe Imperator tenetur rationem reddere coram Comite Palatino. (2.) Tutor & (24.) curator

rator rationem reddere tenetur suæ villicationis, id est, omnium gestorum & omissorum. *l.* 1. *pr.* 9. §. 2. *l.* 18. *in fin. de tutel. & ration. distrah. l.* 27. *C. de Episc. audient. l.* 5. *in fin. de magist. conven. l.* 1. §. *ult. de eo, qui pro tutor. l.* 11. *c. Mandat. l.* 6. §. *ult. de negot. gest. l.* 31. §. 3. *l.* 54. §. 1. *de pet. hæred. l. ult. C. de hæred. tut. l.* 1. *C. si tut. vel Cur. non gess. Carpz. Ipr. for. part.* 2. *Const.* 11. *def.* 6. (3.) Negotiorum gestor, si quid, vel non ut oportuit, gessit, vel ex negotiis gestis retinet. §. 1. *Instit. de oblig. quæ exq. contr. nasc. d. l.* 2. *de Negot. gest. l.* 46. §. 4. *de Procurat. l.* 9. *in pr. ff. de Edend. l.* 5. §. 2. *ff. de præscript. verb.* Et alii (25.) quammulti, quos colligit *Escobar. de Ratioc. administr. c.* 3. *Petr. Frider. de Mandat. lib.* 2. *c.* 49. §. 2. 3. *& seqq. & Menoch. de arbit. Judic. q. lib.* 2. *cas.* 209. (Huc pertinent etiam illi, & rationum reddendarum oneri subjacent, quibus cura & custodia bonorum absentis committitur. *Ant. Faber. in Cod. lib.* 5. *tit.* 40. *def.* 6. *n.* 3. *Carpzov. Ipr. for. part.* 3. *Constit.* 15. *def.* 55. ubi more suo aliqua præjudicia adducit. Non etenim ignotum est, si quis peregrè proficiscatur in militiam, vel causâ lustrandi regiones, aut discendi artes liberales, vel etiam mechanicas, & pluribus annis absit, interim domi parentes, fratres vel alii consanguinei moriantur, ejusque portio hereditaria separetur, vel etiam nullis ex consanguineis defunctis, si ipse domi bona relinquat, tunc aliis fratribus & consanguineis eam portionem sub cautione de restituendo concedi. *Nicol. Boër. decis.* 88. *per tot. Franc. Hotom. consil.* 6. *vers. sequitur secunda quæstio. vol.* 1. *Cravett. consil.* 127. *mult. Casp. Klock. vol.* 3. *cons.* 116. *n.* 2., *Berlich. p.* 3. *pract. concl.* 21. *n.* 75. *Ant. Fab. in Cod. l.* 5. *tit.* 40. *def.* 9. *Hart. Pistor.*

obs.

obs. 103.*pr.* ita sæpius judicatum fuisse, testatur *Carpz. Ipr.for.p.* 3.*const.*15.*def.*48. Adeò, ut parum referat, quòd is, qui curator datur, infirmi judicii, vel mulier, vel infans esse dicatur, dummodo sit proximior agnatus cognatusvé ab intestato successurus, quibus casibus per easdem personas gerere possunt, per quas propria ipsorum bona reguntur. *Faber. in Cod. dict. tit.*49. *defin.*1.*n.*8. & *defin.* 9. *n.* 5. *Carpz. cit. def.*48.*n.*4.& 8. Bona tamen absentis non nisi sub cautione præstitâ, eo in loco, ubi bona sita sunt, heredi proximiori concedenda sunt, *Carpz.cit. part.* 3. *const.*15.*def.* 52.*Faber.in Cod. lib.* 2. *tit.* 36.*def.*11. & *def.*18. Omissâ cautione, Judex litem suam facit, & in subsidium tenetur, si curator datus non sit solvendo. *Menoch. de arbitr. Jud. q. cas.* 250.*n.*15.*Klock. vol.* 3. *consil.*116.*n.*13. admittitur tamen quandoque cautio juratoria, si personæ administrantes sint fide dignæ, nec de fuga & levitate suspectæ. *Carpzov. cum præjudicio, dict. constit.*15.*def.* 53. Et sic in Camera pronunciatum fuit apud *Klock. dict. consil.*116.*n.* 25. Reverso igitur, cujus bona per alium fuere administrata, restituenda non tantùm sunt bona ipsa, verum etiam fructus ex illis percepti. *Carpz. dict.const.*15. *def.* 56. *per tot.*) Sed quid Juris in civitatibus? Tenenturne acceptorum & datorum Civitates Principi suo singulis annis rationes reddere? *Henning. Göden. consil.*31. in terminis decidit. Neque Imperatori, neque cæteris Principibus jus esse à suis civitatibus, sibi immediate subjectis, super rebus ad civitatem pertinentibus, computum seu rationes exigere: Quod tamen universaliter verum non est, sed praxis multis in locis observat contrarium: Quia inter-

intereſt Principis, locupletes habere ſubditos, & aliqualem habere notitiam, quomodo reditus illorum adminiſtrentur; Imò Reſpublica ſeu Civitas ſe habet ut pupillus ſeu minor, & quemadmodum minor ſubjectus eſt Curatori, ita civitas Principi ſuo. *vid. inter conſil. Marpurg. incip. vol.* 1. *conſil.* 7. *n.* 5. 6. *& ſeqq.* (Cum ad Aulam D. de infidis adminiſtrationibus variorum Scultetorum ex Præfectura B. querelæ delatæ eſſent, quaſi nimirum Sculteti, qui omnibus illis annis, quibus Bellona in illa Patria deſæviebat, directionem ſuper contributionibus habuerant, ſubditos circa multa millia defraudaſſent, facultates eorum ſibi uſurpaſſent, ac ſe ſuosque ditaſſent, tunc decreta fuit commiſſio in ejusmodi exceſſus inquirendi, Scultetorum Rationes perluſtrandi, examinandi ac revidendi, omnesque exinveſtigandi: Eâ occaſione difficultas ſuborta eſt, quibus expenſis hujuſmodi inveſtigatio & reviſio fieri debeat. In qua difficultate ſtatuendum exiſtimat *Munnoz. de Ratiocin. cap.* 42. *n.* 6. quòd etſi expenſis eorum, quibus intereſt, fieri debeat ejusmodi perluſtratio. *arg. l.* 1. *ff. de contr. & util. act. tutel.* Si tamen Rex, Dux vel etiam Comes ipſe rationes populorum ſibi ſubjectorum, proprio motu & ex neceſſitate officii revidere affectaverit, hanc reviſionem ſuis expenſis facere debet, quia quando aliquis aliquid fieri deſiderat, propriis expenſis id facere debet. *Gloſſ. in l. fin. C. de erogat. milit. ann. Boër. deciſ.* 303. *Vincent. de Franquis. deciſ.* 332. *n.* 3. *part.* 2. *Menoch. de Arbitr. Judic. quæſt. lib.* 2. *Caſ.* 228. *n.* 18. Sin verò ad communitatis vel alicujus particularis inſtantiam Commiſſarius talis petitus fuerit, expenſis ejus petentis

tentis revisio fieri debet. *Munnoz. dict. loc.* Quandocunque enim aliquis aliquid fieri efflagitat, quod in illo facto expenditur, solvere est obnoxius. *l. quoniam liberi C. de Testib. Bald. in l.* 3. *§. defendi. ff. Quib. ex caus. in possess. eat. & in l. si stipulaverit. ff. ad L. Jul. de adulter.* Si tamen inquisitor habeat commissionem à Rege, Duce ac Comite, atque mittatur ex Officio, tunc Regiis seu Ducalibus militare debet expensis. *Menoch. dict. loc.* Regibus enim & Principibus convenit & incumbit, ratione officii suscepti bonorum publicorum tuitio & conservatio, cum bona communia habeantur ut nervi illorum. *Cicer. pro Lege manilia. Guid. Pap. decis.* 631. Solent quidem Commissarii sibi providere in commissione sibi impertiendâ, ut procurent sibi facultatem dari salarium ex condemnationibus Reorum percipiendi, quod satis inhumanum videtur. *Castello à Bobadilla lib.* 5. *politic. c.* 1. *n.* 251. nec hujusmodi praxin sibi arridere, apertis verbis dicit, *Munnoz. dict. cap. n.* 11. eò, quòd Commissarii, ne eis salarium deficiat, subditos (ob levissimam etiam culpam) nimium excoriare soleant.]

A redditione rationum excipiuntur (26.) *Orphanotrophi* (27.) *leg.* 32. *C. de Episc. & Cleric. ubi Godofr. Matth. Stephan. ad Nov.* 131. *n. ult.* quam tamen Constitutionem non esse extendendam ad curatores (28.) Ecclesiæ, refert *Carpzov. Ipr.* Eccles. *lib.* 2. *defin.* 314. *n.* 7. *& defin.* 316. *n.* 1. 2. *& seqq.* Heredes (29.) autem an & quomodo teneantur reddere rationem de administratis per defunctum, *vid. Neop. dig. tit. rationum redditio. cap.* 2. 3. *&* 4. *Escobar. de Ratioc. Admin. cap.* 4. *n.* 15. *ibique alleg.*

In toto officio Quæstorio nihil (30.) difficilius est, quàm benè rationes reddere, darumb sagt jener: Das Ambt wäre gut, wann nur das Rechnung-thun nicht wäre. *Keller. lib. secund. de Offic. Jurid. Polit. c.* 18. *p.* 505. *Socin. Sen. consil.* 159. *col.* 9. *in fin. lib.* 2. *Ancha. consil.* 331. *colum.* 1. Ob cujus metum plures reperire est, qui vel solum vertunt, vel alia non facienda perpetrant. [Onus reddendæ rationis omni ferè administrationi cohæret, ut stultus sit ille, qui hujusmodi periculosa officia ambit, si aliunde habet, unde se sustentare possit. Non enim nisi lucri causâ id facit, quod ex hujusmodi administratione, maximè quæ copiosa est, uberius percipi potest, præsertim si etiam per ambitum ad hujusmodi officium aspiret, sicuti *Vespasianus Cæsar* dispensationem pro magna pecunia vendidit. *Sueton. cap.* 23. *Otto* etiam pro conciliatione decies HS. pactus est, *Sueton. c.* 5. id est, 25. aureorum millia, ut computat. *Bapt. Egnat.* & *Budæ lib.* 5. *de Asse.* Ex quo non potest non sinistrè contra ementem præsumi. Sed & literato id dissuadet, *Gregor. in cap. inutile*, 4. *distinct.* 88. Inutile & valdè laboriosum est, *inquit*, hominem literatum ratiociniorum causas assumere, & in eis, quod non expedit, se obligare. Intelligere autem videtur Doctorem, dico DOCTOREM, qui sit solidè doctus, ut ex scientiâ suâ vivere possit. Nam semidocti (die halb gebackene, uti vocantur) ut plurimum se huic officio mancipant, ex quo interdum plus lucri facere possunt, quàm illi ex perfectâ scientiâ.] Quemadmodum *Jul. Cæsar.* ob metum redditionis rationum arma civilia movit, ut recenset *Petr. Gregor. de Republ. lib.* 9. *c.* 2. *n.* 1. *in fin.* Similem

ob

ob cauſam Pericles concitavit, ne ſcilicet rationes reddere teneatur. Quando autem dicantur rationes perfectè redditæ, hoc arbitrio (31.) Judicis relinquitur. *Bald. in l. voluntatis. n. 2. c. de fideic.* Quod tamen arbitrium Judicis, ſequentes regulas, hac in re pro norma habere debet.

Primum, ait *Caliſtratus in l. cùm ſervus ff. de condit. & demoſtr.* qui negotia tractavit, exhibere (32.) debet rationes legendas in ſuis codicibus, non autem in ſolle, hoc eſt, inexploratè, inexplicatè atque confuſè: Eſt enim proverbialiter dictum, *Rationes in ſolle exhibere*, ab illis ſumptum, qui pecunias in marſupio oſtentant, nec qualis quantave ſit, ſciri volunt, quemadmodum egregiè exponit *Alciat. lib. 4. de V.S. n. 4.* & ante eum *Eraſm. cent. 9. chiliadis 4. proverb.* 37. Codices ergò ordinati (33.) exhibendi ſunt.

Secundò, obſervandum erit, inquit *Caliſtr. in d. l. cùm ſervus, & ibi Comenſ.* ut data (34.) cum acceptis computentur, id quod reſpondet & *Angel. conſil.* 277. *Tutor alimentavit.* Quem ſecutus eſt *Socin. Jun. conſil.* 74. *n.* 1. *lib.* 3. Ex datis enim & acceptis quid actum fuerit, rectè detegitur.

Tertiò inquit *Caliſtr. in d. l. cùm ſervus.* qui rationes reddit, reſtituere ac ſolvere debet, ſi quid apud eum reperitur: quod affirmarunt & *Socin. Sen. l. quamvis n. 1. de condit. & demonſtr.* ubi copioſè explicat, an ſufficiat ſolvere reliquatum ſine rationis redditione. *& d. conſil. 24. col. 12. v. & ideò. lib. 1.* Et hunc reddentem rationes teneri reſtituere, quæ apud eum ſunt, probat *Lucius Titius ff. de manum. Teſtam.* ibi *reliquam rationem*, aliàs, & ſortè rectius, *reli-*

quationem. [Licet primá fronte videatur, Quæstores indistinctè ad solutionem *Reliquationum* optimo jure adstringi posse, siquidem qui aliena negotia administranda suscipiunt, tenentur non tantum de latâ & levi, sed etiam levissima culpa. *§.* I. *Inst. de obligat. quæ ex q. contr. nasc.* Et certè si quid exigere debuit, ei imputabitur *l. 6. §. fin. de negot. gest.* Idque in Administratoribus publicis tantò magis verum est, quantò magis Reipubl. interest, omnia rectè præstari. *Tiber. Decian. Resp.* 37. *n.* I. *vol.* 2. Verum enim verò, & si hæc tanti ponderis videri possimus, ut tutum non esse quis meritò credat, ab hoc affirmativa conclusione recedere: Si tamen paulò altius perpendatur, negativa sententia (sc. Quæstores pro residuis pecuniis, quas propter continua bella, ab exhaustis subditis recipere non potuerint, satisfacere non teneri. Et quod nec uxores eorum sc. viduæ pro talibus debitis solvendis efficaciter conveniri possint) verior & æquior erit censenda. Si enim Quæstor, quatenus potuerit & debuerit exigere, exegerit, & quatenus non potuerit, non exegerit, utique reliquum non exactum, eidem imputari non debet. Exegisse autem illum quatenus potuit & debuit, ex eo I. colligitur, quia quilibet præsumitur diligens in eo, quod sibi commissum est. *c. nisi x. de præbend. c. ad audientiam. x. de præsumpt. Cravett. consil.* 77. *n.* II. *Masquard. de probat. concl.* 518. *n.* 3. Et fecisse id, quod quilibet paterfam. diligens fecisset. *Surd. consil.* 71. *n.* 20. 2. Quod à lege quilibet officialis debitam diligentiam in officio suo administrando adhibuisse, idque diligenter & assiduè exercuisse præsumitur.

l. 2.

l. 2. *c. de offic. civ. Jud. Bur. ſ. conſil.* 331. *n.* 9. *Maſc. de probat. vol.* 3. *concl.* 1132. præſertim ſi juratus adminiſtrator ſit. *Cravett. conſil. l.* 930. *n.* 10. Quod eo magis obtinet, ſi debita non omnia fuerint certa & indubitata, quæ exigere & cogere debuit, ut ſic à culpâ omni ſit excuſatus. *Cravett. conſ.* 319. *n.* 15. Uti quoque Quæſtores in nullo planè tenentur, ſi plures anni fuerint ſteriles & calamitoſi, militumque concurſu vario, ſubditi extremam ad inopiam redacti, ut penſiones, canones, indicta, datia & ejus generis alia onera ſufferre & ſolvere non potuerint. Hæc enim ſterilitas & improviſa calamitas, ſumma ratione efficit, ut non fuerit Quæſtor obligatus, penſiones, canones & reliqua onera à ſubditis exigere, imò exigens audiri non debuit, ac proinde in culpa non eſt, neque de non exactis tenetur, ut in ſpecie deciſum fuit in Curia Regia Neapolitano, atteſtante & egregiè illud deducente *Franciſc. Vivio. deciſ. Neap.* 264. *per. tot. lib.* 2. Quam deciſionem benè munitam in terminis habere plus eſt in foro & praxi, quàm per mille generalia Juris diſcurrere. ſec. *Weſ. conſ.* 19. *n.* 63. *& conſ.* 24. *n.* 13. Quæ cum ita ſint, multò minus uxor vidua Quæſtoris ex perſona mariti propter ejuſmodi reliquationes efficaciter conveniri, nec adverſus ipſam intentio Principis ſeu Fiſci valide fundari poſſit.] Eſt enim reliquatio, reſiduum illud, quod poſt redditas rationes, apud ipſum adminiſtratorem ſupereſt, quemadmodum manifeſtè probat. *l. Si cui libertas. ff. de condit. & demonſtr. l. ſi creditor. ff. de ſolut. l. Lucius in pr. ff. de adminiſtr. tutor. & l. reſcripto. §. debitores. ff. de muner. & honor.* Hinc dicti ſunt *Reliquatores*, ſecundum

 Petrum

Petrum Crinitum lib. 5. de honest. disciplin. cap. 3. qui verè non totum quod debent, sed partem solvunt, & idem est *Reliquatum facere*, ni fallor, quod *paria facere*, quibus verbis utitur *Schævola in l. Sticho libertas. §. ult. ff. de stat. liber. & Calistr. in l. semper. §. conductores. ff. de jur. immunit.*

Et hâc de re illud notandum est, quod etsi liberatus (35.) sit hic Administrator, adhuc tamen conveniri possit, ut hoc reliquatum restituat, *l. Aurelius. §. Titius. ff. de liber. legat.* quo loci sensit *Schævola* in patre, qui filii negotia tractavit, (36.) ex judicis arbitrio aliter dicendum esse, ob magnam erga eum affectionem.

Solutio autem reliquorum etiam conjecturis (37.) & præsumptionibus probatur, vel ex diuturnitate, maximè, si mortuo debitore creditor tacuerit, *Menoch. consil.* 121. *vol. Mascard. de probat. vol.* 3. *consil.* 1318. *n.* 26. *Carpzov. Ipr. for. part.* 2. *const.* 29. *n.* 3.

Quartò, qui rationes administrationis reddit, moram (38.) purgare debet solutione ejus, quod debet, ita respondit *Jason. consil.* 4. *col.* 2. *lib.* 3. & cum eo *Benev. Stracha. tract. de mercatura part.* 2. *n.* 66. *Carol. Molinæ. in Consuet. Paris. tit.* 1. *§.* 6. *gloss.* 6. *n.* 14. Etsi in reddendis rationibus duo tantùm requiri scribat: Sed idem duo illa sunt ac quatuor à cæteris requisita. Eo etiam in loco docet *Molin.* praxin computandi rationes, quam fortè meliùs norint versuti (39.) & diligentes mercatores.

Quintò, qui rationes reddit, Instrumenta (40.) quæ ad res administratas pertinent, restituere debet, *l. Si cui libertàs. ff. de condit. & demonstr.* ibi, *quas rationes quæque instrumenta tradere.* Et si non restituet (41.) in litem contra eos jurari poterit. *l. alia. C.*

de

de in litem jur. Et in ſpecie hac reſpondit *Socin. ſen. conſil.* 94. *n.* 7. *in fin. lib.* 4.

Sextò, ex (42.) integro reddere rationes hic debet, non autem pro parte, ita docuit *Bald. in l. Si plures. n.* 7. *C. de condit. incert.* Confer. *l. cui fundus. ff. de condit. & demonſtr.* Eſt enim rationes reddere quid individuum, (43.) quod pro parte præſtari non poteſt; ut multis exemplis comprobavit *Bald. in d. l. Si plures.* Unde ratio non ſufficienter reddita, ſemper atque iterum, ut reddatur, peti poteſt, *l. quoties* 6. *ff. Qui ſatisd. cog. l. unic. C. de error. calc. Joh. Andr. poſt Archidiacon. & Geminian. in cap.* 1. *de Cleric. ægrot. lib.* 6. *Imol. Card. Zabarell. in Clement.* 2. *§. illi. de Relig. domib. Bald. Salicet. in l. unic. C. de error. calcul. Jaſon. in §. quædam n.* 83. *Inſtit. de action. Schurf. conſil.* 9. *viſis n.* 8. *&* 9. *cent.* 2. *Weſ. conſil.* 47. *n.* 46. Quia quod non intelligitur omni ex parte, non poteſt videri approbatum, *l. mater.* 19. *ff. de inoff. teſtam. Dyn. in cap. ratum. n.* 4. *de R. J. Tiraquel. in LL. connubial. gloſſ.* 6. *n.* 80. *& de retract. prox. §.* 36. *gloſſ.* 2. *n.* 30.

Septimò, reddenda eſt etiam ratio eorum, quæ adminiſtrata non fuerunt, *l.* 1. *in pr. &* 161. *gloſſ. ff. de tutel. & ration. diſtr. & l.* 1. *&* 2. *C. de hæred. tut.* inquit enim is text. *in l.* 2. etiam ceſſionis reddendam eſſe rationem: & ſi aliquid per culpam in adminiſtratione (44.) omiſit, tenetur, *l.* 2. *c. ſi tutor vel curat. non geſſ.* (Hîc incidit Quæſtio: An adminiſtrator de omnibus creditis ſuo Principali competentibus, ſi ipſe negligens fuerit in eis recuperandis, & interim debitores effecti fuerunt non ſolvendo, onerari poſſit? ℞. Quod talis crediti amiſſio periculo admini-

 ſtratoris

ſtratoris adſcribatur, ſunt text. ſatis clari, *in l. ſi tutor conſtitutus. ff. de adminiſtr. tutor. l. fin. §. item reſcripſerunt. ff. de adminiſtr. rer. ad civit. pertin. l. nomina. C. arbitrium tutel. ibi. Si idonea fuerunt tempore ſuſceptæ tutelæ, & per latam culpam tutoris minus idonea tempore tutelæ eſſe cœperunt, Judex, qui ſuper ea datus fuerit, deſpiciet, & ſi palam dolo tutoris vel manifeſta negligentia & ceſſatum eſt, tutelæ judicio damnum, quod ex ceſſatione accidiſſet, pupillo præſtandum eſſe ſtatuere curabit.* Et hanc ſententiam tenet *Socin. conſil. 2. lib.* 1. ubi in fine tradit, quòd non ſolum tenebitur de pecuniâ, ſuâ negligentiâ non recuperatâ, & amiſſâ, verum & de ejus legitimo intereſſe. Et licet prædicta jura in tutore loquantur, tamen idem erit in quolibet alio adminiſtratore, cui onus incumbebat, debita ſui principalis recuperandi, quia jura, quæ in tutore obtinent, ad alios etiam adminiſtratores ſimiles extendi poſſunt. *l.* 1. *ff. de contr. & util. act. tutel.* Hinc ſi prælatus paſſus eſt debita Eccleſiæ præſcribi, ipſe & ejus heredes ad reſarciendum damnum tenebuntur. Advertendum tamen quòd ſi tutori vel adminiſtratori obligationes vel chirographa duntaxat tradita fuerint, ſi illas tempore diſpunctæ rationis reddiderit, dicendo, ſummas in illis contentas recuperare non potuiſſe, de talibus ſummis adminiſtrator non ſtatim erit onerandus, quia ſuæ obligationi ſatisfacit reddendo inſtrumenta, & eo ipſo habet intentionem ſuam fundatam in hoc, quod fuerit diligens. *Bart. in l. tutor, qui repertorium §. fin. & in l. cumplures. §. fin. ff. de adminiſtr. tutor.* & ideò Dominus adminiſtratoris negligentiam probare tenebitur. *Socin. conſ.* 149. *n.* 1. *l.* 1. ubi

dicit,

dicit, quod in dubio isti administratores præsumantur diligentes, non verò negligentes, saltem tali negligentiâ, quæ caderet in levem culpam.) & respondit in specie *Socin. Senior. consil.* 92. *n.* 7. *v.* 5. *l.* 4. *& ibi versic. Septimò, ratio,* inquit, reddendas esse rationes fructuum (45.) per negligentiam (46.) non perceptorum. *Ex l. fine* §. *Modestinus. C. de Administ. tutor.*

Octavò in reddendis rationibus observandum & illud erit, ne (47.) durè nimis cum eo Administratore agatur: nam scrupulosa esse non debet rationum redditio. *l. Si servus. de legat.* 1. Sunt enim admittendi sumptus (48.) bona fide facti *l.* 1. §. *Sed nonnullos ff. de tutel. & ration. distrab.* nec in quavis minima summa exigendæ sunt probationes. (Sic quamvis sciamus, quod administrator nil donare possit, cum vulgare sit axioma, quod tutor & curator de rebus sui principalis nullam possit exercere liberalitatem. *l. ult. ff. de curat. furios l. tutor ad utilitatem l. Lucius.* §. *ult. ff. de administr. tutor.* Et est text. apertus de procuratore Cæsaris *in l.* 1. §. 1. *de offic. proc. Cæsar.* hoc tamen in modico non curatur, ita ut donatio modica facta ab administratore recipiatur in calculo, inprimis ubi id consuetudo terræ permittit. *Per text. in cap. cæterum. de donat.* Et hoc cavetur *Jure Hispanico l.* 5. *tit.* 14. *part.* 2. his formalibus: *Fueras ende si fuessen echas de pequennas cosas, ansique nose menoscabassen las cosas de la yglesia por ellas. Munnoz. d'Escobar. de ratioc. administr. c.* 24. *n.* 8. *n.* 9.) Hac de re tradunt *Bart. in d. l.* 1. §. *officio ff. de tutel. & ration. distrab. Bald. in l. id, quod pauper in fin. C. de Episc. & Cleric.* Igitur inter ingratos cuculos refert. *P. Frid. Mindan-*

de Mandat. lib. 2. c. 49. §. 7. in fin. Illos, qui ob levem (49.) ansam Administratoribus maximum negotium facessunt.

Nonò, potest hic, qui rationem reddere debet, impetrare arbitrium seu (50.) calculatorem, qui expensa & accepta recognoscat. *l. Si cui libertas. ubi Bart. ff. de condit. & demonstr.* Et is calculator poterit debitum cum credito compensare, & ferre poterit sententiam (51.) condemnando unum alteri, ut declarat *Castrens. d. l. Si cui libertas.* Ubi tamen subjungit, quod si extabit stylus (52.) illum esse servandum.

Quæritur: An semel rationibus redditis atque calculatis, denuo aliquis cogi possit ad iterandum calculum? Non puto, *per l. Semel. C. de Apoch. publ. lib.* 10. *Joh. Monach. Archidiac. Joh. Andr. & Doctores in cap. unic. de Cleric. ægrot. Socin. Senior. consil.* 92. *n.* 1. *l.* 4. *Dec. consil.* 94. *n.* 4. *Chassan. in Consuetud. Burgens. des enfans. rub. 6. verb. d'en rendre compte. n.* 5. 13. & 15. ne actum iterum agant. *Bald. in l. unic. §. 1. n. 18. C. de jur. deliber.* & ut vitetur (53.) infinitas. *cap. 2. de Rescript. in 6. Wes.* 1. *consil.* 3. *n.* 8. (Quæritur, si Commissarii seu Receptores semel rationes suas reddiderint, & liquidaverint, utrum securi sint, ab ulterioribus inquietationibus, wann die Commissarien, Kriegs-Zahlmeister und Receptorn einmahl ihre Rechnung abgelegt und justificiret haben, ob sie hiedurch alles ferneren Anspruchs befreyet und enthoben seyn? Quod satis probatum est *per allegat. l. semel. 2. c. de Apoch. publ.* Cujus legis rationem ponit *Munnoz. d'Escobar. h. tract. c. 41. n. 2.* ut evitarentur processus in infinitum, neve rationes immortales efficerentur *arg. l. properandum. C. de Judic.* Cujus infinitatis

evitan-

evitandæ gratia *Jason.* *in l. unic. C. de Error. Calcul.* consuluit ei, qui ad reddendas rationes obstrictus est, & velit, ne semel redditis amplius molestetur, quòd petere debeat, ut illis liquidatis alius calculator adhibeatur, qui revideat ac perlustret rationes & demum ab illo revisis iisdem à judice petat, ut interloquendo testetur, quod ex tali calculo apparet, & ita rationes redditas confirmet, quæ cautela licet per se valdè utilis sit, suas tamen vires perdit, si judex in sententiâ rationum confirmatoriâ reservasset, [prout cauti & discreti judices reservare solent] vim, dolum aut errorem in illis intervenientem, quandocunque reformare & corrigere debere, vorbehältlich, wann einiger Zwang, Arglistigkeit, Irrthumb oder Verstoss bey der Rechnung eingeschlichen, und untergelaussen wäre, eo enim casu quantumcunque in rem judicatam transierint rationes, adhuc prætextu vis, erroris, metus vel fraudis revideri iterum licebit, sententia namque Juris reservativa jus partium utique conservat *Bald. in l. cum eorum n. 2. C. de sentent. & interloc. omn. Judic. Cravett. consil. 29. n. 8.* Quæ sententia in tantum vera est, ut etiamsi tutor haberet quitationem à minore præstitam, præcedente auctoritate curatoris & Judicis decreto, adhuc tamen impugnari possit. *Munnoz. dict. tract. d. c. n. 4.* ubi enim erratum est in calculo, sententia nunquam transit in rem judicatam, & si ratio non legitimè sit reddita, quitatione non obstante quod iterum reddi debeat, tenet. *Bald. in l. si plures n. 17. C. de condit. insert.* Et non solum rationes poterunt de novo fieri, revideri & retractari, ubi error in mathematicis consisteret, sed etiam, ubi erratum esset in jure. *Cravett. cons.* 188.

188.*n.*9. Quæ ſententia confirmari videtur, *ex l. ſi poſt diviſionem. C. de Jur. & fact. ignor.* ubi ſi frater utrinque conjunctus diviſerit fratris hereditatem cum fratre eidem fratri uno tantum latere conjuncto, eò quòd exiſtimâſſet æqua lance inter ambos dividendam fore, talis ratio & diviſio, prætextu erroris poterit retractari. Quam ſententiam veram reputat *Surd. Quod autem deciſ.*239.*n.*1.) Id quod fortiùs procedit, quando unà cum calculatione intervenit abſolutio, & pactum de non contraveniendo: Et is Adminiſtrator calculatis rationibus, conſecutus eſt liberationem jurejurando confirmatam, juxta. *notabilem gloſſ. l.* 3. §. 1. *in verbo liberationem ff. de contr. & util. action. tutel.* quam in hanc ſententiam citavit *Caſtrenſ. in conſil.*342. *Advertendum eſt in princ. lib.*1. Quæ quidem gloſſa idem ait in juramento à minore præſtito. *Ex Auth. Sacramenta pauperum. C. Si adverſ. vendit.* quam conſtitutionem & in his liberationibus locum habere cenſuit & illam ſingularem dixit. *Tiraq. de LL. connub. poſt leges, gloſſ.* 3. *n.* 7.

Hæc tamen aſſertio limitanda eſt, (1.) niſi (54.) error intervenerit, tunc enim ad partis requiſitionem iterum fieri debet calculatio. *l. calculi* 8. *ff. d. Adminiſtr. rer. ad civit. pertin. l. in omnibus* 13. §. 1. *ff. de diverſ. & tempor. præſcript. Natta conſil.*489. *n.* 2. *lib.* 3. (Hîc videre oportet, intra quantum tempus hujusmodi errores calculi poſſint retractari. Et videtur dicendum, quod *ſemper*, & *quandocunque* huic remedio locus ſit. *Munnoz. de Ratiocin. c.*41. *n.*15. Dictio autem illa *Semper* regulariter tempus infinitum comprehendit. *Bart. in l.* 1. *n.* 21. *ff. Solut. matrim. Socin. conſ.* 11. ubi dicit: dictionem *Semper* æquipollere uni-

universali & denotare perpetuitatem. *Bartolus* tamen hâc in re fuit sibi contrarius, *quia in l. adversus. C. de usur.* dicit, quod dictio *Semper* non utique tempus infinitum comprehendat, sed tempus duntaxat biennii, decenii, & ad plurimum tempus viginti annorum. In qua difficultate respondet prædict. *Munnoz. cit. loc. n.* 18. quod hæc dictio *Semper* debeat extendi & restringi secundum naturam actionis, super quâ imponitur, & regulari secundum subjectam materiam. *Cornæ. consf.* 9. *lib.* quod probari videtur *Rubr. C. de perpet. & temp. act.* ubi licet de actionibus perpetuis mentio fiat, tamen omnes actiones ibi denumeratæ, tempore 40. annorum ad summum finiuntur. Et ita tenet *Covarr. lib.* 1. *var. resol. c.* 9. *n.* 4. Unde cum de jure civili hæc actio erroris calculi usque ad 20. annos possit opponi. *l. calculi error. ff. de administr. rer. ad civit. pertin. Bart. in l. instar. n.* 7. *C. de Jur. Fisc.* eodem etiam tempore durabit officium Judicis, quod competit pro revocando errore calculi & ita erit intelligendus *text. in l. unic. C. quando non petent. part. petent. adcresc.* ubi per tempus perpetuò tempus 30. annorum intelligitur, & similiter *text. in l. minor. §. pater. ff. de Evict.* ibi, evictionis nomine perpetuô obligatur, ubi dictio *perpetuò* exponitur, i. e. usque ad 30. annos.) Si quidem ratione compositâ & redditâ ad compositionem rectam & justam redigi debet. *error.* 7. *c. de jur. & fact. ignor. l. cùm servus* 82. *ff. de cond. & demon. Socin. consil.* 25. *n.* 5. *vol.* 4. (2.) limitatur, si rationes dolo redditæ sint, Dd. *in l.* 1. *de error. calc. Castrens. consil.* 342. *col.* 2. *Anhar. consil.* 331. *Jason. consil.* 219. *n.* 2. *lib.* 2. *& consil.* 14. *col.* 3. *lib.* 3. *Socin. Sen. consil.* 159. *col.* 3. *& consil.* 190. *col.* 3. *lib.* 3. Sic

tutor

tutor ne quidem redditis rationibus per generalem quitationem liberatur, (Verba quitationis quantumlibet generalia debere restringi propter æquitatem, tradit *Cravett. conf.* 221. n. 1. Et attendi debere potius æquitatem, quàm rudem figuram literarum, docet *Angel. conf.* 345. Nec debent verba Quitationis generalia pertinere ad casum, qui in se continet iniquitatem. *Oldr. conf.* 66. *Dec. conf.* 286. Imò impropriantur verba, ut æquum iniquo præferatur. *Calc. consil.* 120. *Bart. & Dd. in l. Scire oportet. ff. de Excus. tutor. Anchar. consil.* 180. Generalis quoque quitatio non nocet errantibus *Paul. de Castr. in l. fin. §. idem quæsiit. ff. de condict. indebit. Deo. consil.* 180. 203. & 263. Et generalis quitatio sequens restringitur & declaratur secundum præcedentia. *Anchar. conf.* 379. *Corn. L. conf.* 142. *l.* 2. *Dec. conf.* 179. Ad quod optimè facit, quod eleg. docet. *Bart. in l.* 1. *ff. ad Jul. Majest.* Si bannitus petit salvum conductum pro decem diebus, & conceditur salvus conductus simpliciter sine temporis præfinitione, intelligitur concessus secundum narrata præcedentia, i. e. pro decem diebus tantum. Quitatio insuper facta ad falsam assertionem partis non tenet, sed habetur, ac si dolo extorta sit, ideoque rescindi debet. *l. eleganter ff. de dol. cap. cum dilectus de Empt. & vendit.*) quo minus ob fraudulentam administrationem denuò conveniri queat. sec. *Carpzov. Ipr. for. part.* 2. *Const.* 11. *def.* 8. *ibique alleg.* quamquam si pacta (55.) de non contraveniendo intervenerint, etiam nec his casibus procedere dicunt, *Batol. in l.* 2. *in fin. C. de jur. Fisc. lib.* 10. *Socin conf.* 92. *n.* 4. *Ruin. consil.* 16. *in fin. lib.* 5. *Farin.* 1. *consil.* 7. *n.* 5. Hac tamen in re observandum est, hunc errorem dolosum,

losum, esse claris atque perspicuis probationibus detegendum. Ita in specie respondit *Decius consil.* 94. *n.* 4. *v. non obstant idem lib.* 1. *n.* 8. *in fin. C. de error. calc. Cravett. cons.* 198. *n.* 3. Et non sufficiet probare dolum præsumptum, sed opus erit dolum verum demonstrare. Quod sensit *Socin. Sen. d. consil.* 92. & *Roland. d. consil.* 49. *n.* 22. & 23.

Ulteriùs quæritur: Quo tempore rationes ab Administratoribus & Rationariis exigi possint & debeant? Ubi sciendum est, Principum facultates nihil magis extenuare, quàm rationum reddendarum neglectus. *Heresbach de Republ. Christian. administr. cap.* 9. *pag.* 53. *P. Gregor. d. Republ. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 9. *v. Et ob id consultè &c.* Exemplum de sese quilibet ipse sumere potest. *vid. lib.* 2. *βασιλικῦ δώρȣ. pag.* 74. (Grosse Herren haben grosse Einnahmen, sie haben aber auch grosse Außgaben, derowegen sie mit allem Fleiß, wann sie ihre Regierung glücklich führen wollen, die Außgaben nach der Einnahm also proportioniren und einrichten müssen, daß jene diese nicht übertreffen, bey Gräfflichen Einnahmen keine Fürstliche, oder bey Fürstlichen Einnahmen keine Königl. Außgaben thun, sondern dahin trachten, daß noch alle Jahr etwas im Vorrath verbleibe, im fall der Noth solches haben, anzugreiffen. Ein guter Oeconomus ward auf seines Geheimbden Raths, des *Josephs* Einrathen, der König *Pharao*, wie er in den sieben guten Jahren so viel Getreyde in Vorrath sammlen und aufschütten liese, daß in denen nechstfolgenden bösen Jahren, seine Hofstatt und das gantze Königreich darvon zu leben, und andern noch darzu mitzutheilen hatte: Hätte nun *Pharao* in denen guten Jahren einen

solchen

ſolchen Schluſs in ſeiner Renth-Cam̃er paſſiren laſſen, Einnahm mit Auſsgaben vergleichen, bleibet nichts übrig, oder, welches noch ärger, Auſsgabe übertrifft die Einnahme, hätte er in denen böſen Jahren mit ſeiner Hofſtatt und Unterthanen darben müſſen. Ein guter Oeconomus iſt auch geweſen Käyſer Auguſtus, welcher, wie *Tacitus* meldet, ein Saal- oder Lagerbuch mit eigenen Händen zuſam̃en gebracht, darinn er alle deſs Röm. Reichs-gemeine Intraden und Einkom̃en, die Mannſchafft, Armatur zu Waſſer und Lande, ſeine Flotten, Zölle, Tribut, neben andern Einnahmen und Auſsgaben verzeichnet, und jederzeit bey der Hand gehabt, mit angehengtem Rath und Bedencken, in terminis zu bleiben, und ſich im Regiment nicht zu weit zu elargiren, Auguſtus libellum, manu ſua ſcriptum, proferri recitarique juſſit, in quo opes publicæ continebantur, quantum civium ſociorumque in armis, quot claſſes, Regna, Provinciæ, tributa aut vectigalia & neceſſitates ac largitiones, addideratque conſilium coërcendi intra terminos Imperii, ſunt verba *Tacit. lib.* 1. *annal.* Der erſte Perſer-König *Darius*, hat ſeine Renterey auch wol in acht genommen, und den Propheten *Daniel* beſtellet, daſs er die Rechnung von hundert und zwantzig ſeinen beſtelten Land-Vögten einnehmen müſſen. *Dan. c.* 6.) Qui igitur rebus ſuis benè conſulere volunt, illos oportet diligenter animadvertere in ſuos Officiales de rationibus reddendis, *Argent. vol.* 1. *conſ.* 10. *n.*7. Quod ſi negligatur, etiam fidi & frugi miniſtri ad peculatum & negligentiam provocabuntur: veriſſimum namque eſt antiquum proverbium: *ubi occaſio* (56.) *eſt peccati, ibi occaſio furem facit.* Etiam optimi interdum labuntur, ut oblatis occaſionibus facilius peccent.

Caro-

Carolus V. Imper. legendis & conſiderandis rationibus multum temporis tribuit, adeo, ut viri graves eam diligentiam tanquam ſupervacuam & nimiam aliquando reprehenderint. *Pezel. part* 4. *Poſtill. Melancht. p.* 461. (Nolo Principem, *dicit*, *Ariſt.* 5. *polit. cap.* 11. cui multa incumbunt, ſe totum & omnibus ſtudiis dare. Teneat cum Agricola ex Sapientia modum, & ex præcepto Euripidis, non omnia ſciat, ſed quæ civitati & muneri ſuo utilia ſunt. Sufficiunt illa, quæ eum commendant & juvent. Vide etiam *eleg. Jacob. Zevecot. in obſerv. politic. ad Sueton. Caj. Jul. Cæſ. & Tacit. lib.* 13. *Annal.*) Attamen Cæſar culpandus non videtur, quia Reipublicæ adminiſtratio, & bellicæ (57.) rei cura, non exiguum quid poſtulet.

In hunc finem plerique Principes prudentiâ excellentes ſolent habere ſua rationaria (58) & breviaria, in quæ accepta & expenſa ipſi referant: imò propria manu ſolent conſcribere librum continentemq, uantæ ſint opes publicæ, quantæ privatorum, quantum civium ſociorumque in armis, quot claſſes, Regna, Provinciæ, tributa, vectigalia, neceſſitates & largitiones, ut ad omnem vim (59.) in promptu ſint, qualem poſt Romanum Auguſtum *teſte Suetonio Tranquillo in octavio Auguſt. lib.* 2. *cap.* 101. *in fin.* & Tiberium, ex Italis Coſmum Medices conſcripſiſſe refert *Annib. Scot. & Scip. Admir. Vigil. & Monluc.* quo filius perpetuò uſus dicitur. *Eberhard à Weibe in orat. Utrius Regni conditio ſit melior. Werner. lib. prim.* der Fürſtlichen-Tiſchreden *cap.* 1. Was der Fürſten Geheim-Buch in ſich begreiffen ſolle.

Sane Illuſtriſs. Princeps, *Ludovicus Senior*, HASSIÆ

SIÆ LANDGRAVIUS, pientiſſimæ memoriæ, diligentiſſimus fuit in cognoſcendis rationibus Quæſtorum & miniſtrorum, adeò ut reditus anniverſarii etiam tenuiſſimæ Præfecturæ Principi fuerint notiſſimi, & libros rationum multorum annorum ad manus habuit, ut ne teruncio quidem ipſi verba dari poterint. (Landgraff Philipps zu Heſſen, der Aelter, iſt nicht allein ſelber ein guter Oeconomus geweſen, ſondern hat auch in ſeinem hochvernünfftig abgefaſſetem Teſtament, ſeine vier Herren Söhne mit Vätterlichem Ernſt und Fleiſs nachfolgender maſſen ermahnet: Es iſt auch unſer treuer Rath und Verordnung, daſs ſie wohl Hauſshalten, und nicht zu prächtig ſeyn, es ſey mit Bauen, Spielen, Kleidern, groſſen Panquetten, groſſen Gnaden-Gelt oder andern, dann ſie wohl ſehen, daſs andere Herren darüber in groſſe Schuld kommen, daſs ſie ihre Lande der Landſchafft übergeben, oder ſonſten verkauffen haben müſſen. Ingleichen ermahnet er ſie, keine Städte, Schlöſſer und Dörffer zu verkauffen oder zu übergeben, weiln dardurch das Land geſchmählert, mit angezogener ſchöner Gleichnüs: Wo man auſs einem Garten Aepffel und Bieren vergiebet, das wächſet wieder, ſo man aber die Bäume vergiebet, ſo hat man dann nichts weiter, ſo man nutzen und verbrauchen kan. Nicht weniger iſt Landgraff Wilhelm der Aelter, Landgraff Moritzen Herr Vatter, ein trefflicher Hauſshalter geweſen, geſtalten ſolches die bey ſeiner Regierung gemachte Verbeſſerung der Cammer-Intraden, ſtattliche Gebäue, und verlaſſene anſehnliche, paare Gelter bezeuget haben, hat auch Hochgemeldter ſeinen Sohn, Herrn Landgraff Moritzen, darzu mit dieſen Worten

in ſeinem Teſtament ermahnet: Weiter ermahnen wir unſern Sohn, daſs er ſich guter Hauſshaltung befleiſſe, ſelbſt zu ſeinen Sachen ſehe, nicht alles auf andere Leute ſtelle, ſondern ſich nicht ſcheue, die Wochen-Rechnung in der Hauſshaltung ſelbſt zu überſehen, inſonderheit aber des Cammer-Schreibers Tranckſteur, Wein-und Küchen-Rechnung ſelbſt abzuhören, damit er ſehe, daſs es vor ſich und nicht hinter ſich hauſshalte, auch nicht mehr verthue, als er Einkommens hat, und darüber nicht in Schuld und Verderben gerathe, &c. Es iſt gewiſs, daſs einem groſſen Herrn gute Hauſshaltung nicht weniger, als einem andern geringen Standes hochnöthig und erſprieſslich: GOtt hat ſelber geordnet und befohlen, daſs derjenige, ſo König über ſein Volck ſeyn würde, ſich einer eingezogenen Hoffhaltung befleiſſen, nicht viel Röſſer halten, oder viel Weiber nehmen ſolle. *Deut. cap.* 17. *v.* 16. 17. Und ſcheinet, daſs Salomon darinn den Sachen zu viel gethan habe, bey ſeiner groſſen, gewaltigen Regierung, und vielen Weibern.) Quamobrem horum exemplo covenit, Principem hac *in* re oculatum eſſe, neque ſemper alienis oculis videre. Ea ſi curaverit Princeps, ſimul & miniſtros ad diligentiam provocabit, in officio continebit, & proventuum erit tutior adminiſtratio: impoſſibile enim, diligentis Domini, diligentes non eſſe vicarios, ut *Ariſtot. in Oeconomicis* docet. (Quemadmodum negligentia eſt modus amittendi res ſuas, *l.* 1. *ff. de uſucap.* ita diligentia eſt modus acquirendi & conſervandi. nempè inſpectando, circumeundo, & recenſendo res ſingulas, *l.* 1. §. 13. *de A. P.* vel ab ipſo patrefamilias, vel à familia, quia poſſeſſio non ſolum per nos ipſos,

 ſed

ſed etiam per alios retinetur. *l.* 1. §. 5. *l.* 49. *de A. P. l.* 10. *de A.R.D.l.* 1. §. 16. *de vi arm.* Quia autem labor diviſionem recipit æque ut pecunia. *l.* 10. *in pr. de ann. legat.* & paterſam. unus altero diligentior eſt. *l.* 75. §. 2. *de V.O.* Ideò tres gradus diligentiæ in jure civili conſtituuntur. *l.* 9. §. 2. *de Jur. & fact. ign.* ut alia ſit exactiſſima, alia mediocris ſive vulgaris, alia minima. Exactiſſima diligentia eſt, quàm diligentiſſimus quisque paterſ. rebus ſuis adhibet. *l.* 18. *commod. l.* 3. *de peric. & commod. rei vendit.* Mediocris eſt, quam diligens paterſ. in rebus ſuis præſtat. *l.* 14. *de pignor act. l.* 24. §. 5. *ſolut. matrim.* ut eſt cuſtodia, quam bonus paterſam. rebus ſuis debet. *l.* 35. §. 4. *de contrah. empt.* quâ neglectâ, levis culpa contrahitur, *d. l.* 24. §. 5. Minima diligentia eſt, quam quilibet etiam indiligens paterſam. rebus ſuis adhibet. *l.* 9. *de Jur. & fact. ign.* Quamvis verò in arbitrio cujusque ſit, quantam diligentiam rebus ſuis impendere velit, exactam, mediocrem aut minimam, quia quilibet eſt liber rerum ſuarum moderator & arbiter. *l.* 21. *C. Mandat.* ſicuti etiam ſervis ſuis remittere poteſt ſcrupuloſam diligentiam, ita ut negligentiæ ratio non habeatur. *l.* 119. *de Legat.* tamen in alienis rebus cautius & diligentius verſari debet, quia hîc negligentia ſua cuique, non alteri nocet. *l.* 3. *de transact. Menoch.* 2. *de arbitr. Jud. quæſt. Caſ.* 128. *n.* 49. & conſueta in ſuis negligentia, in alienis adhibita quandoque punitur. *l.* 22. §. 3. *ad Sc. Trebell.* veluti ſi quis ſummam diligentiam promiſit, *l.* 1. §. 6. & 35. *depoſ.* vel pro ea mercedem accepit, *l.* 5. §. 2. *commodat. Treutl. vol.* 1. *diſp.* 26. *th.* 2. ut in artifice plerumque contingit. *Treutl. vol.* 1. *diſp.* 29. *th.* 6. *lit. E* quippe à

quo

quo major diligentia & ſollicitudo requiritur. *l.* 57. *de V.S.*) Sed quò dilabor?

Ut autem propoſitæ quæſtioni ſatisfaciamus, ſciendum eſt, Adminiſtratorum omnium unam eſſe honeſtatis regulam, ut de alienis rebus rationes fideliter conſcribant, easdem exhibituri, quoties opus erit, vel ſaltem ſemel in anno, alias ut ſuſpecti ab adminiſtratione removeri poſſunt. Ut tenent *Cavalc. & alii relati à Gutierez de tutel. lib.* 3. *c.* 1. *num.* 31. *Weſ. conſil.* 47. *n.* 6. ubi dicit: *Jure communi ſtatutum eſſe, ut omnes Adminiſtratores, præter tutores, ſingulis annis reddant rationes. Per Clem.* 2. *§.* 1. *de Relig. Dom. Iaſ. in §. ſeq. n.* 42. *Inſtit. de Action.* Quò pertinent, quæ tradit *Carpz. Ipr. Eccleſ. lib. defin.* 316. *per tot.* quod ſcilicet à Curatoribus Eccleſiæ ſeu Præfectis ærarii Eccleſiaſtici, quotannis rationum redditio ſit exigenda, & quidem in præſentia, non ſolùm Collatoris ſive Patroni, ſed etiam Paſtoris & Superintendentis cujusque Diœceſeos. (Daſs alle Jahr auf gewiſſe, beſtimbte Zeit, über Einnahm und Auſsgab, in Städten und Dörffern richtige Rechnung gehalten, und deren drey Exemplar abgeſchrieben. Eins dem Superintendenten, das ander dem Beambten behändigt, und das dritte in die Kirche verwahrlich niedergelegt werde.)

Quanquam etiam jure civili (quod abſurdum ducit, rationem adminiſtrationis repoſci ab eo, qui etiamnum in ea perſeverat, *l.* 1. *in fin. l.* 4. *pr. l.* 16. *n. fin. pr. l.* 18. *in fin. l.* 59. §. 4. *& §. ult. de tutel. & ration. diſtrah. §. ult. Inſt. de Attil. tutel.*) finita demum tutela vel cura ad rationem reddendam tutores teneantur, *Weſ. dict. conſ.* 47. *n.* 5. *& Treutl. vol.* 2. *diſp.* 9. *th.* 5. *lit. a.*

tamen hodierno tempore, in hoc puncto juris aliud obſervatur, quod nimirum annuatim cogantur reddere rationes. (Quoad adminiſtratorem ipſum, ſi non ad certum tempus, puta menſem, annum, vel ulterius fuerit conductus, quocunque tempore ab officio diſcedere, ei rei adminiſtratæ rationem offerre poteſt. *Mercurial. Merlin. deciſ. III. n.* 6. Ubi illud omittendum non eſt, in adminiſtrationum & rationum negotiis, contra adminiſtratores de jure procedi ſumatim, ſine ordine Judiciario. *l.* 4. *C. de convent. fiſc. debit.* & executivé? *Erneſt. Cothman. vol.* 3. *Reſponſ.* 8. *n.* 69. Cumprimis ſi rationum perplexitas, confuſio, defectus, obſcuritas, ſimiliaque vitia ex ipſa librorum & regiſtrorum inſpectione appareant, quo caſu ſine mora, veluti in debito liquido & aperto, procedi poſſe docet. *Cothm. dict. Reſp.* 8. *n.* 70.) exemplo aliorum, Adminiſtratorum, idque non tantùm in terris Saxonicis. *Carpz. lpr. for. part.* 2. *conſtit.* 11. *def.* 1. 2. *Berlich. in concl. Pract. part.* 2. *concl.* 12. *per tot.* ſed & aliis Imperii locis receptum & univerſaliter cautum. Policey-Ordnung zu Augſpurg *de anno* 1548. und zu Franckfurt *de anno* 1577. *tit.* 32. *ibi*, jährlich nicht allein auf Erfordern der Obrigkeit, ſondern auch ſelbſt vermög ſeines anbefohlenen Ambts, auch geleiſteten Pflichts und Eyds, gebührliche Rechenſchafft anbieten und thun, umb ſeine Verwaltung Red und Antwort geben. Quod & bene ordinatum in der Naſſauiſchen Lands-Ordnung *part.* 5. *cap.* 6.

Caſus, quo tempore ſocius â ſocio adminiſtrante rationem [60.] exigere poſſit, collegit. *Munnoz. d' Eſcobar. tract. de Ratioc. Adminiſtr. cap.* 6. *n.* 57. 58. 59. *& ſeqq.* ubi vide. (Si per communem factorem

tem ſocietas adminiſtrata ſit, ipſe cogitur ſociis reddere rationem, & ſi unus ex ſociis egerit contra eum, & ſuam partem conſecutus fuerit, alter verò non poſſit ſuam partem conſequi eò, quod factor non ſit ſolvendo, propter æqualitatem, quæ eſt inter ſocios, ſocius partem exactam communicare debet. *l. actione* 65. *§. ſi communis pecunia* 24. *ff. pro Soc. Hector. Felicius de Societ. cap.* 37. *n.* 9. De hac autem materia, an pecunia à debitore communi exacta, cum reliquis ſit communicanda, videndus eſt *Berlich. part.* 1. *pract. concl.* 71. *n.* 18. *& ſeqq.* Hartm. *Piſtor. lib.* 3. *q.* 20. *paſſim. Menoch. conſ.* 46. *per tot Vincent. Carocius deciſ.* 109. *Steph. Gratian. diſcept. forens.* 320. *& diſcept.* 330. *Joh. Baptiſt. Aſinius de Execut.* §. 7. *c.* 126. *per tot.)*

Aliàs ab aliis Adminiſtratoribus, qui ſine temporis præfinitione ſunt conſtituti, veluti in Sequeſtris. (61.) Oeconomis & ſimilibus, quandocunque judici videbitur, ad petitionem partium, vel etiam ex officio ratio exigi poterit, & maximè, ſi cauſa, propter quam fuit conſtitutus, ceſſaverit. Ut tenet *Bald. in l. fin. ff. de bon. Auth. Jud. poſſ. Abb. in cap.* 1. *n.* 1. *depoſ. Franc. Curt. in tract. de Sequeſtr. quæſt.* 26. *n.* 81. *vol.* 4.

Evenit etiam interdum, ut Adminiſtratores ante præfinitum tempus ad reddendum rationes adſtringantur, quod fit, ſi fortè ſe negligenter gerant in officio *Gutierrez. de tutel. lib.* 2. *c.* 3. *n.* 48. Et durante Adminiſtratione pro aliquo fidejubeant, [62.] tunc enim ſtatim compelli poſſunt, ut adminiſtrationis rationem Domino reddant, quia contractus fidejuſſionis eſt nimis oneroſus & damnificativus, ut voluit. *Angel. in l. perſonam.* §. 1. *ff. de pact.* Sic tutor,

qui neglexit præſtare alimenta (63.) minori, puta recedendo à domo ſua, nullâ relictâ proviſione, poteſt ut ſuſpectus removeri, & ab illo ratio tutelæ poſtulari, *arg. text. in l. 3. §. tutor, qui ad alimenta ff. de ſuſpect. tut. Bart. in tr. de aliment. n. 46. Surd. in eod. tract. tit. 8. privil.* 86. Item, ſi tutor durante tutela ſit bannitus (64.) & bona ipſius ſint publicata ſtatim tutela cenſetur finita, & ratio adminiſtrationis exigi poteſt. *arg. l. Si tutor Reip. causâ. §. fin. ff. de tutel. & ration. diſtrah.* Et hanc ſententiam tenet, *Bart. in l. Si ſine hærede. §. fin. n. 1. ff. de admin. tutor.* Item, ſi mater (65.) tutrix filiorum, ad ſecundas convolaverit nuptias, ſtatim & ipſo jure tutelæ adminiſtrationem amittit, & ab ea ratio adminiſtrationis exigi poteſt. *l. omnem. ubi gloſſ. C. ad Tertyll. Tell. Ferdin. in l. 6. Taur. n.* 30. (Nec rationibus reddendis, nec confectioni Inventarii ſubducere ſe poteſt mater liberorum ſuorum tutrix: Sunt quidem dogmata, quibus vulgò blandiuntur fœminis liberorum ſuorum turricibus: ajunt nempè ab onere perhibendæ rationis ipſas relevari, vel ſaltem propter reverentiam, quam liberi iis debent. *Berlich. part. 2. concl.* 12. *n.* 11. Et nonne Pater hoc onere exemptus? *l. 6. §. non autem ubi Bart. in pr. de bon. quæ liber. Jacob. Schult. in addit. ad modeſt. Piſtor part. 3. quæſt.* 126. 127. Quidni ergò idem beneficii concederetur matri? Piè ſibi omninò ita argumentari videntur. Ex quo ulteriùs progrediuntur, & matri quoque confectionem inventarii remiſſam concludunt, modò conſignationem aliquam exhibeat. *Finckelth. obſ.* 76. *n.* 18. Nimirum quia pater ad confectionem inventarii ſolennis haud eſt obſtrictus. *Anton. Hering. de Fidejuſſ. cap. 6. num.* 74. *Mynſ. cent. 2.*

obſ.

obs. 93. *n.* 1. æqualem verò pietatem atque reverentiam utriusque sexus parentibus à liberis præstandam, monuit jam dudum. *Ulpianus in l. furiosæ* 4. *ff. de Curat. furios. &c. Et Paulus in l. parentes.* 6. *ff. de in jus voc.* quin & matrem dignari oportet majori studio, ut quæ & parturierit, & pepererit, & nutrierit. *Nov.* 162. *cap.* 3. *in fin. Finckelth. dict. obs.* 76. *n.* 18. Sed caveant sibi matres, ne vanâ persuasione decipiantur: nunquam enim, si tutæ velint ambulare, omittere possunt ea, quæ ad redditionem rationum requiruntur cum liberi majorennes facti si suâ spontè ratiocinium de bonis administratis remittere nolint, ad hoc cogi nequeant, nullâ vel lege, vel juris ratione matribus subveniente. Ut profecto utrique Dd. asserto fidere periculosissimum sit, præsertim, si prodigalitatis suspicione graventur, vel negligentiæ arguantur. *arg. l. cum apud veteres.* 2. *C. qui & adversus quos in integr. restit.* vid. *Wesenb.* 6. *p.* 2. *consil.* 86. *num.* 5. *vers. multo igitur magis & Ant. Fab. in Cod. lib.* 5. *tit.* 31. *def.* 4. *num.* 5. *Petr. Heig. part.* 1. *q.* 20. *n.* 8. *Jacob. Schult. in addit. ad Modest Q. Pistor. p.* 3. *q.* 126. *n.* 47.)

Præterea, quamvis suprà, de rationibus Quæstorum diligenter exigendis, ex superfluo actum sit, tamen è contrario reperiuntur Domini, qui segnius recipiunt rationes à suis Receptoribus, astu forsan & calliditate quadam, ut eos semper obligatos habeant, vel mortuorum (66.) relictis, conjugi & liberis, imponere, & aliquid detrahere facilius queant: de quibus vitiis longius differere odiosum: Sed contra illud talis optima cautela est, ut Administrator denunciet Domino, qualiter sit paratus rationem reddere, si tunc per eum, cui reddi debent rationes, stetit, quo minus

redderentur aut dispungerentur, ejusmodi rationes pro redditis habentur. *Mascard. de probat. conclus.* 1256. *n.* 13. *Munnoz d'Escobar. d. c. 6. n. 95. & c. 15. n. fin.* ubi hanc praxin latiùs & pulchrè demonstrat. Addatur *Sichard. ad l. 4. c. de dot. promiss. Bald. in l. Si absenti C. Si cert. pet. Jacob. Schultez. in addit. ad Modest. Pistor. quæst.* 126. *n.* 130.

Quia confectio libri rationum [Liber rationum (Rechen-Bücher, Bücher Einnehmens und Ausgebens) definitur, ultrò citroque dandi accipiendi, credendi, obligandi, ac solvendi sui causâ negotiatio, *l. si quis ex argentariis §. rationem. ff. de Edendo Beust. ad l. admonendi. num.* 10. & 12. *de Jurejur.* Libri rationum sunt varii: Quidam enim confecti sunt ab aliquo ratione sui officii, ut olim erant Numularii. *l. quidam. §. Numularios. ff. de Edend.* Et exactores tributorum. *l. illatæ. C. de fide Instrum.* Quidam verò sunt ab aliquo confecti ratione suæ administrationis, ut sunt libri tutorum, curatorum, Pfleg-Rechnungen, & hujusmodi aliarum personarum. *l. 1. §. officio. de tutel. & ration. distrab.* Sunt etiam libri pro arbitrio, & voluntate uniuscujusque, prout res postulat conscripti, ut sunt ii, quos quis sibi privatim conficit. *Nicol. Janua. de privat. script. lib. 4. tit. de liberation. n. 4.* Pariationes sunt, accepti & expensi parem rationem facere, & reliquari nihil, schlechte Rechenschafft machen. *l. Stichus, §. argentarius. ff. de Stat. liber.* ibi, rationes reddiderit, parique fecerit, hoc est, satisfecerit plenè ac persolverit id, quod acceperit administrando seu agendo res dominicas. Loquitur hîc *Scævola* de Servo actore. *Oldendorp. Class. 6. act. tit. de condict. indebit. fol.* 799.] est de substan-

tia

tia actus administratorii, dispiciendum est, quomodo ejusmodi libri rectè formari debeant, ut illis aliqua fides (67.) adhibeatur: Sciendum igitur est (1.) requiri inscriptionem seu præfationem (68.) ut dubitari non possit, librum istum ad rationes, de quibus agitur, convenientem esse. *Decius consil.* 21. *n.* 1. *Socin. consil.* 87. *col.* 3. & 4. *vers. circa secundam.* (2.) Liber rationum debet ita fieri, ut singulis diebus Administrator diligenter ac sigillatim, tam data quàm accepta, reditus & exitus conscribat. *l.* 1. §. 2. *de tutel. & ration. distrah.* idque cum expressione dici, mensis & anni causæ, personarum, locorum, prout fusius videre est apud *Plot. de in lit. jur.* §. 5. *n.* 31. *Piag. quæst.* 7. *n.* 19. Ex tali enim descriptione Administrator suam diligentiam & bonam fidem demonstrat *d. l.* 1. §. *officio, ibi, sic enim actus sui fides & diligentia demonstratur.* Et é converso, si id Administrator non faciat, dolus, remissio & negligentia manifestè arguitur, ut tenet *Aymon. de Antiquit. lim.* 4. *n.* 44. & *consil.* 225. *n.* 4. *Ludovic. Dambauderius in tract. de tutor. cap. unic. de tutor. & curat. justif. n.* 10. (3.) Liber rationum continebit (69.) verisimilia: tunc enim in his, quæ sunt difficilis (70.) probationis, statur juramento Administratorum, (Liber rationum scribente mortuo absque juramento probat. *per tradita Gailii* 2. *obs.* 43. *n.* 6. *arg. fin. C. ad L. Jul. repet. Jacob. Ayrer. in process. hist. Jur. part.* 1. *c.* 9. *obs.* 8. *n.* 7. *Rutg. Rulant. de Commiss. part.* 2. *lib.* 5. *c.* 13. *n.* 6. Quæ opinio suspecta videtur *Carpzovio in libro* 6. *Resp. Elect. tit.* 10. *resp.* 121. *n.* 10. per rationem, quòd jam dum specialiter receptum sit, ut huic privatæ scripturæ semiplena tribuatur fides, eo ipso autem, si admitteretur

supra

ſupra tradita opinio, dum ſpecialia circa idem concurrerent, quod fieri non poſſit. *Gail. d. loc. n.* 16. *per l.* 1. *C. de dot. promiſſ.* Quod etiam firmat *Berlich. part.* 1. *concl. pract.* 80. *n.* 53. *JCC. Argentoratenſes, t.* 2. *conſil.* 99. *n.* 10. Subjicit ergò *Carpzovius cit. loc. n.* 11. quod hæredes juramentum credulitatis præſtare debeant, quod adhuc hodiè in praxi receptum videmus, & rectiùs procul dubio defenditur per rationes & authoritates largè citatas à *Finckelthauſio obſ.* 79. in rationibus decidendis) aliàs autem ſecus. Ut voluerunt *Bart. & Alex. in fin. C. de Edend. Jaſon. in repet. l. admonendi n.* 102. *Dec. conſil.* 596. *n.* 9. *Guid. Pap. deciſ.* 441. (4.) Carebit hic liber concellationibus (71.) inductionibus & ſuperinductionibus, ac denique omni ſuſpicione: illumque librum Adminiſtrator diligenter cuſtodiat, nam aſſerenti ſe perdidiſſe non creditur. *Godofr. ad l.* 1. §. 3. *de tutel. & ration. diſtrah. Piag. d. q.* 7. *n.* 19. Et ſi hoc modo liber rationum conſcriptus non ſit, nihil valet, nec probat, ſed juratur contra Adminiſtratores in litem. *Plot. dict. tract.* §. 5. *n.* 31.

Ad hujus autem (72.) libri rationis formam & fidem non requiritur præcisè, quod de manu ipſius Adminiſtratoris ſit ſcriptus, quinimò ſufficit, etſi ab aliquo quodam tertio rationes deſcriptæ fuerint, ut voluit *Abb. in cap.* 2. *de fide Inſtrum. n.* 12. Ille enim ſcribere videtur, cujus nomine ſcriptum eſt, Ex vulgata Regula. *Quod quis per alium facit,* (73.) *hoc ipſe facere cenſetur. Munnoz d'Eſcobar dict. tract. cap.* 10. *n.* 66. hoc tamen caſu putarem, in præfatione libri hujus mentionem faciendam, vel ſubſcribendum (74.) ab ipſo Adminiſtratore eſſe.

An

An omiſſio diei ſuſpectam Codicis fidem faciat, dubitari poſſet?(Dies in jure quinque modis diverſimodè accipitur (1.) Eſt dies *naturalis* habens 24. horas, incipiens à media nocte, & altera media nocte finiens, more Romanorum, ex *Macrobio Jaſon. in l. more Romano. 8. in pr. ff. de fer.* (2) *Artificialis*, qui tantùm comprehendit lucem à mane ad veſperas, & ſi quando Sol eſt ſuper terram. *cap. ſi perfodiens. de homicid.* horis duodecim conſtabat. Unde Salvator noſter *Johann.* 11. Nonne, inquit, duodecim ſunt horæ diei. (3.) Eſt *Legalis, ſeu emergens*, qui computatur præcisé de momento in momentum. *l.* 3. *§. minorem. ff. de minorib.* (4.) Appellatur *Conventionalis*, ſecundum quod partes conveniunt, quia ex conventione partium contractum vim habent. *l. contractus* 23. *de Reg. Jur. lib.* 1. *§. ſi convenerit. ff. depoſ.* qui dubio aliter per partes non declaratus, eſt horarum 24. & ſic Naturalis. *l. eum, qui certat. ff. de verb. oblig.* (5.) & ultimus, eſt dies *Eccleſiaſticus*, qui diverſimodè incipit, ut proſequitur latè *Jaſon. dict. loc.* In inſtrumentis publicis requiritur, ut dies ſemper apponatur, *l. optimam. C. de contrab. ſtipul. l.* 1. *C. de Apoch. publ.* ut & in beneficiis Principum. *l. ſi quæ beneficia. C. de diverſ. reſcript.* Sed in privatis inſtrumentis & Epiſtolis, dies non eſt neceſſarius. *per l. vectigali.* 31. *ff. de pign. & hypoth. l. publica ff. depoſ. Bald. in rubr. C. de fid. Inſt. col. pen.* Sic in Inſtrumentis privatis non requiritur ſcribentis ſubſcriptio. *l. cum antiquitas, ibi Paul. de Caſtr. C. de Teſtam.* Contra tamen in Notariorum Inſtrumentis obtinet. *Auth. de Tabell.* adde *Klock. conſil.* 11. *n.* 262. 265. 267. & 268. In Teſtibus etiam non eſt dies aut Conſul ad aliquid exquirendus,

dus, ſed ſufficit teſtari, ſe meminiſſe actum id, de quo quæritur, *l.* 11. §. *item Labeo. de aqua pluv. arc.* & *ibi Bart.* Cui conſequens eſt, ut ſi interrogatus de die teſtis, reſponderit, ſe non recordari, tamen probet, *Bart. in l. librarius. ff. de Reg. Jur.* adde quæ habet *Höpingk. de Jur. ſigill.* 11. *n.*235. & *Georg.* von Daſſel, *de Jure temporis Quadrageſimalis. th.* 75. *in fin.* Si modò annus & menſis vel tempus expreſſum, & ex omiſſione diei non reſultat incertitudo, non nocet. *Eſcobar. d. cap.* 10. *n.* 57. vel ſi minutæ ſint expenſæ, quæ juramento probantur *n.*47. *Weſ. par. de tutel.* & *ration diſtrab. n.* 3. *Modicus enim defectus nihil vitiat. Eſcobar. d. loc. n.* 54. *Plot d.* §. 9. *n.* 15.

Calculus [Vocabulum *Calculi* variè accipitur, (1.) interdum pro cauſæ cognitione & enumeratione ſumitur. *l.* 14. *C. de Judic.* (2.) Interdum pro ſententiæ definitione *l.* 10. *C. de Appell.* (3.) dicitur item ſententia & ſuffragium, quæ per lapillos ſignificantur, ita ut candidus Calculus in abſolutione, niger verò in condemnatione detur, ut *Beroald.* de Bononienſi Senatu tale qui refert. *Spiegel. in Lex. Jur. voce Calculus* (4.) hîc autem ſignificat rationem ſeu rationis poſitionem, ratiocinium. *l.* 5. §. 10. *ff. de donat. int. vir.* & *uxor. l.* 8. *depoſ. l.* 1. §. 1. *quæ ſentent. ſine appell. reſcind. l.* 29. *de dol. mal. Jul. Pac. in analiis Cod. de Error. calcul.* Cujus partes extremæ ſunt duæ: Introitus & exitus. *l.* 8. §. 5. *ff. de liber. leg.* mediæ, Codices & inſtrumenta edere, conferre, diſpungere. *l.* 81. *de Condit.* & *demonſtr. l.* 6. §. *ult. de ſtat. liber.* calculum datorum & acceptorum ponere *l.* 6. §. 3. *de Edend.* Oſtendendo, unde, ex qua cauſa, quid, cui, à quo creditum datum acceptùmve ſit. *Socin. conſ.* 215. *n.*2. vide hac de re laté

ſecun-

ſecundum cauſas tractantem *Weſ. in par. Jacob. Ayrer. Perez, Kerſtens ad tit. de error. calc.*] ritè redditus rationem diſtrahit. *tot. tit. de tutel. & ration. diſtrah.* ab obligatione liberat. *l. ſemel. ubi Bart. C. de Apoch. lib.* 10. velut transactio. *l. emptor.* 47. *§. Lucius de pact. Jaſ. l. Si cauſa n.* 3. & 4. *C. de transact. Socin. conſil.* 190. *memini vol.* 2. adeò ut non modò quietatio (75.) ſeu liberatio, ejusque confeſſio debeatur. *d. l.* 1. & *tot. tit. C. de Apoch. lib.* 10. *l.* 2. *ubi Bart. C. de jur. fiſci, l. plures.* 19. *c. de fide Inſtrum. Caſtrenſ. conſil.* 377. *ad primum, n.* 2. *vol.* 2. Sed etiam negotium fieri ei, qui ſemel reddidit, non debeat. *d. l. ſemel. ubi Bart. & Dd. C. de Apoch. lib.* 10. *Clem.* 2. *§. illi ubi Zab. n.* 57. & *Imol. col. pen. verb. annis ſingulis de Relig. Dom.* Niſi ſcilicet error calculi arguatur. *l. unic. C. de error. calc. l. Si ſponſus.* 5. *§. ſi quis.* 10. *de donat. inter vir. & uxor. l. Aurelio* 21. *§. Cajus l. Lucius. de liber legat. Anch. conſil.* 330. *viſis.* & *conſil.* 180. *viſa. n.* 5. *Caſtr. conſil.* 377. *ac primum. n.* 2. *part.* 2. Qui poteſt coargui etiam poſt approbatam rationem *Bart. n.* 1. *Bald. n.* 1. *Caſtr. n.* 2. *Iaſ. n.* 3. & 6. *Fab. n.* 4. *in d. unic. de error. calc.* ad triginta usque annos. *gloſſ. Bart. & Dd. in l. inſtar. c. de jur. fiſc. & l. caliculus. de ad rer. ad civit. pertin. Bald, in l. adverſ. c. de negot. geſt. Philipp. Franc. in cap. unic. §. fin. n.* 2. *de cler. ægrot. in* 6. aut de rationibus judicatum, *de l. unic. Dd. in l. §.* 1. *quæ ſentent. ſine appell.* vel juratum *Bart. n.* 16. *Salic. n.* 20. *Jaſ. n.* 56. *in Auth. Sacramenta c. Si adverſ. vendit. Iaſ. in §. item ſi quis n.* 12. *Inſt. de action.*

Cum autem omnes, quorum fidei quid committitur, ad cautionem præſtandam adſtringi poſſint, veluti eſt uſufructuarius, (76.) qui ad præſtationem cautionis ita eſt adſtrictus, ut teſtator neutiquam

ſeynd. [Non ſufficit Miniſtrum Principis eſſe ingenio acuto & magno, niſi alacri etiam & apto ſit, quod habeat Judicii directam formam: Sine hâc enim ingenii commoditate negotia plerumque exitus non ſolùm minimè optatos, ſed exitiales etiam habent. Nimis ſubtilia & ignea ingenia (ut rectè *Curt.* 4. & *Thucyd. lib.* 3.) quæ in aſſiduo motu verſantur, novandis quàm gerendis rebus aptiora ſunt, quod ſi quid authoritatis in ipſis eſt, deſtruunt. Ab his enim conſilia proficiſcuntur plerumque impracticabilia & talia, quæ vel in effectum deduci non poſſunt, vel maximo cum periculo & ingenti difficultate deducuntur. Fingunt enim ſibi talia, quæ nec facta antè ab aliis, nec cogitata unquam, imò quæ fieri nunquam poſſunt. Sed & præclarum putent aliis contradicere, aliorumque conſilia evertere, utpote cum nihil eximium putent, niſi quod ab ipſis proficiſcatur. Talibus ingeniis Princeps ſeſe non credet, ne incidat in fata *Rahabaami*, qui & ipſe ejusmodi fervidis miniſtris uſus maximam partem Regni amiſit. 1. *Reg.* 12. *Juſt. Lipſ. lib.* 3. *polit. c.* 4. & *Not. ad idem cap.* 4. *Andr. Rey. de conſil. diſc.* 7. *Schonb. l.* 5. *politic. cap.* 23. Sed eos potius Princeps ſeligit Miniſtros, qui ingenio ſint Portiano, hoc eſt, in rebus civilibus tractandis verſatili ac indefeſſo, qui tanquam odorari cuncta, eaque cernere & ſeligere valeant, & qui conſilium ſecundum circumſtantias aptare poſſint. *Hippol. à collib. in Conſil. circa princ.* Fit ſæpè, Dei dona ſua inter mortales partientis decreto, ut idem, quamvis excellenti ingenio præditus vir, non omni negotiorum generi

generi aptus ſit, neque ſatis feliciter ſeſe variis hominum ingeniis & ſtudiis accommodet. Utrumque autem concurrat neceſſe eſt, uti in *Marco Catone* concurrebat, *teſte Livio*, *decad.* 4. *lib.* 1. Id verò, quia rarum eſt, non rejicienda omnino videtur ſententia *Keckermanni cap.* 7. *Syſt. polit. pag.* 152. qui ignea & acuta ingenia à conſilio non excludit, ſed Principem utriusque naturæ & temperamenti Conſiliarios Miniſtros utiliter adhiberi poſſe exiſtimat, nempè lentioris & cunctatioris, qui omnia preſſius & tardius expendunt, deinde igneos & acutos, qui in caſibus neceſſitatis ſummæ citius conſilia inveniunt, & fervidius etiam inventa promunt.] Dieſe Vorſichtigkeit aber beſtehet hauptſächlich darinnen, daſs ein Politicus ſeinen Stand, worinnen Er in dieſer Welt geſetzt iſt, in ſteter Gedächtniis, und was demſelben menſchlicher Vernunfft nach wohl oder übel anſtändig ſeyn mag, vor Augen habe, daſs Er all dasjenige, ſo ihme bey hohen, niedrigen, oder ſeinen Standts-Perſonen billich übel auſsgelegt werden möchte, unterlaſſe, hingegen ſich aller Civilitæt und freundlichen Beſcheidenheit gegen männiglich gebrauche, der dieſes zu practiciren weiſst (quod mihi ipſius ſanè exopto) der wird ohne allen Zweiffel vor viel und groſſem Unglück leichtlich ſeyn können.

Das dritte Mittel, und faſt geheimes Kunſt-Stücklein, ſich wieder alle Creutz und Widerwärtigkeiten Chriſtlich zu verwahren, iſt, wann ein Politicus die Widerwärtigkeiten vorhero bey Zeiten, und ehe ſie Ihme zu Handen ſtoſſen, vorbetrachtet. Nam levius lædit quicquid prævidimus ante: Et

Et prævisa minus tela ferire solent. *Hactenus ille.* Qui hæc omnia *citato capit. octav.* elegantissimis Exemplis illustrat.

(2.) Licet præsto sint sapientes Gubernatores, ita tamen in hac imbecillitate humanæ naturæ comparatum est, ut etiam optimis Principibus omnia minus *feliciter* eveniant. Et quis rerum omnium tam est ignarus, qui nesciat, quod malitia hominum negotiaque quotidie innovata pro necessitate Reipublicæ pluralitatem magistratuum desiderent? *Petr. Gregor. de Republ. lib.* 4. *c.* 5. *n.* 46. Quapropter omnibus unus atque alter non potest satisfacere. Unde sapientissime Angliæ Rex Jacobus I. *lib.* 2. *βασιλικȣ δῶρȣ. pag.* 76. monet: *Cave, ne unus omnia administret, ne & ipse intumescat, & cæteri hoc illi invideant.* [Ingentes sæpè Rebuspublicis existere motus, quoties ab uno occupari partes plurium Princeps sinat, aut si unus agat omnia, qualis in aula *Margaritæ Parmensis Gubernatricis Belgii* dicitur fuisse *Antoninus Perenottus* Cardinal. Grandvellanus, notat *Famian. Strad. de Bell. lib.* 3. *pag.* 131. Communis custodia Principatus, neminem *unum* magnum facere, Aristotelis fuit monitum politicum; Plures enim facilius sociatis laboribus munia Reipublicæ executuri sunt. *Tacit.* Es ist sonsten nichts neues, daß die jenige, so durch ihre sonderbahre Gaben, auch zuweilen Betrug, List und Geschwindigkeit bey einem grossen Herrn sich insinuiren, dessen Hertz an sich ziehen, gleichsam in ihren Händen tragen, und wo sie es hin wollen, lencken können, sich dessen insgemein mißbrauchen, und wollen

das

das *ſac totum* und alles allein ſeyn, und andere, wo nicht gar opprimiren, dannoch nicht emergiren und hervor kommen laſſen. Gedencken gar nicht daran, daſs kein ſchlüpfferiger Ort in der Welt ſeye, als die nechſte Stelle an König oder Fürſten, darfür der weiſe König Salomon alle Hof-Leuthe warnet *Prov.* 25. *v.* 5. Prange nicht für dem König, tritt nicht an den Ort der Groſſen. Verſtändige Politici halten darvor, daſs ein Herr gar wohl ſich etlichen wenigen, und unter denen auch wohl einem ſonderlich vertrauen könne, aber er ſolle nicht allein von demſelben dependiren, andere auch hören, und einen nicht ſo groſs werden laſſen, daſs ſich andere vor demſelben förchten, ihre Meinung nicht recht herauſs ſagen dörffen, und jenem nach dem Mund ſprechen müſſen, dann ſolcher iſt im Werck ſelbſten ſo viel, ja mehr als der Regent ſelbſten, wie der verſtändige Ritter und alter Hoffmann *Cominæus in Chron. Caroli VIII. cap.* 24. *in fin.* darvon ſchreibet. Man findet aber ſelten einen Hof, da ſich nicht zuweilen ein *Sejanus* findet, welches dann GOtt auch zuweilen zur Straff verhänget, und ſchreibet D. Luther über den 101. Pſalm. hiervon alſo: Es iſt ingemein der Könige und Fürſten Plage, daſs ſie müſſen untreue, falſche, böſe Buben zum gröſſeſten Herrn im Lande nicht allein leyden, ſondern auch ſetzen und machen, wie David den Achitophel, Salomo den Eder Eſer: Es gehet ihnen in ihren groſſen Hauſshaltungen, wie andern in ihren kleinen, da einer muſs einen Dieb und Buben zum Knecht, eine Hur und Diebin zur Magd, leyden und nehmen. Und wiewohl zu weilen ein ſolcher ſchädlicher Mann abgehet, ſo hat er

doch

doch so viel hinterlassen, dass offt wenig Besserung zu spüren, und gedencket *Tacitus*, dass durch dess *Sejani* Abschaffung, dess Käysers *Tiberii* Hof und seine Actiones nicht besser, sondern ärger worden. *lib.* 10. *Annal. in fin.* Wann solche Ministri, denen sich ein Herr sonderlich vertrauet, und sein Hertz zugewendet, redliche, gottsförchtige Leuthe seynd, nicht auf ihr eygen Ehr und Nutzen, sondern auf GOtt, das Recht und die Gerechtigkeit, wie auch dess Herren und gemeine Wohlfahrt, ihr Absehen haben, dann gibt et Sana consilia, und gehet es wohl daher: Ein solcher Rath war *Pichol* des *Abimelechs* Feld-Hauptmann, *Gen. cap.* 21. *vers.* 22. & *seq.* *Eleazar* beym *Abraham*, *Gen. cap.* 24. *Joseph.* beym König *Pharao* in Egypten, *Gen. cap.* 41. & *seq.* und finden sich dergleichen redliche vornehme Leuthe noch heutiges Tages an Herren-Höfen, die den Herren sondersich vertrauet seynd, und viel Gutes schaffen. Und wie ein einiger böser Bube bey Hof viel Gutes verderbet, wie der *Prediger Salomonis* meldet *cap.* 9. *in fin.* also kan hinwiederumb ein Guter viel Gutes stifften, *Syr. cap.* 20. *vers.* 30. Aber solche Leuthe, die ihr eygene Grossmacht- und Bereichung, eygene Ehr und Eytelkeit, bey Hof für den Zweck ihrer Dienste halten, andere drucken und unterhalten, pflegen endlich gar insolent und unleidtlich zu werden, sich verlauffen, und wann sie auf die höchste Staffel der Ehre gelangen, und sich ihrer Hoheit und Grandessa gar versichert halten, aber einen Stoss bekommen, so können sie nicht gradatim herunter, wie sie hinauf gestiegen, sondern müssen über Halss und Kopff herab stürtzen, und ein Ende mit schrecken

nehmen, wie solcher Exempel Geist- und Weltliche Historien voll seynd, auch wir selbsten zu unsern Zeiten in Teutschland bey Chur- und Fürstlichen Höfen gesehen und erlebet haben.] Nemo enim mortalium, quantiscunque dotibus præditus sit, sufficere potest ad omnes muneris vel Ecclesiastici vel Politici partes obeundas. Est Moses vir Magnus, eximiis donis à DEO ornatus, ita ut de eo dicat S. Scriptura *Deut.* 34. *vers.* 10. *non surrexisse Prophetam talem in Israel*, imparem tamen eum esse cognoscimus ad sustinendum totum onus Reipublicæ. *Defatigando defatigaris*, *inquit text. Exod. decim. octav. vers. decim. octav.* & *decim. non.* & *tu* & *populus iste*, *qui tecum est*, *ultra vires tuas est negotium*, *solus illud non poteris sustinere*. vid. *Gloss. dict. cap. Biblior. Andr. Osiandr.* A quo nec prudentum corona recedit; vid. *Hippol. à Collib. lib. de Principe capit.* 9. *Richter. axiom. politic.* 32. & 154. *Antimachiavell. lib.* 1. *de Regno Administr. theorem.* 1. *pag.* 23. & *Petr. Gregor. Tholosan. lib.* 24. *de Republ. cap.* 1. [Si à multis retrò seculis maximorum Imperiorum fortunam, memoriâ repetamus, liquebit illicò, omnem felicitatis laudem promptitudine atque prudentia Ministrorum magis stetisse, quam ingenio Principum: turpitudinis verò atque calamitatis ignominiam culpâ eorundem introductam. *Friederic. de Marselaer. de Legato. lib.* 1. *Dissertat.* 1. *in fin.* Præstantissimum est per se sapere, proximum aliena ope duci, *ex Hesiod.* refert *Hug. Grot. de Jur. Bell. lib.* 2. *c.* 23. §. 4. *in fin.* imò plerumque plus nocet malum consilium, etiam cum bono Rege, quam malus Rex

cum

cum bono consilio. *Caussinus Jesuita in Dissertation. ad libr. Regum. Dissert.* 86. *in Rubric.*] Damnandum igitur detestandum illud *Machiavelli in lib. de Principe capit.* 23. dogma, qui affirmare ausus est, Magistratus ac Principes in tam variis negotiis ad omnia satis esse perspicaces, ita quidem, ut nullibi errent aut labantur. [Es seynd noch heutiges Tags viel Regenten, Fürsten und Herren, welche mit diesem unpolirten Politico Machiavello darvor halten, weilen sie GOTT zu grossen Herren gemacht, so habe er sie auch mit genugsamen darzu gehörigen hohen Verstand und Weisheit ausgerüstet und erleuchtet, dass sie alles vor sich allein selber wohl verstehen, bedencken aber nicht darbey, dass sie auch Menschen seynd, die leichtlich fehlen, fallen und irren können. Aber diese Machiavellische Principia stimmen mit GOttes heiligem Wort und der gesunden Vernunfft nicht überein. Der König David und Salomon seynd sonders erleuchtete hochweise Könige gewesen, dannoch haben sie ihre Cantzlar und Räthe gehalten, und zu Rath gezogen. Und als David einsmahls guten Rath verachtete, und nicht folgen wolte, that er einen schweren Fall, und brachte sein Königreich in Noth und Plage, 2. *Chron. cap.* 22. *vers.* 6. & 7. Hergegen folgete er gutem Rath, und gereuete ihn nicht 2. *Sam. cap.* 18. *v.* 3. 4. Es bleibt schliesslich des Syrachs Lehr wahr: Thue nichts ohne Rath, so gereuet dich nichts nach der That. *cap.* 33. *vers.* 24.] Neque existimet Princeps authoritati suæ vel prudentiæ opinioni aliquid decedere, si prudentem audiat & roget consilia. Est enim homo &

unus: Atqui *unius mens tantæ molis capax non est.* Tacit. *Neque potest scientiâ sua complecti cuncta.* Idem. *Imò eum*, inquit Livius, *qui de suâ unius sententiâ omnia gerat, superbum judico magis, quam sapientem.*

(3.) Consiliarius à consilio: Consilium autem à quibusdam à silendo. *Fest. lib.* 3. Nonnullis â consiliendo. *Prat. in Lexic. verb. consilium.* Aliis verò rectius à consulendo deducitur. Consiliarii vox etiam non unius est significationis. Ego omissis iis, describo Consiliarium personam, quâ in Republica ad sui informationem, antequam res arduas aggrediatur, Princeps utitur. *Wendel. doctrin. Politic. lib.* 2. *cap.* 14. *th.* 4. Consiliarii differunt aut gradibus, aut objectis, aut functionis duratione: Hinc alii summi, alii medii, alii infimi: Quidam item rerum Ecclesiasticarum Kirchen-Räth: quidam Secretiorum, [Inter consilia secularia reperiuntur apud Germaniæ nostræ Principes Secretiora *Geheime Räthe*, ubi segregatim deliberant causas selectiores consiliarii, & quarum scientiam minus latè evagari cupiunt. D. *Anton. Winther. in Assessor. part. prior. capit.* 2. *num.* 62. Sunt etiam in liberis Imperii Civitatibus *Enger - oder Geheime Räthe*, welches aber ad Oligarchicam imperandi rationem tendiret, darumb seynd solche zu Cöln verbotten. *Statuta Coloniensia part.* 1. *lit. a.* 3. *fol.* 5. *& cap.* 3. *fol.* 31.] quidam militarium: quidam Judicialium. Alii item perpetui & ordinarii, wesentliche. Alii temporarii sive extraordinarii, von Hauss auss bestellte Räthe. Cujusmodi species omnes, & si quæ sunt plures,

plures, quas refert *Frideric. Furio Ceriolan. in lib. de Concil. & consil. Princ.* circa Reipublicæ gubernationem in partibus sibi creditis unicè occupantur. *§. fin. proem. Instit.*

In personâ in consiliarium eligendâ attendenda sunt requisita quædam, quæ vel sunt Electionis, vel Eligendi. *Electionis sunt*, ut eadem fiat: 1. Sine privato collegarum aliorumque affectu, solius Reipublicæ gratiâ. *arg. l. unic. prim. digest. de L. Jul. Ambit.* Quo ipso Reipublicæ malè consulunt illi, qui non nisi sanguine vel affinitate sibi junctos publicas ad functiones evehi ac promoveri faciunt. *Besold. in eleg. consil. politic. cap. 2. num. 22. & 29.* Cujus rationes videri possunt apud *Lauterbach in disquis. de singul. fratr. Jur. part. 2. membr. 1. §. 2. pag. mihi. 29. & Carpzov. Ipr. Eccles. lib. 2. tit. 15. defin. 404. n. 11. & 12.*

Deinde sine omni ob vel subreptione. Quid verò frequentius, quam pomposis commendationibus etiam indignissimum quemvis summos ad honores extolli? contra quam voluit *Pontifex. in cap. Estote 119. caus. 1. q. 1. vid. Fürstl. Tisch-Reden lib. 1. cap. 6.*

[Es werden heutiges Tags *Fünff Staffeln*, dardurch mancher Mensch in Dienst zukommen hoffet, gefunden, weiln sie sehen, dass es mit der ordentlichen Beförderung gar schwer hergehet, und werden genennet: *Reichthum*, *Freundschafft*, *Heurathung*, *Recommendatio*, und dann *Geschicklichkeit*. Welche letztere ich nicht ohne Ursach zuletzt gesetzt habe.

Betreffend die erste, als *Reichthum*, so beste-

het ſolche in krummen ſilbernen Händen, dieweil es heiſſet:

Reiche Geld-gebende Narren,
Bekommen offt die beſte Pfarren.

Die andere Staffel heiſſet *Freundſchafft*, welche der erſten die Hand giebet, dann ſiehet man ſich ein wenig, und zwar in den meinſten Aembtern umb, ſo iſt einer des andern naher Vetter, Schwager, oder ſonſten guter Bekanter, und kan alsdann vor ſolchen kein Frembder zukommen, ob er ſchon von ehrlichem und redlichem Gemüth iſt.

Die dritte Staffel iſt *Heurathung*, und zu ſolchem gibt ihme Anleitung das gemeine Sprichwort:

Wer will nehmen *die Knarre*
Der ſoll bekommen die Pfarre.

Sintemahl zuweilen noch eine Schweſter oder Baaſe vorhanden, ſo heiſst es, wenn ihr dieſe nehmet, ſo werden wir euch ſchon unterzubringen wiſſen. Vierdtens tritt herzu die auſsgebettene *Recommendation*, dardurch einer bald hier bald dort zu Befödeung einem vornehmen Manne de meliori anbefohlen wird.

Die fünffte Staffel iſt nun die *Geſchicklichkeit*, welche ich umb des willen, weilen die erſte vier Stücke allwege derſelben vorgezogen werden, zuletzt geſetzt habe. Sintemahl die Erfahrung bezeuget, daſs offtmahls ein qualificirter Mann biſs in die etliche Jahre, unerachtet ihme unterſchiedene Vertrœſtungen beſchehen, warten müſſen &c.

Alias, *ut hoc obiter hîc addam*, Miniſter cujuscunque conditionis, ex quibusdam ſignis & argumen-

gumentis, certus esse potest, vocationem suam legitimam ac divinam esse: Et quidem *primo*, si neque precio neque precibus (ut hodie proh dolor! ferè ubique in omnibus officiorum generibus mos pessimus invaluit) novam Spartam ambierit, aut emendicaverit, vel clancularii Patronorum, fœminatum, amicorumvè recommendationibus ac intercessionibus Officium illicitè captaverit. *Secundo*, si non callidè simulaverit, aut publicè falsò jactaverit, se satis idoneum, & ingenio, arte, ac prudentiâ habilem, ad hoc vel illud munus obeundum, esse, atque ita superiorem ad promotionem permoverit ac induxerit, alios autem fortè longè digniores removerit, vel impediverit, cum tamen optimè nôrit, vel nosse debuerit, sese rebus istis gerendis sufficientem & aptum non esse. *Tertio*, si non alium finem ac scopum Officii & actionum suarum sibi propositum habeat, quam DEI OPT. MAX. gloriam, non opes ac divitias, non famam ac potentiam, aut terrenum quippiam. *Sapiens Reipubl. tractationi admoveri cupit, non in eum finem, ut honores aucupetur, ut dapsilius vivere possit, vel ut potentiâ clarus sit, sed ut generis humani societatem consiliis & operâ suâ adjuvet &c.*]

Numquid autem sine ambitûs vitio consiliarii munus peti possit, quæritur: Omnino, modo verecundè fiat ac modeste, ne servitia sua Principi obtrudisse magis quam obtulisse videatur. Quamvis enim, ut simili loquitur *Hadrian. Imperat. teste Icto in l. 2. §. post hunc 47. vers. primus ff. de orig. Jur.* hoc ipsum non peti, sed præstari debeat.

debeat. *c. honorantur cauſ. 32. quæſt. 2. in fin.* Quia tamen Principes petentes quam expetitos malint, & Muſæ, ſeculo præſertim hoc noſtro, ubique ferè vapulent, ſi non prorſus exulent, nec ſervitiorum iſta oblatio jure improbari poteſt.

Non eſt ultima pars officii Principis, ut pulcherrimè & veriſſimè diſſerit *Schot.* 13. *Comment. in Annal. Tacit. pag.* 491. *num.* 32. ut miniſtrorum opera utatur, prout quisque eorum ad aliquid idoneus reperitur. Alias ſi miniſtrum, qui arte una polleat, ad aliam diverſam & ſæpe contrariam applicare volet, ſibi dedecus, illi infamiam, & Reipublicæ damnum maximum irrogabit. [Huc quadrat, quod *Cicero Tuſculanarum Quæſtionum lib.* 1. tradit, benè illo Græcorum Proverbio præcipi: Quam quisque norit artem, in hâc ſe exerceat. Quem ſenarium Magnus *Eraſmus in* 3. *Centur. Chiliadis.* 2. *in* 82. Adagio ſic explicat, quod admoneat: ut quarum rerum ſumus rudes, eas doctioribus concedamus, neque Profeſſionem alienam nobis vindicemus, neque in meſſem alienam mittamus falcem, neve ſutores ultra crepidam judicemus, notus eſt ille tritus verſiculus:

Ludere qui neſcit, campeſtribus abſtinet armis.

Dem herrlichen Mann *Guilielmo Budæo* ward einsmahls von *Franciſco I.* Kœnig in Franckreich auferlegt, ein und anders von der Venation oder Jagt zuſchreiben, weilen er aber kein Weidmann war, antwortet er *in libr. poſter. de Philologia* mit nachfolgenden Worten: Suſpenſo etiam gradu, qui eâ via ingrediar, qua tu me pergere jubes: pedemque

demque referam, quam citissime potero, bonâ ut scio, tuâ veniâ. Novi enim, *Here*, quam turpe sit, & penè ignominiosum, in hujusmodi theatro offensatorem esse. Quis verò nescius est, cum de venandi arte, de aucupandi, de castrensi & militari instrumento, de apparatu bellicarum copiarum, sermo in comitatu præsente te, & arbitrio excitatus est, quam callentem esse verborum oporteat, quam accuratè omnia tanquam numerata habere, quam solicitum & anxium, aut certè quam impudentem esse, & ineptum, qui ibi disserere sine omni Religione audeat? hominem dico, non in campis, non in sylvis, non in castris institutum. Quare in hâc via, mihi & insolita, & formidolosa, incedere pleno gradu nequeo. *Huc usque Budæus.* Si quis igitur judicium sumit de arte, quam non didicit, ipsi meritò usu venit, quod *Cicero in* 2. *lib. de Oratore* Phormioni Peripatetico accidisse, scriptum reliquit, qui *Ephesi* coram *Hannibale* aliquot horas de Imperatoris officio, & de omni re militari locutus est, idque cum vehementi admiratione, & delectatione aliorum. Sed Hannibal quæsitus, quidnam ipse de illo Philosopho judicaret, respondit: Multos se deliros senes sæpè vidisse: sed qui magis, quam *Phormio* deliraret, vidisse neminem. Neque me Hercule (ait *Cicero*) injuriâ. Quid enim aut arrogantius, aut loquacius fieri potuit, quam Hannibali, qui tot annos de Imperio, cum Pop. Rom. omnium gentium victore, certasset, Græcum hominem, qui nunquam hostem, nunquam castra vidisset, nunquam denique minimam par-

tem ullius publici muneris attigisset, præcepta de re militari dare? *Hactenus Cicero.*] *Arnisæ. in doctiss. tractat. de subject. & exempt. Cleric. capit.* 1. *pag.* 19. & *cap.* 6. *num.* 13. *pag.* 185. Error igitur eorum clarissimè hinc patet, qui conducunt consiliariorum operam in omnibus, quæ sese objiciunt, rebus, ut causas agant, lites tractent, rationibus præsint, arma sciant, Constitutiones Imperii exerceant, Oratores & Legatos agant, imò Medicum, Mathematicum, opificem simul repræsentent, und dass Sie zu allen Sätteln gerecht seynd. Unde non immeritò Atheniensis ille Metiochus publicis muneribus se intrudens, vulgo fabula factus est, deque illo passim contabatur, Metiochum esse ducem, ædilem, Pistorem, omnia. vid. *Scipion. Amirat.* 15. *dissertat. politic.* 1. *p.* 232. [*L.* 5. *C. qui m. lit. poss. vel non.* dicit: Nemini prorsus facultas sit, eodem tempore plus quam unius ordinis nomen affectare, interdicendis in commune cunctis binis trinisque cingulis, & *l.* 8. *C. d. t.* Quod si quidam duplici militia uti præsumpserit, utramque amittat. Datur enim optio, quem retinendum sibi potius censeant, quem verò deserendum. Nemo duplici fungatur officio, nec aucupetur plura in unum se collaturus, nihilque reliquis relicturus. *l.* 10. *de proxim. sacror. scrinior.* Absurdum namque, promiscuis si actibus rerum turbentur officia, & alii creditum, alius subtrahat, *l.* 23. *cap. de Testam.* Solet enim fieri, ut cum ad utrumque aliquis festinet, neutrum benè peragat, *l. fin. C. de Assess. & domest. & cancell. Judic.* neque enim facile credendum est, duabus necessa-

necessariis rebus unum sufficere, nam cum uni intendat, alteri abstrahi necesse est. *d. l.* videtur ergo dicendum, quod per assecutionem secundæ vacet prior ipso jure. Distinctionem tamen hic adhibendam puto, ut procedat regula, si officia ad invicem sint incompatibilia seu discrepantia, secus si quodammodo sint subordinata, & in uno subjecto commodè subsistere possint, quod unus tunc duplicata stipendia promereri possit, bevorab, weil jetziger Zeit die Tractamenten sehr gering, und dermassen per suggestionem einiger Partitenmacher beschnitten, dass mancher kümmerlich darvon seines Leibs Unterhalt haben mag: Et in tali casu, quando Salaria nimium accisa & attenuata sunt, & unum non est sufficiens ad congruam sustentationem, prædicta Regula patitur limitationem, und kan, zum Exempel, einer eine Auditeur- und Secretariat-Stelle, weil sie einander nicht repugniren, zugleich vertretten, compatibilia nimirum simul obtineri & retineri possunt. Illud autem dicitur sufficiens, ex quo aliquis, pro gradus sui conditione, se suosque familiares, parentes, fratres & consanguineos egentes honestè sustentare valeat. Et in dijudicandâ sufficientiâ hujusmodi non est habenda ratio bonorum patrimonialium, cum illa, fructusque eorum hîc non computentur, sed salaria, obventionesque functionis solum hîc in considerationem veniant. Potest tamen etiam incompatibilia quis obtinere per dispensationem summi Magistratus ex justa causa, veluti quia alii idonei desint, vel ob meritorum evidentem prærogativam, qualis est litera-

tura

tura insignis, accurata attentio, industria, prudentia. *cap.* 28. *de Extrav. Execrabilis.*]

Itala & Hispanica natio Germanis hâc in re consilio superior, quæ ingenia optimè discernere & dijudicare dicitur, ad quodnam studium quis majori animi impetu feratur, ut in eo potissimum se exerceat. Unde evenire cernimus, quod in Italia præstantissimi Jurisconsulti inveniantur, quod plerumque *secundum Warenmundum ab Erenberg. de fœderib. pag. sexagesim. octav.* generali tamen juris cognitione non exclusa, in certa parte juris, *ultimarum voluntatum* videlicet, *successionum, rerum criminalium, contractuum, &c.* excellant.

Quare si eorum exemplo alii publica ita adornarent negotia, cum emolumento & commodo Rerumpublicarum & aularum plurimum conjunctum esset, quia consiliarii variis negotiis distracti, rarò excellere possunt. Aulici enim, qui multa agunt, parum proficiunt. Nam quælibet res ac quodlibet negotium, si modo ritè apparari & omnibus numeris absolutum esse debet, totum requirit hominem cum sensibus & membris omnibus, juxta tritum illud: *Pluribus intentus minor est ad singula sensus.* [Multitudine negotiorum animus distrahitur, ut omnibus sufficienter præesse non possit. *l. quisquis C. de postul. l. fin. C. de Assess. capit. cum ignores. de præbend. capit. quia nonnulli. de cleric. non resid. Berlich. part.* I. *concl. pract.* 9. *num.* 36.] A qua sententia Exquisitissimum Ictum Dn. H...annum Vultejum *in Epistola Thesauro Juris Arnoldi de Reyger. præfixa* haud alienum

num esse perspicio: *Jam me Schola*, inquit, *suum esse vult*, *mox postulat forum*, *quin & aula quandoque me fatigat:* Et paulo post: *Non distrahuntur illi* (de Gallis, Italis & Hispanis loquitur) *sed nos Germani propemodum in infinita.* Hæc ille. [Reperiuntur nonnunquam Principés, qui ministris suis, optimis licet ac laborum patientissimis, minimè parcunt, eos negotiorum variorum multitudine ferè opprimentes, vix horulam ad respirationem, aut honestam recreationem, illis relinquendo. Interdum etiam ministro ejusmodi negotia expedienda committuntur, quæ non tantum odiosa, sed & vocationibus ipsius ac muneri planè non sunt conformia. v. g. ut minister, cui justitiæ administratio incumbit, etiam militiæ, rationum, Oeconomiæ, &c. curam suscipiat, ac in ejusmodi caussis vigilet, agat, consulat. Unde ministro nausea ac tædium sui ac officii nascitur. In proverbio est: Arcus nimium intensus rumpitur: ast moderata durant. Præterea nusquam est, qui ubique. Inter omnes convenit, *ait Seneca de Brevit. vit. cap.* 6. nullam rem benè exerceri posse ab homine occupato: quando animus districtus, nihil altius recipit, sed omnia velut inculcata respuit, adde *Molke. de divers. homin. propos. & conat. pag.* 171.]

Quid igitur sentiendum de illis, qui pluribus Dominis operam suam locant & conducunt, die vieler Herren Bestallungen haben? [Reperiuntur enim quandoque Ministri & officiales, qui vel ambitione, vel invidiâ aliorum, vel singularis gratiæ ac remunerationis extraordinariæ spe inducti humeris

humeris suis ultrò, & nonnunquam invitis collegis suis, plus negotiorum imponunt, quam ipsius vires sufferre possunt, sed non rarò infelici exitu.] Jure Codicis ab Imperatore Justinian. sanctissime fuit prohibitum, Ne quis eodem tempore Advocatus & Assessor, neve duorum magistratuum assessor sit, ne cum ad utrumque festinat, neutrum benè peragat. *l. fin. in pr. C. de Assess.* unde *Annibal. Scot. lib. 6. comment. in Annibal. Tacit. p. 367. num.* 7. dicit: Quod solertia Principis perspiciatur, si tales viros eligat, qui nemini alii addicti sint, præterquam ipsi. Quo pertinent vulgares versiculi *Accursii Glossat. ad d. l. fin.*

Qui binos lepores una sectabitur hora:
Uno quandoque, quandoque carebit utroque.

Nunc etiam pluribus esset dicendum *de requisitis Eligendi*, sed quia passim Politici hâc de re fuerunt occupati, hisce me brevitatis studio ad illos remittam, & ex *Consultatione de litibus abbreviandis* Celeberrimi alicujus JCti anonymi, tantùm sequentia addam: Vor allen Dingen ist zu Anrichtung eines beständigen guten Regiments und des hochnothwendigen nützlichen Justitien Werckes, als desselben Hertzens, Fundaments und Grundes, ohne welches auch kein Regiment lang bestehen kan, gar hochnöthig, dass alle Rath-Sruben und Gerichte, als Officinæ und Werck-Stätten der heiligen Justitien, mit tüchtigen und genugsamen darzu qualificirten Personen besetzt und bestellt werden, und wann einer zu einem Officio und Ambt darinn genommen werden soll, dass alsdann

dann nicht fürnemlich daraufgesehen werde, Quis sit, das ist, ob er hohes Standes und vornehmen Geschlechts und Herkommens, oder Reich und gutes Vermögens seye, dass Er, wie man es hœfflich nennet, danckbar seyn, und die jenige, welche ihn darzu befœrdert, stattlich beschencken und remuneriren kœnne, oder aber noch unbefreyt sey, dass Er mit den jenigen, deren Befœrderung Er gewust, mit Schwägerschafft verwandt werden könne, oder dass Er sonsten allbereit deroselben Bluts-Freundt oder Schwager ist, sondern Qualis sit, *hoc est*, dass er nicht allein das jenige, darzu Er bestellt und angenommen werden solle, gelernet und wisse, atque ita, ut Imperator Justinianns *in Authent. de Judicibus in princ.* monet, per se sciat, quod justum est, ne aliunde hoc emendicare necesse habeat. Quomodo enim (addit Imperator ibidem) non maximum vitium erit Reipublicæ, non iis, qui ex se, quod agendum sit, sciunt lites tradere: sed sinere eos quærere alios, à quibus liceat discere, quæ ipsos in judicando eloqui decet: Sondern, dass Er auch Gottsfœrchtig, und eines ehrlichen, aufrichtigen, redlichen dapffern Gemüths sey, solches mit seinem Leben, Handel und Wandel bewiesen habe, und dahero gute Hoffnung zu machen, dass Er solches Ambt und Dienst, darzu Er bestelt und angenommen werden soll, recht und wohl verrichten, und nicht allein andern, was recht oder unrecht sey, und sie thun oder lassen sollen, sagen und gebieten, sondern auch selber, was recht ist, thun, unrecht aber lassen, und also andern mit gutem Exempel vorgehen werde.

Woran

Woran dann nicht wenig, ſondern hoch und viel gelegen iſt, wie auch der Poët mit folgendem diſticho bezeuget:

Sic agitur cenſura, & ſic exempla parantur,
Cum Judex, alios quod monet, ipſe facit.

Und wie kans doch möglich ſeyn, daſs nicht die, welche zuerkant und auferlegt wird, daſs Sie ein Häuſslein, Acker, Wieſen, Garten oder dergleichen, ſo ſie ihrem Gegentheil mit Unfug entzogen haben, oder vorenthalten thun, demſelben reſtituiren und wiedergeben ſollen, wann ſie wiſſen, daſs in der Raths-Stuben oder dem Gericht, darin ein ſolch Urtheil geſprochen worden, auch nur einer iſt, welcher mehr als ein Guth vor viel tauſend werth per fas neſasque an ſich gebracht, und andern mit Gewalt, oder auch unter dem Schein des Rechtens vorenthalten thut, nicht ſagen oder zum wenigſten gedencken ſollen, Ach! lieber GOTT, dieſer, welcher mir dieſes Urtheil ſprechen helffen, hat ein kleinen Splitter in meinem Aug, nemlich, daſs ich mein Gegentheil, das geringe Häuſslein, Acker, Wieſen oder Garten mit Unrecht vorenthalten hab, geſehen, hat derowegen ſolchen Splitter aus meinem Aug wollen ziehen, und erkennen helffen, daſs ich daran zu viel und unrecht gethan hätte, und meinem Gegentheil das Häuſslein, Acker oder Wieſen reſtituiren ſolte, Ach GOTT! daſs er doch deſs groſſen Balcken in ſeinem Auge, daſs Er ſo groſſe, ſtattliche, unterſchiedliche vornehme Güther, mit lauter Unfug beſitzet, und andern vorenthält, wäre gewahr worden, und gätte ſich des Tituli Pandectarum Juris: *Quod huisque Juris in alium ſtatuerit, ut ipſe eodem jure*

utatur:

utatur: Auch dessen, so einer ex Patribus geschrieben haben soll, nemlich, Quod quilibet Judex, eo ipso momento, quo judicat in terra, à Deo judicetur in cœlo, sein erinnert und vorher dieselbe denen, welche mehr Recht als Ehr darzu haben, abgetretten und widergegeben, und also den grossen Backen vor erst auss seinem Aug gethan, und alsdann den Splitter auss meinem Auge ziehen helffen.

Derowegen soll man sich auss höchste und eusserste bemühen und befleissigen, dass man zu obgedachten Aembtern und Diensten bestelle und brauche, viros pios, prudentes, constantes, veraces, ac juris publici privatique nec non morum hominum ac Reipublicæ ipsius loci, peritos: Cum consilium de Republica dare, teste Cicerone *lib.* 2. *de Orat.* caput sit nosse Rempublicam: Non autem homines Atheos, [Hîc in specie tractatur de illis belluis, non hominibus, qui Deum esse negant, somniantes omnia agi fatuo quodam fato, animasque cum corporibus unà interire. Inficiantes resurrectionem & Judicium, aut facturam Dei & creaturam Angelos subsistere. *Nov.* 146. *cap.* 2. Quo de grege porcus *Epicurus*, qui ut scribit *Cicero lib.* 1. *de Natur. Deor.* Ne in Atheniensium offensionem caderet, verbis quidem Deos reliquit, re sustulit. Idque mentiuntur *contra sensum humanum*: quis enim tam vecors, qui cum suspexerit in cœlum, Deos esse non sentiat? *Cic.* Quis credat tantum opus sine custode stare, & hunc siderum cursum discursumque fortuitos esse impetus? *Senec. de Provid. capit.* 1. *Contra ipsam naturam*: quæ in omnibus exhibet verum vivum-

I que

que teſtimonium divinæ alicujus potentiæ, etiam in minimis, juxta vulgatum illud: *Præſentem loquitur quælibet herba Deum.*

Notitia naturalis, nobis cum nata, natura nobis inſevit, ut Sacrificemus, id eſt, ut Deum aliquem eſſe credamus. *Ariſt.* Atque ipſam naturam nos obligare ad magnificandum Orationibus Deum, ait *Averroes.* Quicunque Deum non agnoſcit, non tantum ratione, ſed & ſenſu caret. *Avicenna. Contra omnium gentium opinionem:* Nulla quippe gens tanta barbarie infecta fuit, quin Deum eſſe crediderit. *Cic. lib.* 1. *offic.*

Quam varii autem ſint Athei, *vid. ap. Beſold. in theſ. pract. verb. Atheiſten.*] Impios, callidos, verſutos, inconſtantes, avaros, mentiendi, fallendi, decipiendi, ſimulandi diſſimulandique inſignem peritiam habentes. Welche leyder jetziger Zeit von etlichen für die beſten und tüchtigſten gehalten, und gar ſubtil und höflich induſtrii ac politici (aber ſehr unrecht, veri enim politici tales homines ſunt, quales ſupra deſcribuntur) genennt werden wollen. [Wer auſs ſo viel-und unterſchiedlich verſtändigen und gelährten Männern eygentlich vor einen Politicum zuhalten ſeye? Solches iſt ſchwerer zu errathen, als man vermeynet. Bey dem gemeinen Mann heiſſet das Wœrtlein *Politicus* eben ſo viel, als bey vorgewesten Krieges-Zeiten der Nahm *Commiſſarius*: Hœret man heutiges Tages dieſer oder jener ſeye ein rechter Politicus, ſo meynet man gemeiniglich, es ſeye ein ſolche Perſohn, der zu keinem Menſchen kein aufrichtiges Vertrauen, noch Affection, der ſich die Seinige und ſein Intereſſe

allein

allein vor Augen hat, der all ſein Witz, Wiſſenſchafft und Gelehrtheit, und von GOTT empfangene Qualitäten allein zu eytelem Ruhm, Fürſten und Herren zu zeitlichen Nutz und Gefallen, per fas & nefas anwendet, der Wittwen und Wäyſen, und andern ehrlicher Leuth gerechte Sache, unter dem bodenloſen Vorwand der unumbgänglichen Nothdurfft, oder des allgemeinen Weſens Bedürfftigkeit, unterdruckt, verduſcht, und gar zu Grund richtet, der gegen männiglich ſo Freund als Feind ein liebliches Geſicht machet, in dem Hertzen aber ein unauſslöſchliches Feuer des Zorns, Neid und Haſſes fomentiret, und was dergleichen Einbildungen mehr ſeyn mögen, &c. Aber weit gefehlet, und ſeynd dergleichen des Nahmens und der Ehr eines Politici nicht werth: Sondern ich halte meines theils denjenigen allein vor einen warhafften Politicum, welcher zuvorders in allen ſeinem Thun GOtt vor Augen hat, und darnach neben andern an ſich habenden löblichen Qualitäten und Geſchicklichkeiten, die Veram Rationem Status gründlich verſtehet, und auf alle Begebenheiten ſein Thun und Laſſen darnach einzurichten weiſs &c. *vid. D. Wilhelm. Ignat.* Schütz *in Reflex. Polit. conſol. cap. 2. pag. 64. 65. & 66.*] Dieſelbe aber, welche dieſes thun, ſeynd entweder juxta illud: Similis ſimili gaudet, ihres gleichen, oder begegnet und wiederfähret ihnen das, welches *Cicero lib. 2. offic.* ſchreibt mit folgenden Worten: Ex quo efficitur, ut quicquid honeſtum ſit, idem ſit utile. Quod qui parum proſpiciunt, hi ſæpè verſutos & callidos homines admirantes eorum malitiam ſapientiam judicant.

Darumb dann ſicherer und beſſer iſt, daſs man in Beſtellung aller obgedachten Aemptern nicht vornemlich und allein auf die Geſchwindigkeit und Geſchicklichkeit deren, welche ſich ſelber darzu angeben, oder von andern vorgeſchlagen werden, ſehe, ſondern zuvorders auch in acht habe und folge dem Rath, welchen der Prieſter Jethro ſeinem Schwieger Sohn dem Moyſi gibet *Exod.* 18. da er alſo ſagt: *Siehe dich umb unter allem Volck nach redtlichen Leuthen, die GOTT förchten, Warhafftig, und dem Geitz feind ſeynd, die ſetze über Sie.*

(4.) Miniſtris etiam aulicis opus habent Principes, ſed ad ærarium conſervandum atque ſumptus ſupervacuos evitandos conducet, aulicum miniſterium contrahere, & miniſtros non neceſſarios abdicare, quantum dignitas ac reputatio Principis, nec non adminiſttatio Regionis populorumque patietur, ut tot homines ſingulis officiis præficiantur, quot neceſſitas tantum poſtulat. [Derjenige der die Aufſicht auf das Geſind hat, muſs (1.) nicht mehr Geſind annehmen, als die Nothdurfft erfordert (2.) muſs er auf das ihme untergebene Geſind vollkōmliche Inſpection und Aufacht haben, dieſelbe (3.) mit des Herrn zurathen annehmen, und einem jeden ſeine Verrichtung anmelden, ihnen darbeneben ernſtlich einbinden, daſs ſie ſolchem treu und fleiſſig nachleben, und worzu jedweder angenommen, ohne Saumſall verrichten, wiedrigen Falls dieſelbe gebühtlichen darzu anhalten, ihren Lohn zu rechter Zeit, nach ſeinem Gutdüncken reichen, und denſelben umb geringen Ur-

ſachen

ſachen willen nicht entziehen, auch die Sonn-Feyr-Feſt-wie auch die Predigt-Tage, den Gottes-Dienſt gebührend abwarten, und denenſelben kein unnöthig Freſſen und Sauffen, Spielen und andere Uppigkeiten treiben, und ohne ſonderbahre Urſache keines, wann es anders nach Auſsgang ſeiner Dienſt-Zeit hinwiderum Beliebung in ſeinen Verrichtungen zu-bleiben hat, wegziehen laſſen, &c.] Quemadmodum Anton. Pius Imper. teſte Julio Capitol. *in ejus vita* Salaria multis ſubtraxit, quos otioſos videbat accipere, dicens: Nihil eſſe ſordidius, imò crudelius, quam ſi Rempublicam ii arroderent, qui nihil in eam ſuo labore conferrent. Sic noviſſimè Author in Reformat. des Käyſerlichen Hof-Weſens SS. Cæſ. Majeſt. author eſt, ut numerus miniſtrorum Cæſareorum reſtringatur, reformeturque, neve plures miniſtri ſuſcipiantur, quàm ſint neceſſarii *num.* 39. & 127. Inter alia incommoda ex numeroſo famulatu provenientia ſequentia notant: 1. Quod ubi multi ſervi, multæ lites, æmulationes, odia, multæ diſcordiæ, multa denique domeſtica bella, quorum Princeps obſervator, ſpectator ac laborioſus denique compoſitor ſit, oportet. *Franciſc. Petrarcha. lib.* 1. *remed. utriusque fortunæ cap.* 33. 2. Qui multos in aula ſervos habet, idem multas linguas vipereas, domeſticæque pacis virus abditum habet. 3. Paucos ſervos bene regere difficile, plurimos impoſſibile. 4. Multos ſervos habens, ubi quid faciendum imperat, omnes currere, nihil tamen efficere videt. *Petrarcha d. l.* juxta illud *Horatii:*

Segnius expediunt commiſſa negotia plures.

Miniſtros, de quibus actum hucusque, nonnulli apertos vocant, iisque opponunt miniſtros occultos, quibus clam & occultò Princeps utitur, ſolentque *Exploratores* appellari, quibus pacis tempore ad vitam, actiones & ſermones ſubditorum explorandos, uti Principes nonnulli ſolent, imò ipſimet Principes interdum ſub ignoto habitu funguntur hoc officio. [In quibusdam locis ex vulgo, ad quævis delicta, etiam minima deferenda, quidam deputantur, quos vocant Rügemeiſter: Und ſolche Ruggerichte werden angeſtellet, daſs GOttes Ehr befördert, gute Policey angerichtet, Brüderliche Lieb gepflantzet, Chriſtlicher und ehrlicher Wandel erhalten, und alle ſündliche und ärgerliche Sachen und Untreu abgeſchaffet werden mœge. *Beſold. in th. Pract. verb. Ruge.*] Hinc quæritur à Politicis: *An hujusmodi occultis miniſtris uti Princeps debeat?* Ariſtot. 5. *Polit. c.* 11. ait: *Tyrannorum proprium eſſe* κατασκόπους καὶ ὠτακουστὰς, *hoc eſt, Exploratores & coricæos habere*, unde *Tacitus* 4. *Annal.* ſcribit: *delatores hominum genus publico exitio repertum, & pœnis quidem nunquam coërcitum.* Interim non planè Principibus negligendos eſſe exploratores, alii rationibus & exemplis contendunt. Nobis, ſi *Princeps*, non *Tyrannus* ſit informandus, ita ſtatuendum videtur: Si Princeps juſtam ſe ſubditis malè ſuſpicandi cauſam non habeat, præſtabit, exploratoribus non uti: Secus ſi faciat, animos ſubditorum à ſe alienabit, & de tyrannide ſuſpectus fiet: Sin verò juſtis de cauſis ſuſpectam ſubditorum fidem habeat, majora mala per Exploratores præcavere

citra

citra reprehensionem poterit, modò singulis delatorum relationibus temerè fidem non habeat, & temerè in judicium neminem vocet, multò minus indictâ causâ damnet. [An quilibet subditus teneatur denunciare maleficium in suis ædibus commissum. vid. *Modestin. Pistor. q.* 61. Et an subditus, Vasallus, Civis, sciens, & non indicans insidias Domino aut Superiori structas, ex sola scientia non revelatas puniri debeat capitaliter. *Consult. Saxon. part.* 5. *q.* 133. 134. *&* 135.] De Exploratoribus belli tempore contra hostes adhibendis, nulla est controversia. *vid. Besold. in Tract. de Arte Jureque. cap.* 5. *fol.* 93. *num.* 12. Ipsos vero Principes sub ignoto habitu fungi hoc officio, res videtur indigna Principibus, quamvis hoc fecerunt *Antiochus Parthorum oppugnator. Mithridates apud Justin. lib.* 37. *Leo Imper. Matthias Rex Hungariæ, Augustus Elector Sax. & alii complures.* videatur Schœnborn. *lib.* 2. *Politic. cap.* 27. *in fin.*

(5.) Curam ærarii [Ærarium propriè & primogeneè Populi ac Reipublicæ, Fiscus verò Principis esse censetur. *Fr. Hotoman in Comm. verb. Jur. Cujac. ad proœ. tit. de Jur. Fisc. l.* 10. *Ravard.* 4. *variar. c.* 4. *Coras.* 6. *miscell. c.* 19. Idque ex verbis *Plinii in Paneg. ad Trajanum* facilè cognosci ajunt, cum dicit: At fortassè non eâdem severitate Fiscum, quâ Ærarium cohibes? Imò tanto majore, quanto plus tibi licere de tuo, quam de publico credis. Sic & nunc plerisque in locis differentia est, unter den Cammer- und einer Landschafft-Güther.] publi-

plici ad magiſtratum pertinere: evidens eſt ex hiſce rationibus. I. Quia ſine cura ærarii publici Respublica benè adminiſtrari nequit. II. Quia ærarium eſt ſulcrum Reipublicæ, aſylum neceſſitatis, ſolatium indigentiæ, inſtrumentum virtutis, ornamentum pacis, & ſubſidium belli. [An Ærarium publicum atque perpetuum ſit habendum, vel num ab Imperantibus Theſauri ſint colligendi? In utramque partem diſputari ſolet. Conſulatur. *Bodin. de Republ. lib. 6. cap. 2. num. 675. ad fin. & ſeqq. P. Greg. Tholoſ. de Republ. cap. ult. Auctor. Antimachiavelli, ſive Commentarior. de Regno & quovis Principatu rectè & tranquillè adminiſtr. lib. 3. theor. 32. Lather. de cenſ. lib. 1. c. 1.* Pro negativâ ſententiâ adferre licet auctoritatem Divinæ legis *Deut. cap.* 17. *verſ.* 17. ubi prohibetur, ne Rex multiplicet ſibi aurum & argentum. Et apud *Zachariam cap. 9. verſ.* 3. Civitati Tyro exprobratur: quod coacervaverit ſibi argentum tanquam pulverem, & aurum ut lutum platearum. Sic & *Julianus Imperator* nunquam augendæ pecuniæ cupidus fuit, quam cautius apud privatos ſervari exiſtimabat, id aliquoties prædicans, *Alexandrum Magnum*, ubi haberet Theſauros interrogatum, apud amicos benevole reſpondiſſe. *Ammian. Marcellan. lib. 25. fol.* 538. Conſtantius quoque amicis increpantibus, quod Fiſcum indiligentius curaret, reſpondet: Bonus Princeps, qui magis à ſuis diligitur, quam timetur, habet quicquid poſſident cives. *Eutrop. lib.* 10. *à princ.* Et de eodem *Euſebius lib.* 1. *de vita Conſtant. cap.* 10.

E contrà pro Ærario facit, quod omnes gentes Thesauros habuerunt, *Zecchius Politic. c. 2. c. 3. n. 1. fol.* 319. & quod *Lycurgus*, qui suos ærarium habere noluit, & idem amplificare finibus extentis Rempublicam eo ipso prohibuit, idque cum armis sumptis expeterent Lacones, Belli destituti expensis, mox pecuniam mutuò sumere cogebantur, & porrò in extrema discrimina pervenerunt *Arist. 2. Politic. cap. 7. in fin. Bodin. dict. cap. 2. à princ.* & prudenter ideò *Archidamus Rex Spartanorum*, apud *Thucyd. lib.* 1. bellum contra Athenienses suscipi dissuadens, pecuniam, inquit, publicam non habemus, neque promptè conferimus è privato. Athenienses tempore *Themistoclis* Ærario caruerunt: & ideò ad belli sumptus comparandos, violento uti remedio *Themistocles* coactus fuit. *Plutarch. in vitâ. num. 6. fol.* (*Edit. Gallic.* 222. Quin & 1. *Reg. cap. 3. vers.* 13. Schelomoni Regi, divitias, omnium aliorum Principum opulentiores, vice cujusdam insignis beneficii, promittit Jehova Deus Ærarium item ubi publicum deest, frena avaritiæ laxantur, & studium, pecuniæ excitatur: quippe cùm nihil in publico est, undè subsidium exspectare cives possint, quisque pro se corradet in casum necessitatis. Et tandem apud Politicos ferè vapulant in *Italiâ Genuenses*: in Belgio *Antverpienses*: In Germaniâ superiori *Colonienses & Augustani*, quod publicè pauperes existant, divites privatim. *Piccard. ad Aristot. Politic. 2. c. 9. ad fin.*

Ego, in Republica ut dives semper Ærarium sit, operam dandam esse puto. Ita tamen, ut (1.) omninò de-

nò debeat esse proportio, inter reditus Principis, & inter ejus curas, atque adeo, tam sufficientes reditus esse velim, quam variæ & multiplices sunt ejus curæ, earumque causâ necessariæ expensæ, *Kekerm. Polit.* 1. *c.* 21. *à princ. fol.* 328. Unde in Rebuspublicis quibusdam, ærarium ut locuples admodum sit, haud necesse esse videtur. Sic in *Turciâ*, ex solis *Timariis*, homines ad trecentum millia obstrictos sibi atque obligatos habet, *Imperator*, ut quoties ipsi libuerit, & quo terrarum eos ire jusserit, in Bellum propriis impensis proficiscantur. *Lazar. Soranzius in Ottoman. cap.* 47. (2.) Haud in unius aut paucorum arbitrio potestateque esse debet, non urgente necessitate Ærarium evacuare: quod quidem facilius in liberâ vel etiam mixta Reipublicæ formâ præcaveri potest. Errat igitur *Nicolaus Machiavellus*, quando *lib.* 2. *disput. de Republ. Roman. cap.* 10. dicit: Rempublicam commodè sine ærario posse consistere, & pecuniam non esse nervum rerum agendarum, imprimis bellicarum. *Arnisæ. doctr. politic. cap.* 16. Cujus dogma insulsum meritò rident Scipio Amirat. *lib.* 18. *dissert. politic. in Tacit. discurs.* 9. & Jacob. Bornit. *lib.* 1. *de Ærario. cap.* 1. *pag.* 3. Et contra illum concludunt SALOMON mortalium Sapientissimus, quando inquit: *Coacervavi mihi aurum & argentum, & Substantias Regum & Provinciarum.* Ac miraculum illud naturæ sui temporis Carolus V. Imperator, *Belli nervos pecuniam, commeatum, & militem* nuncupans. *Chytræus in orat. de vit. Carol. V. Imperatoris. Et part.* 3. *chronic. Sax. lib.* 19. *cap.* 20. Ad eundem modum eadem ef-

fert

fert *Joan. à Chokier in not. ad cap.* 4. *Onosandr. Strategic. num.* 4. *de Imper. offic.* Potentiam duabus rebus quæri, conservari & augeri, pecuniâ nimirum & militibus, dicebat *Jul. Cæsar. teste Dione lib.* 42. *pag.* 207. imò tota Schola Politicorum divortium à Machiavello fecit. vid. Thesaur. Politic. aphoris. *Joan. à Chokier. lib.* 2. *cap.* 10. *pag.* 91. Pecunia enim nauta est in hoc mundo, [Pecuniæ appellatione, non tantùm comprehendo Numos, aut etiam Aurum, Argentumve non signatum, sed omnia, quæ pecuniâ æstimari possunt. *l. nominis adpellatione.* 4. *& l. seq. in pr. l. pecuniæ* 178. *in pr. l. pecuniæ,* 222. *de verb. signif.* quæ vel necessitatis tempore citò vendi, aut cum iis indigemus, nummis non semper comparari possunt. Sicque in Gallia olim, Nemora publica fuerunt, in quibus grandium excelsarumque arborum innumerabilis multitudo, ad omnes crescebat opportunitates: quæ urgente bello, si pecunia Ærario defuisset, cædebantur. *Bodin.* 6. *cap.* 2. *num.* 675. Sic Argentinæ, aliisque similibus in locis, ubi Respublica benè constituta est, magna copia Annonæ, ad belli famisque reconditur casus inopinatos.] ut rectè cecinit, quisquis ita cecinit:

Vita hominum est pelagus, regina pecunia nauta,
Navigat infelix, qui caret hujus ope. Petr. Heig. *meditat. Sacr. in Evang. Domin. quinta post Trinit.*

Quapropter obviis ulnis & grata mente saniorum Theologorum sententiam amplectimur, è sacro Codice docentium, sine servitutibus & tributis

butis imperia conservari non posse, quia sunt imperiorum nervi, & gubernatorum stipendia. *Philipp. Melanchthon. in loc. theolog. de Magistr. civil. pag.* 588. Polycarp. Leiser. in concione comitiali, sive Land-Tags Predigt hisce utitur verbis: Wir Christen dörffen keines Apologi oder Fabeln darzu, dass die Unterthanen glauben sollen, sie seyn schuldig, zu ihrer Obrigkeit Unterhalt, zu contribuiren, dann wir haben in diesem GOttes aussgetrucktes Wort. 1. *Samuel. Octav.* Erenberg. *de Regni subsidiis cap.* 11. *pag.* 140. [Non ex publicis solummodo fundis, Princeps sive Respublica, Ærarii conficiendi jus habet: Sed quoque qui Præfecti sunt Legum custodes, & Politici status, totique in hoc incumbunt, Jure exinde victum petunt, & quæcunque alia necessaria sunt, ad tam difficilis muneris administrationem: ac etiam quæ pertinent ad eorum honestam recreationem. *Besold.* 1. *Polit. cap.* 4. *num.* 31. *v.* 1. Hincque ordinaria collatio Tributorum descendit (Steuer, Schoss, Schatzung) quæ in Subsidium sumptuum atque laborum, & pro Regimine generali exigunt Imperantes quotannis: *arg. Matth. cap.* 17. *vers.* 24. *&* *cap.* 22. *vers.* 17. *&* 21. *Marc.* 12. *vers.* 14. *&* 17. *Luc.* 20. *vers.* 22. *ac* 26. *Rom.* 13. *vers.* 6. *& seq. ubi Em. Tremellius, in not. ad Syr. vers.* Jus est Regis, inquit: *Thomas Stapletonus in Promptuario morali, Domin.* 22. *post Pentecost. fol.* 583. ut à Regno alatur, & quidem Pompâ regali: tùm ut ei regnum subministret omnia, quæ necassaria fuerint, & ad bella gerenda, & ad pacem conservandam. Hæc à populo Regi subsidia debentur, & necessario à populo fideli solvun-

tur.

penitus namque in nullo peccare, magis divinitatis, quam humanitatis est: ut voluit gloss. in cap. correcta, de confirm. util. & inutil. *Bald. in l.* 1. *&* 2. *n.* 5. *C. de Jur. Emphyt.* Et supra dictæ rationes præcipue locum habent, in rationibus pecuniarum, in quibus expendendis nullus ordo Administratoribus datus adhuc apparet, sed magis earum distributio ipsorum arbitrio commissa videtur. *Ex text. in l. Divus. ff. de bon. damn.* Quo fit, ut mirum non sit, si Administratores in dispensatione harum pecuniarum ceciderint, & à tramite & scopo rationis aberraverint: septies enim in die cadit justus. Unde versus — *Nemo sine crimine vivit:* Quibus adstipulatur sententia *Pauli consil.* 197. *&* 346. ubi dicit: Quod in his,

quæ

quæ judicis arbitrio ſunt commiſſa, Officialis, ſi non recte adminiſtravit, non debeat pro mala adminiſtratione condemnari, quem ſequitur *Caſtel. à Bobadilla. lib. 5. politic. cap. 7. n.* 23. [Princeps aut Magiſtratus non levis & temerarius eſſe debet in removendis officiariis, aut in inquiſitionis Proceſſu contra eos formando, uti nonnunquam calumniatorum ac malevolorum in Aula potentium malitia victi innocentes experiri ſolent, tum, ne miniſtris ſpem & intentionem bene de Republica merendi auferat, tum, ut illorum famæ & exiſtimationi parcat: remotus enim ab officio, ob delictum, culpam & malam adminiſtrationem remotus præſumptione hominum putatur. *Rom. Conſil.* 236. *n.* 1. *& Conſil.* 228. *n. Klock. tom.* 2. *conſil.* 94. *n.* 33. Imo remotio ab officio maximum dedecus & infamiam importare ſolet. *l. qui cum uno. §. ex avito, de re milit. l. Judices. C. de dignit. lib.* 12. *Farin. lib.* 1. *pract. Crimin. q.* 19. *num.* 42. *Klock. dict. conſil. num.* 34. Quod etiam de ſuſpenſionis pœna dici poteſt. Antequam igitur Officialis ob delictum aliquod, v. g. fraudem, perfidiam, injuſtitiam, &c. privetur officio, prius audiri debet cum ſuis defenſionibus, per remedia juris ordinaria, vel etiam per Commiſſarios non ſuſpectos. *vid. Petr. Anton. de Petra. de Jure quæſt. per princip. non toll. cap.* 36. *n.* 4. *Mevius. pr. deciſ.* 12. *n. ult. & Zahn. de Jure Municip. cap.* 36. *n.* 8.]

(48.) Hoc maxime locum habebit, ſi Adminiſtrator habuit animum utiliter expendendi, quia hoc caſu, etiamſi malum exitum habuerit res, in qua expenſum fuit, non eſt illius dolo tribuen-

dum: [Derjenige, so etwas guter Meinung verrichtet und eingerathen, aber übel aussgeschlagen, ist deswegen nicht zustraffen noch zu blasphemiren. Non enim consilia eventu ponderanda, sed voluntate sunt probanda *l.* 47. *ff. de R. J. l.* 2. §. *ult. ff. mandat.* Et bona gerentis intentio sufficit, licet eventus non semper correspondeat. *Richter. in Centur. Regul. Jur. Regula.* 41. *n.* 5. *Tabor. in thes. loc. comm. verb. Eventus. ax.* 10. Eventus sane non virtus, sed Deus moderatur, omnium rerum incerti sunt exitus & tales, quales vult Deus, multa male consulta, cum adversarios inconsultiores nacta sunt, felicem eventum habuerunt, longe plura, quæ recte prudenterque consulta, & suscepta videbantur, turpiter contra ceciderunt, quia res Deus, ut ipse vult, moderatur. Est omnino iniquum, *inquit Sidon. Apollin.* 6. *Epist.* 6. sed receptum, quod honesta consilia, vel turpia, prout male vel prospere cedunt, ita probentur, vel reprehendantur, inde plerumque eadem facta, modo diligentiæ, modo vanitatis, modo libertatis, modo furoris accipiunt nomen, absurdum est, si captis audacibus eventus adversetur, consurgere in querimonias, & inconsultarum disputationum culpabiles eventus. Et tam inique tamen comparatum est, ut existimatio plurimorum, non merita rerum, sed fortunæ spectet eventum, eaque tamen judicat esse provisa, quæ fuerint à felicitate commendata. Huc pertinet quod *in Andria Terentii* (*Boet.* 1. *Prosp.* 4. *ad fin.*) dicit *Servus:*

- - - - *Hoc tibi pro servitio debeo*
Conari manibus, pedibusque

Tuum eſt, ſi quid præter ſpem evenit, ignoſcere. Nemo igitur turbetur, ſi cauſam bonam effectus ſequatur malus: & ſi optima principia & conſilia infauſtum ſortiantur finem. *Drexel. in Heliotrop. cap.* 3. Quicquid autem ſit, ſo habens doch groſſe Herren faſt im Gebrauch, daſs ſie widerwertige Begebnuſſen und Zuſtände, gern ihren Bedienten beymeſſen: Wann es aber nach Wunſch glücklich und wohl von ſtatten gehet, es ſelber gethan, und das Lob ihrer Vorſichtigkeit und Felicität zugeſchrieben haben wollen. *Ex Dio lib.* 49. notat *Zevecot. in obſ. ad Ann. Flor. Hiſtor. Rom. lib.* 4. *c.* 9. *Famian. Strad. de Bell. Belgic. lib.* 3. *pag.* 144.] Quia credulitas Adminiſtratoris & alia quælibet colorata cauſa excuſat eum à pœna, ut voluit *Cæpolla conſil.* 13. *n.* 17. *Tiraquell. in tract. de temper. pœn. cauſ.* 43. *n.* 2. *Octav. Cacher. deciſ.* 71. *n.* 17. Et pro hac ſententia ſunt jura fortiſſima in *l. qui mutuam.* §. *fin. ff. mandat.* Ubi ſumptus à procuratore vel Adminiſtratore bona fide facti, etiam ſi res malum exitum habuerit, illi in calculo recipiunt, & melior text. *in l. Prætor. ait,* §. *quod de fructibus. ff. De bon. author. Judic. poſſid. & in l.* 1. §. *contrarium. verſ. ſufficit. de contrar. Jud. tutel.*

(49.) In levioribus cauſis pronus Judex ad lenitatem eſſe debet. *l.* 11. §. 1. *ff. de pœnis.* Nec ob modicum errorem puniendus officialis. *arg. l.* 1. §. *abigei ff. Abig. Bald. in l. quamvis. de condit. & demonſtr.* Nec ob parvam negligentiam. Abb. in cap. ea, quæ col. 1. de ſtat. Monach. Officialis enim non debet pro quolibet levi errore ſyndicari. *Par. de Puteo. de Syndicat. verb. Judices. pag.* 8. *num.* 23.

Nec modicus defectus in reddendis rationibus curatur. *Bald. l.* 1. *c. ſi adverſ. ſolut.* quem allegat. *Sprenger. in tract. de Modico cap.* 5. §. 52. *pag. mihi,* 98.

(50.) An hic calculator a parte vel Judice nominatus, poſſit officium calculatoris renuere, an vero invitus ad acceptandum compelli poſſit? Dubitari ſolet ab *interppr.* In qua tamen difficultate breviter diſtinguendum erit, an talis calculator ad id de publico ſit deputatus, an vero privatim ſit nominatus per partes ad calculandum. Primo caſu eo etiam invito & reluctante omnibus juris remediis ad calculandum compelli poterit: quod ſi adhuc nolit, Judex illum capere & carceribus mancipare poterit, ut voluit Molinæus *in conſuetud. Paris tit.* 1. *gloſſ.* 3. *n.* 8. ubi loquendo in æſtimatoribus dicit, quod licet æſtimatores non poſſint cogi præciſe ad æſtimandum, ubi non ſunt de publico ad id deputati: Tamen ſi ad id de publico ſint conſtituti (eo quod publicæ perſonæ reputantur) omnibus, qui illos nominaverint, officium ſuum impartiri debent: quod ſi id facere detrectaverint, Juris remediis ad id adſtringi poterunt, idque ſentit *Bartol. in l.* 1. §. *cura carnis. ff. de offic. præf. urb. & in l. ff.* 1. *Naut. Caup. ſtabul. Joh. Garſia in tr. de Expenſ. c.* 24. *n.* 26. Si vero à publico deputati non fuerint, minime ad calculandum compelli debent, niſi ubi jam calculandi miniſterium in ſe aſſumpſerint. Eo enim caſu minime illis renuere licet, ut *not. gloſſ. Bart. Albert. in l.* 3. §. *pen. ff. de recept. arbitr.* Quinimo ſi, poſtquam calculandi officium aſſumpſerunt, per illos

illos ſtet, quo minus rationes calculentur ac diſpungantur, & interim aliquid damni partibus emerſerit, parti læſæ ad intereſſe tenebuntur, niſi ex aliqua juſta cauſa in mora calculandi ſteterint, ut in terminis teſtatur *Molin. ubi ſupr. Joh. Garc. loc. ſupr. citato. n.* 25. Quinimo & peccati mortalis, (calculator, qui fuit in mora) reus eſſe dicitur, ſi ex eo partem damnificavit, ut ſentit *Baptiſt. de S. Blaſio. in tract. de arbitr. q.* 77. *n.* 8. ante eum ita ſentit *gloſſ. in cap. ſicut.* 11. *q.* 1. *verbo ſicut.* ubi dicit, quod ille, qui non aſſumit arbitri officium, peccat contra charitatem, cum ex eo poſſit componere inter partes. Et in propoſito dixit *Curt. Junior. in l. pen. n.* 13. *C. de pact.* Quod arbiter, qui negligit cauſam terminare, litem ſuam facit. Et eandem ſententiam tenet *Roman. ſingul.* 700. & eos refert & ſequitur. *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *caſ. trecenteſ. quadrageſ. prim. num.* 8. Saluberrimum eſt contra lites, earumque varias ac multiplices moleſtias remedium, amicabilis compoſitio ſive transactio: quare nunquam non à quovis Judice vel Commiſſario tentanda, priusquam deveniatur ad proceſſum. *cap.* 1. *de mut. pet. cap. ult. x. de Transact. c. ſi illis* 23. *q.* 4. *can. ſi primates.* 5. *q.* 2. *l. æquiſſimum. ff. de Uſufr. Felin. ad rubric. de* Treug. *& Pac. n.* 1. *Matth. Weſ. lib.* 1. *conſ.* 21. *n.* 1. Nec enim prudenter fortunæ arbitrio committitur, quod per concordiam componi poteſt. *Andr. Knichen. de Saxon. non provoc. jur. verb. Jus. cap.* 3. *n.* 71. & legumlatori circa amicitiam & concordiam, magis, quam circa juſtitiam ſtudendum eſt. *Anton. de Guevara. lib.* 2. *cap.* 38. Huc facit

Ordinatio nostra Hassiaca Dicaster. Marp. tit. 4. §. In gütlichen Sachen sollen unsere Räthe allen möglichen Fleiss anwenden, dass die Partheyen nach billichen Dingen vergleichen, einem jeden, worzu er Fug und Recht hat, ohne Weitläufftigkeit verholffen, und die Leuthe dardurch der rechtlichen Processen, als die auf ihnen allerhand Beschwerligkeiten tragen, so viel möglich enthoben werden. &c. adde quæ habet *Gail.* 2. *de P. P. cap.* 18. *n.* 5. 6. 7. *& seqq. Carpz. part.* 1. *constit.* 1. *def.* 10. *&* R. A. zu Regenspurg *de An.* 1654. §. Zweytens soll der Richter. *&* §. wenigers nicht.]

(51.) Hic quæritur: Quamnam potestatem, quamve Jurisdictionem Calculatores nostri habeant? Et dicendum videtur, quod calculatores quodammodo Jurisdictionem vel saltem notionem quandam habeant, maxime ubi præcedente Judicio à partibus, vel etiam à Judice in partium defectu nominatur, ut sentit Consultus *in l. cui libertas ff. de condit. & demonstr. ibi, Amplissimi Consules arbitrum dabunt, qui, excussis rationibus, non tantum quæ reliqua sunt, Epaphroditi constituent, verum etiam, quæ rationes, quæque instrumenta reddere aut exhibere dominis suis debeant.* Ubi Paul. Castrens. notionem quandam prædictos calculatores habere affirmat, dicens, quod ex simplici facultate illis concessa, potestatem habeant pronunciandi sententiam, alterum alteri condemnando, idque memoriæ tenendum reputat, licet postmodum aliter observari testetur, & ingenue fateatur, prædictos calculatores facultatem habere (duntaxat) vivendi & referendi rationes,

tiones, &, producendi illas in ſcriptis coram Judice, easque poſtmodum Judicem, recte vel non recte ſactas judicare. Et hanc ſententiam tenet etiam Caſtellus *in l.* 27. *Tauri. verſ. quæro an iſti*, ubi teſtatur, ſe vidiſſe hoc ſæpiſſime judicatum, multasque calculatorum rationes, eo, quod alterum alteri condemnabant, ſubverſas & irritas pronunciatas fuiſſe. Quod tamen ſecus exiſtimant, ſi per judicem aliquis ex articulis juris Calculatoribus fuiſſet commiſſus, ut ſuper eo pronunciarent.

(52.) Stylus Judiciorum, hoc eſt modus in ſcribendo & procedendo, pro lege ſervari debet, prout infinitis authoritatibus confirmant *Franc. Niconit. in repet. rubric. num.* 130. 137. *ff. de novi oper. nunc. Ant. de Petr. in repet. l.* 1. *n.* 395. *ff. de Jurejur. Felin. in cap. ex parte. n.* 16. *verb. ſtylus. X. de Reſcript. Conſil. Argent.* 1. *conſil.* 29. *num.* 91. *Rebuff.* 3. *comm. de conſil. artic.* 2. *gloſſ.* 8. *num.* 18. *Hypolit. de Marſil. ſing.* 118. *Pariſ. conſil.* 44. *n.* 17. *vol.* 1. *Boer. conſil.* 8. *Teſſaur. deciſ.* 1. *n.* 9. *Farinac.* 1. *conſil.* 85. *n.* 108. Dicitur enim Stylus practica confirmata. *Cyn. in l.* 2. *& Bald. in l. fin. C. ſit long. conſuetud.* ideoque a ſtyli forma non eſt recedendum. *Boer. conſil.* 8. *n.* 7. *Lancell. p.* 2. *c.* 20. *de Attentat. poſt inhibitionem in præfat. quæſt.* 4. *n.* 409. [Ad hoc autem, ut ſtylus ſit obſervandus, requiritur, quod ſit confirmatus authoritate ſuperioris, mediante aliqua ſua conſtitutione ſeu confirmatione. Quod intellige, quando nimirum agitur de toto præjudicio cauſæ & negotii Principalis, quando autem concernit modum agendi, tunc confirmatio

adeo non requiritur, ut ſtylus etiam coram inferiore Magiſtratu induci poſſit. *Cravett. conſ.* 39. *col.* 5. *& in Tract. de Antiq. temp. p.* 4. *Barthol. Socin. conſil.* 36. *num.* 2. *& conſil.* 39. *col.* 5. *lib.* 4. *Joſeph. Ludov. deciſ.* 96. *n.* 30. *p.* 2. *vid. & Dec. in rubr. Extr. de conſuet. col.* 13. Qua ratione etiam ſtylus præfertur, cum concurrit præſumptio juris communis, quando ſtylus diverſimode obſervatur, *idem Ludovic. dict. deciſ.* 97. *p.* 2. *n.* 23.] etiamſi in contrarium eſſet juris diſpoſitio. *l. ſi quando* 11. *in fin. C. de Injur.* §. *fin. Inſtit. de Satisdat. Alex. conſil.* 240. *n.* 2. *vol.* 2. [adde *Gylman. in Symphorem. tom.* 3. *verb. Stylus Curiæ, fol.* 305. *cum multis allegat. ibid. Chriſtoph. Ludovic. Diether. diſp. de Stylo curiæ, per tot. Martin. Uran. tom.* 2. *conſil.* 72. *Tepat. deciſ. tit.* 57. *Camill. Borell.* 1. *deciſ. tit.* 14.] *Stylus* autem in dies recipit varietatem. *Scacc. de Judic. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 277. ex tempore, *Bertazol. claſſ.* 4. *gl.* 6. *n.* 36. Reichs-Abſcheid zu Speyer, de *anno* 155. §. Dieweil, *ibi*, Dieweil aber an unſerem Cammer-Gericht durch vielfaltige Veränderung der Beyſitzer, auch deſſen alter wolhergebrachter Stylus und Brauch, bevorab in Erlernung deſs Proceſs zu vielmahln geändert. Stylus enim Curiæ eſt volubilis, & mutatur ad mutationem Principis, auditorum & advocatorum, qui faciles ſunt in ſtatutis prædeceſſorum. *Hieronym. Cavall. quæſt. pract. comm. controv. c.* 20. *n.* 19. *idem, q.* 737. *n.* 21. *c.* 72. ubi plures allegat. *Boer. conſil.* 8. *n.* 4. *Mar. Ant. lib.* 2. *reſol.* 37. *n.* 16. *in fin. Cavalcan. p.* 2. *de contract. deciſ.* 17. *num.* 8. [An deciſiones & ſententiæ Camerales ita ſint præjudiciales, ut modernis DNN. Adſeſſoribus

bus à Prædecessorum, e. g. *Gailii* & *Mynsingeri* præjudicatis deflectere fas nullum sit, elegantis est dubitationis, sed negativa vera: Non enim Adsessores ad Assessoratum adsumpti jurant in prædecessorum, sed in propriam conscientiam, nec mentem, vel quandoque errores aliorum, sed jura & constitutiones, consuetudines & statuta loci, quantum rationi conformia sunt, ut attendant, jubentur, *Ordin. Cam. p.* 1. *tit.* 13. *in pr.* & *tit.* 57. Præjudicia etiam, ut commune veriverbium est, jus scriptum non mutant: sic præjudiciis *Mynsingeri* & *Gailii* non usquequaquam fidendum esse monet *Fichardus. consil. Germ.* 59. *vol.* 1. *n.* 9. & *Vultej.* 1. *consf. Marp.* 34. *n.* 53. non esse rarum, inquit, ut ipsi DNN. Adsessores Cameræ Imperialis a præjudiciis suis recedant, quotidiana experientia ita docente: *Author. observationum editarum post Comment. Magenhorst. in Ordinationem Cameræ* ubi incidisset in Contraria *Gailii* cum *Mynsing.* rem ita venuste conciliat: *Olim ita obtinuit, hodie non item.* Et *Joh. Dauth. in ardua causa Brunovicensi apud Casp. Klock.* 3. *consil.* 134. *n.* 302. neque Reverendi & summi Auditorii Spirensis, neque Curiæ Romanæ Decisiones sunt authenticæ, *inquit*, cum suprema illa tribunalia sententias suas sæpe in melius commutaverint. *vid. de hac materia Graveum ad concl. Gailii Proœm. n.* 36. 37. 38. & *seqq.*]

(53.) Infinitas est vitanda. *l. qui bona.* 13. §. *ult. ff. de damn. infect. l. fideicommissa.* 11. §. *si quis decem.* 18. *ff. de legat.* 2. *l. fin. C. de SS. Eccles.* siquidem in omni re, quod est infinitum detestamur. *Gilcken.*

ad l. properandum. in pr. C. de Judic. per l. non distinguemus. 32. §. *quæsitum.* 16. *de Recept. arbitr. Pantsch.* 1. *Pract. q.* 21. *n.* 66. Exornant hoc axioma *Vital. de Camban. in tract. clauf. p.* 56. *num.* 3. *Escobar. dict. tr. cap.* 18. *n.* 4. *Valasc. consult.* 51. *n.* 49. *& de partitionibus. cap.* 9. *num.* 50. *&* 51. *Cardin. Tusch. pract. concl. tom.* 4. *lit. l. concl.* 128. *per tot.* ubi *n.* 23. limitat, nisi verba patiantur infinitatem. *Fusar. de substit. quæst.* 382. *n.* 2. *Cancer. var. p.* 2. *c.* 16. *n.* 112. Quia tunc infinitas tolerabilis, & in jure permissa, veluti si adjecta sit dictio *toties quoties* aut *quandocunque*, vel similes dictiones, quæ sui natura & ex propria verborum significatione infinitatem important. *l. si ita stipulatus à Sejo.* 55. *ff. de fidejuss. & in l. si duo.* 34. §. *fin. ff. de recept. arbitr. Gail. de arrest. Imper. cap.* 11. *num.* 11. Quanquam si infinitum accipias non pro multitudine incerta, & quæ extremis careat, sed pro numero, qui lege quidem definitus non est, voluntate tamen testatoris finitur, illud non detestari, sed potius permittere jura dicantur §. *& unum* 4. *Instit. de hered. instituend. l. qui restituere.* 68. *ff. de rei vindic. l. videamus.* 4. §. 2. *ff. de in lit. jur. Bocer. in comment. ad* §. 4. *Instit. de hered. instit. n.* 2.

(54.) Rationes non solum possunt de novo fieri, revideri & retractari, ubi error in mathematicis constitit, ut puta, quando calculatores dixerunt, *duo & tres esse octo*, sed etiam ubi erratum est in jure, eo, quod oneratus fuit Administrator de parcellis, quibus jure onerari non debuit, vel versa vice non fuit onerandus de parcellis jure ab ipso debitis. Tali enim casu, etsi ex juris dispositione

ſitione ratio retractari non deberet per modum actionis, ſaltem per officium Judicis iſte error retractandus foret. *Ex Bart. & Plat. in l. inſtar. C. de Jur. Fiſc. lib.* 10. *Pariſ. conſil.* 89. *num.* 27. *Maſcard. concl.* 253. *n.* 1. & 13.

Advertendum tamen erit, quod ad hoc, ut rationes ex cauſa erroris ad petitionem partis revideri poſſint, prius conſtare debet judici, qualiter in eis erratum fuerit, idque in ſpecie allegatis erroribus, non enim ſufficeret dicere, quod in illis reddendis fuit erratum, ut notant Dd. *communiter in l.* 1. *C. de Error. Calcul. Neviz. conſil.* 94. *Rolant. conſil.* 49. *Maſcard. de probat. concl.* 253. *n.* 24. 25. *Gutier. de Juram. confirm.* 1. *part. c.* 40. *num.* 15. Et quod de tali errore conſtare debeat ex claris & perſpicuis probationibus, tenet *Dec. conſil.* 46. *n.* 4. *verſ. non obſtat. Aymon. conſil.* 198. *n.* 3. Et ratio hujus concluſionis eſt in promptu, quia cum rationes ſemel calculatæ habeant pro ſe præſumptionem, quod rite & recte diſpunctæ fuerunt, qui contrarium dicere intendit, perſpicuis & clariſſimis probationibus, de errore, dolo & fraude (quam dicit in illis interveniſſe) docere debet. Ut docuit *Socin. Senior. conſil.* 92. *lib.* 4. *Roland. conſil.* 49. *n.* 22. *Maſcard. ſupr. cit. loc. n.* 27. ubi pulchrum verbum addit, dicens, quod ubi rationum reviſio poſtulatur, ad hóc ut concedatur reviſio, cauſæ cognitio præcedere debet, & per tales teſtes de errore doceri oportet, qui ſint tantæ fidei, ut de eorum veritate dubitari non poſſit.

Etſi *error* & *ignorantia* (ut hoc obiter addam) in jure promiſcue ſumantur, ſec. Richter. *Reg.* 26. ſunt

ſunt tamen diverſa. *D. Herm. Vultej.* 3. *Conſil. Marpurg.* 35. *n.* 200. Ignorantia enim eſt, cum de facto nihil prorſus ſcitur, quis inde quisquam ſuſpicatur: Error vero, cum res ſeſe habet aliter, quam creditur, quomodo primum omnium inter ignorantiam & errorem diſtinxiſſe *Azonem in ſumma. C. de jur. & fact. ignor.* obſervavit *Menoch. lib.* 6. *præſumpt.* 23. *n.* 4. quem ſecuti ſunt *Archidiac. in cap. in quibus* 22. *q.* 3. & *Alberic. in l. error. num.* 1. *C. de jur. & fact. ignor.* quibus accedit *D. Thom. lib.* 4. *ſentent. diſtinct.* 30. *artic.* 1. ubi dixit, ignorantiam eo differre ab errore, quod illa ſui natura & ratione non ponat aliquem cognitionis actum, error vero ponat Judicium perverſum de aliquo, atque ita error, ut apertus *in d. diſtinct.* 30. dicebat. Albert. Magn. ſupponit aliquam notitiam ejus, circa quod erratur, eamque ob cauſam *D. Auguſtinus in Enchirid. cap.* 17. *ad Laurent.* quod eſt relatum *in c. quamvis. diſt.* 31. recte dixit: errorem eſſe, vera pro falſis approbare, ignorare vero eſſe nihil approbare, cum ſit ſimplex ſcientiæ privatio, quod ibidem apertius declararunt *Præpoſitus* & *Turrecrem.* vide etiam Angel. de Clavas. in ſua ſumm. in verb. *Errare n.* 1. & in verb. *Ignorantia. n.* 6. Similiter & multum intereſt, an quis eerore an contumacia delinquat. *l.* 38. §. 1. *Ad L. Jul. de addult.*

(55.) Hic venit reſolvenda elegans illa quæſtio: Si viſis libris rationum, & factis calculis, & conſtito de reliquis, inter partes fuerit initum pactum, ut talibus calculis perpetuo ſtarent, ita ut nullo modo adverſus calculum veniri poſſet, *an*

eo pacto non obstante, prætextu erroris, adversus prædictam erroneam rationem veniri possit. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 209. n. 37. & Socin. cons. 92. in ea sunt sententia, ut si ultra calculationem intervenit sententia rationum confirmatoria, arbitramentum, transactio vel pactum, de stando calculo, non possit prætextu erroris huic rationi contraveniri, *arg. text. in l. emptor. §. Lucius ff. de pact.* Pro qua sententia facit, quia contractus ex conventione fiat contra substantiam contractus, ut *in l. 1. §. si conveniat. ff. de posit.* Et hanc sententiam in terminis aliquibus aliis fundamentis adductis exornat *Ant. Tessaur. decis. 260. n. 1.*

Contrariam tamen sententiam tenet *Pauparisius consil. 89. num. 39. consil. 62.* ubi tenent, quod quando in quitatione factum fuit pactum de non contraveniendo rationibus semel calculatis, tale pactum dicitur fallax, & ratione pacti fraudulenti præsumpti, liberatio est irrita, & talis, quod ejus occasione, non prohibentur contrahentes calculum revidere, & ejus errores retractare, maxime dolo in eo interveniente, & hanc sententiam sequitur *Mascard. de prob. concl. 253. n. 17.* Ratio hujus conclusionis est, quia eo ipso quod apparet erratum fuisse in calculis, stipulationes, conventiones, renunciationes, & pacta in quitationibus scripta, eodem errore scripta & apposita censentur, ut voluit *Paris dict. consil. 92. volum. 4.* quo fit, ut adhuc prædictis & conventionibus non obstantibus, errores in rationibus contenti, possint jure optimo retractari, etiamsi

etiamſi in tali quitatione authoritas judicis intervenit. Cum eodem dolo, errore & cavillatione cenſeatur renuncians inductus, ad ponendum prædictas clauſulas, quibus & Judicis decretum, & alias ſimiles cautiones. Ex *Bart. in l. doli mali. §. diverſum. ff. de novat. & l. fin. C. de non numer. pecun.* Quod maxime verum eſſet, ubi decretum Judicis non eſſet adhibitum cum cauſæ cognitione, ut voluit *Paris ubi ſupra n.* 58. ubi dicit, quod quando decretum Judicis intervenit in quitatione, à minore tutori præſtita ſine cauſæ cognitione, ſed ex abrupto, præcipitanter, inconſulto, & ſolum comprobando rationem, ſive geſta per tutorem, nullo dato temporis intervallo, omnia & ſingula præſumuntur fraudulenter facta, & ideo decretum eſt nullum. Ex quibus dicendum erit, quod ſi in ſpecie de dolo præterito remiſſio facta non fuerit, neque error, prout neque dolus remiſſus cenſeatur, quo minus adverſus rationes erronas veniri poſſit. Neque minoris ratione locum habebit in errore, cum errantis nullus cenſeatur conſenſus & voluntas, ut in *l. cum teſtamentum. cum l. ſeq. de jur. & fact. ignor.*

Verum prædictæ opiniones contrariæ fœdere diſtinctionis ad concordiam redigi poſſunt, in hunc ſane modum, ut opinio negativa locum habeat, quando quitatio ſacta fuit ab homine callido, ſagaci & in negotiis verſato, qui alios contractus maturo perpenſo conſilio, inire conſueverat, hoc enim caſu renunciatio erroris etiam per verba generalia facta, illi noceret, quo minus amplius ad retractandum errores rationum agere non

non possent, maxime ubi error non esset magnus & multum notabilis, ab his enim discretis, versutis & callidis hominibus quitatio præstita & renunciatio facta, ex certa scientia facta præsumitur, ut firmavit Anton. *Tessaur. decis.* 260. *num.* 10. Ubi dicit hoc maxime verum esse, quando inter partes fuit actum, ut intra certum tempus & non ultra rationis errores possent retractari, sicut enim lege fieri potest, ut error rationis intra certum tempus peti debeat, alias de eo non possit. *ut in l. calculi error ff. de administr. rer. ad civit. per tin.* eodem modo poterit fieri ex conventione partium, quæ legis dispositioni assimilatur *l. contractus. ff. de Reg. Jur.*

Secunda opinio affirmativa procedit, quando ille qui quitationem firmavit, erat minor, mulier, rusticus vel alia similis persona, quæ ex sua ignorantia & facilitate facile potuisset circumveniri, quia hoc casu, etiamsi expresse errori calculi (sub generalitate verborum) renunciasset, licet juramento renunciationem confirmasset, non obstante dicta renunciatione jurata, constito de errore ad illum retractandum admitti deberet, ex rationibus supra proxime pro affirmativa sententia adductis. Et hanc sententiam tenet *Roman. cons.* 89. *n.* 39. *Covarr. lib.* 2. *variar. cap.* 4. *n.* 3. & 4. & ita distinguit *Damhoud. de tutor. fol.* 100. *de tutor. & curat liberat.* Ubi dicit, quod in similibus quitationibus generalibus minorum, & in omnibus similibus, semper habenda est diligens ratio personarum, scilicet absolventis & liberantis, absoluti & liberi, & quod considerari debet

per

per partem & Judicem eorum ſimplicitas, inſcitia, & iners bonitas, & è contra, ipſorum verſutia, calliditas, fraudandi & nocendi vaſtricies, nam ſicut alicujus ſolennitatis omiſſio ſiniſtram inducit præſumptionem *ex gloſſ. eleg. in l. jubemus. C. de Teſtam.* ita & eodem modo, abundans, ſuperflua & inſolita cautela (ab homine callido & aſtuto) contractui adhibita, fraudis arguit præſumptionem, cum hujusmodi perſonæ prope ſemper curent ſibi fieri quitationes omnibus viribus abſolutas, quæ ſibi ipſis culpæ fraudis alicujus machinandi ſunt conſcii, quo fit, ut ad hoc conſulant advocatos verſutos nimis & aſtutiſſimos, qui tales quitationes generales omni ex parte abſolutiſſimas faciant, ordinentve, quibus ſeſe undique defendant, adverſus omnes & ſingulos, & contra omnium & ſingulorum oppoſitiones, objectiones & contradictiones: Et ſub prædicta diſtinctione erit intelligenda ſententia *Felin. in cap. 2. in fin. de probat.* quatenus tenet, quod ubi in hujusmodi quitationibus juramentum intervenit, omnino ſervari debet, quam ſequitur *Palad. lib. 2. rer. quotidian. cap. 4. n. 3.* ubi dicit, quod liberationes ſive refutationes, quas minores faciunt, in favorem ſuorum tutorum, ſi juramento firmatæ fuerint, robur habent firmitatis, niſi dolo, blanditiis vel adulationibus ad id actus fuerit minor, ſequendo *gloſſ. in §. ſacramenta. De pac. tenend. & ejus violat. in uſibus. feudor.*

(56.) Occaſio inter cauſas referri non poteſt, *Beſold. p. 2. conſil. 55. n. 66. Nebelkræ. deciſ. 13. p. 159. Finckelthuſ. obſervat. 25. n. 24.* ſiquidem occaſio & cauſa

causa differunt. Occasio enim est accessio causæ, verbi gratia, causa acquirendi legati est voluntas testatoris, occasio, mors ejus *l.* 31. *ff. de mort. caus. donat*, causa dominii acquirendi per usucapionem est Lex XII. tabularum: Occasio, contractus seu conventio bona fide facta, ex qua res aliena mihi tradita est. *l.* 33. *eod.* Sic in homicidio causa est fraus occisoris, & malitia animi: occasio ictus gladii: Sic in homicidio non voluntario, causa est fatum, occasio, ictus calcis vel percussio levis. *Cujac. in comment. C. ad tit. de usucap. pro Empt. & ad l. Cornel. de Sicar.* Sic denique bona fides in usucapione præstat possessori occasionem, non causam usucapienti, quia causa usucapionis est Lex XII. Tabularum. *uti modo dictum.*

(57.) Nervi bellorum potissimum sunt homines fortes, animosi, sagaces, divitiæ, rerumque abundantia, quæ ideo alter sanguis passim in nostris LL. appellantur. *Gœdd. ad l.* 3. §. 1. *ff. de V. S. n.* 7. [Qui bellum gerere intendit, de apparatu prius sit sollicitus. Requisita necessaria belli gerendi triplicia sunt, *Pecunia*, *Commeatus*, & *Arma*. Provido enim Principi antequam inchoetur bellum, de pecunia, tanquam de nervo belli, sollicitum esse incumbit. *Veget.* 3. *cap.* 3. quæ adeo necessaria est, ut quemadmodum Medici negant, sine nervis homines ambulare posse: Ita nec bellum usquam progredi sine ista. Bellum enim requirit sumptus & expensas, per quas efficacia arma & utilia validaque fiunt. Pecunia enim Spiritus vitalis est belli. Und ist sich dahero nicht zu verwundern über die grosse bey jetzigen Kriegen vorgehende disorderen, in

dem man jetziger Zeit sonder Geld und andere Requisiten Krieg zuführen vermeinet, darüber wird Land und Leuth verderbet. Mendicitas enim ad omnem desperationem vocat armatos. *Lampr. Alex.* Disciplinam non potest servare jejunus miles. Impossibile est enim ut regi possint, quibus media vivendi non suppeditantur.] Militares enim expensæ & hostium incursiones multa egent diligentia, & non possunt citra pecunias hæc agi. *Imper. Justinianus in Novell.* 8. *c.* 10. §. 2. Ob nummorum defectum sæpius arma de manibus excutiuntur, aut frigide tractantur. *Bocer. lib.* 1. *c.* 15. *n.* 6. Hinc quidam Germanus dicebat:

Wer mit Soldaten will Ehr einjagen,
Muss sie wohl zahlen und wohl plagen.

Quare bellum adversus Turcam susceptum hactenus minus feliciter fuerit gestum, *vid. eleg. Carpzov. De l. Regia Germ. cap.* 4. *sect.* 2. *per tot. præsertim n.* 24. 25. *& seqq.*

(58.) Consultum est, ne ejusmodi manualia vel breviaria, perfunctorie, confuse aut cum breviaturis scribantur, alias in illis facillime dolus & fraus committi potest. *Socin. consil.* 24. *vol.* 1. *Rot. Genuens. decis.* 187. *ex Bald. consil.* 353. *lib.* 1. *Stracc. de mercat. p.* 2. *n.* 59. *arg. l.* 1. *C. de formul. sublat. ibi, aucupationes syllabarum insidiantes.*

An Adversariis Denck-Zetteln, schedis memoriæ gratia in libro rationum relictis ab aliquo contra scribentem credatur, vid. omnino *Sichard. ad l.* 3. *in bonæ fidei. n.* 37. *C. de reb. cred. fol.* 272.

(59.) Bellum illud est legitimum, quod defensione sui & suorum, rerumque & bonorum conservatione

vatione geritur. *Henric. Bocer. de bell. & duell. lib.* 1. *cap.*6. *Andr. Gail. lib.* 1. *de Pac. Publ. cap.* 4. *n.*40. & *lib.* 2. *observ.* 57. *n.*5. *Petr. Greg. Tholos. lib.* 11. *de Republ.* 1. *Lamb. Dan. lib.* 6. *Politic. cap.* 3. Nec abnuit *Christoph. Warsevicius in Panegyr. ad Stephan. Reg. polonorum. Omnia bella*, inquiens, *quæ pro aris & focis, pro patria, pro tuendis finibus, pro conservandis lib. Certatibus suscipiuntur & geruntur, justa sunt.* Nempe, quia defensio est juris naturalis, ipsaque nititur æquitate. *l. ut vim.* 3. *ff. de Justit. & jur. l.* 45. §. *qui cum. ff. ad L. Aquil. l.* 1. §. *cum arietes. ff. Si quadrupes paup. fec. dic.* Unde Mathatias cum suis maluit suscipere bellum, quam amittere vitam, & abolere legem divinam. 1. *Maccab.* 2. Si vero nocendi cupiditas, rebellandi feritas, & si quæ alia bellum extorserint, tantum abest, bellum dici legitimum, ut potius omni jure sit detestandum. *Gail. dict. obs.* 57. *n.* 3. [Utrum milites in conscientia adstricti sint, causas belli, num justæ vel injustæ sint, inquirere, vel discutere? Ob ein Soldat in seinem Gewissen verpflichtet seye, ehe und zuvor er sich zu Kriegs-Diensten verbindet, die Ursach dess Kriegs reifflich zu erwegen? Distinguo inter milites superioris, & inter milites inferioris Ordinis, unter die ersten verstehe die Kriegs-Räthe, Generalen und Obersten und andere hohe Officirer. Quia hi ex officio & vocatione tenentur inquirere & examinare causam, ut damna & pericula, quæ imminent ex injustitia belli, impediant. Qui enim non prohibet, dum prohibere potest, æque in vitio est, ac si ipse faciat. Qui enim tenetur & potest damnum impedire & negligit, non est vacuus à culpa. Cum

 tacens,

tacens, quando loqui tenetur, consentire videatur. *cap.* 1. *de his, quæ fiunt à majore parte capituli. Nam licet regulariter prævaleat, quod majori parti visum fuerit, tamen qui vocem habet in Capitulo, & rationabilem contradicendi causam, aliis, & qui injusta decernere volunt, non assentire tenetur, sed saniora consilia suggerere.* Milites autem inferioris ordinis, militant Principi, cujus subditi sunt, Wann sie ihrer Landfürstlichen Obrigkeit dienen, si bona fide credunt, bellum à suo Principe indictum esse justum, non tenentur causas justitiæ discutere. Sic sentiunt Dd. communiter. vide *Binsfeldium in tract. de Injur. & damn. dat. p. m.* 524. *Hug. Grot. de Jur. Bell. & pac. lib.* 2. *cap.* 26. *n.* 4. & *c.* 23. *n.* 12. & *cap. ult. n.* 6.]

(60.) De ratione reddenda societate finita, vid. eleg. *Morquech. in tract. de divis. bonor. lib.* 2. *cap.* 9. *per tot.* Nec valet pactum (etiamsi sit juratum) de non dividendo rem communem *sec. Gail.* 2. *obs.* 24. *n.* 7. Nemo enim invitus cogi potest, ut maneat in communione. *Carpz. Ipr. for. part.* 3. *constit.* 15. *def.* 43. & *lib.* 1. *Respons. Sax.* 103. *per tot. Gœdd. vol.* 1. *Consil. Marpurg.* 26. *n.* 136. *per l. fin. C. commun. divid.* cum pariat discordiam. *D. Vultej. vol.* 1. *Consil. Marpurg.* 22. *n.* 100. Recte tamen ad certum tempus fieri potest. *l.* 1. *ff. pro socio. Ant. Gomez tom.* 2. *resolut. c.* 5. *n.* 1. *Vinnius lib.* 1. *Jur. quæst. cap.* 34. Dissentientes videri possunt *apud Besold. part.* 3. *cons.* 249. n. 5.

Si æqualitas inter socios est facienda, illa non debet fieri analogia Arithmetica, ut vult *Höpper. lib.* 5. πειδανῶν *part.* 169. & *seqq.* sed Geometrica

pro

pro cujusque forte & opera, ita ut, qui plus contulit, plus accipiat. *Menoch. de arbitr. Judic. q. caſ.* 125. verbi gratia: Si primus contulit centum: Secundus quinquaginta. Et in lucro ſunt duodecim: Primus ex his duodecim ferre debet octo, Secundus quatuor. *l. ſi ſocietate.* 6. *l. quid enim.* 80. *ff. pro ſocio. Carpz. Ipr. for. part.* 2. *conſtit.* 30. *def.* 38.

(61.) Sequeſter vulgo dicitur ex eo, quod quaſi ſequenti eos, qui contendunt, res committatur. *l. ſequeſter.* 110. *inf. de V. S.* vel potius, quod fidem ejus pars utraque vel Judex ſequatur. Ex ſequeſtratione oritur actio ſequeſtraria contra ſequeſtrum, ejusque heredem, ut finito ſequeſtro rationes reddat. *Clem. unic. de ſequeſtr.* & rem litigioſam ad cuſtodiendum acceptam reſtituat cum fructibus & omni cauſa. *arg. l.* 1. *§.* & *ideo.* 24. *ff. depoſit. Clud. de ſequeſtr. cap.* 12. *n.* 5. Et ſi quid ipſius dolo & lata culpa admiſſum vel neglectum ſit, id præſtet: ſi quid etiam ſpecialiter convenerit de modo & conditione cuſtodiæ, de loco, de reſtitutione, de culpa, de caſu fortuito, de Jure pacti in continenti adjecti, ſervari debet. *l.* 1. *§.* 6. & 35. *ff. depoſ. l.* 23. *ff. de R. I. Gœdd. ad cap.* 1. *de ſequeſtr. n.* 170. Sic etiam hanc directam actionem ſequeſtrariam adverſus officiales publici alicujus loci vel officii, quando videlicet in publico loco, apud ædem ſacram vel officium res depoſita eſt, dari aſſerit *Clud. d. c.* 12. *n.* 15. Quod admitti poteſt, ſi partes litigantes rem depoſuerunt, non autem ſi judex alterutra vel utraque parte invita rem ſequeſtrari fecit, tunc enim Nobile judicis officium implorandum eſt, uti poſt alios docet *Weſ. in π. de depoſit. n.* 6. *in fin.* & *conſil.* 7.

 n. 7.

n. 7. p. 217. & facit. l. 24. §. ult. ff. de minor. Dissent. *Gœdd. ad cap. 1. ex de sequestr. Clud. dict. tract. c. 12. n. 21.* qui etiam ex necessaria sequestratione actionem depositi sequestrariam competere statuunt, quippe cum & sequestratio necessaria contractus sit.

(62.) Imprudens fidejussio solet esse causa futuræ paupertatis. *Angel. in l. in personam. §. qui pecuniam. ff. de pact.* quem allegat. *Oldendorp. Class. 4. act. 26. p. mihi, 686.* Et male videtur facere negotia sua ille, qui pro multis fidejubet. *Baeca de decim. tutor. cap. 2. n. 82.* Quorum sententia comprobatur *Sapientiæ cap. 20. ibi, Tolle vestimentum ejus, qui fidejussor extitit alieni, & pro extraneis auffert pignus ab eo.* Et rursus *cap. 22.* dicit, *Noli esse cum his, qui defigunt manus suas, & qui vades se offerunt pro debitis*, ubi nova Editio habet: Ne sis inter eos, qui stipulata manu fidejubent, & pro debito obstringunt. Ac rursus *Sapiens* ibidem *c. 17.* dixit: *Stultus homo plaudet manibus cum spopondit pro amico suo.* Et in proposito hunc actum fidejubendi plus omnibus exaggeravit *Cunradus Pelicani* relatus à *Cavallino in tract. de Usur. §. 32. n. 252.* Ubi hunc actum fidejubendi nedum rei familiari periculosum esse dicit, sed etiam contra rationem & conscientiam, & etiam contra Dei præceptum, eo quod fidejubens confidit in hominem; carnem & sanguinem instabilem: Et maledicit hominem qui confidit in homine, &c. En igitur, Candide Lector, quam calamitosus sit actus ille fidejubendi, de quo etiam Salomon Prov. c. 6. dicit: *Sponde, noxa præsto est.* Bürgen soll man würgen. Crederem

tamen,

tamen, quod etsi hic actus sit onerosus & damnificativus, non tamen contra conscientiam & rationem dici possit, prout *Cunradus supra citatus* asseruit, dum enim quis se ut fidejussor obligat, procul dubio opus charitatis exercet, proximi necessitati subveniendo: Et hinc est, quod jurans se non fidejussurum pro aliquo de mundo, juramentum hoc minime servare tenetur, siquidem contra charitatem fuerit factum. *Oldrad. cons.* 90. *Marant. de Ordin. Jud. part.* 6. *art.* 9. *num.* 39. ubi hanc conclusionem verissimam reputat proximo in discrimine constituto, idque late explicat *Gutierrez de jurament. confirm. part.* 1. *c.* 72. *n.* 5. ubi quæstionem hanc problematice defendit. Quinimo prædictas Salomonis sententias ad terrendum homines prolatas fuisse arbitror, ut quantum possent à nimis frequenti & inconsulta fidejussione abstinerent, ne forte ex illis contingat nimis debitis illaqueari. Et ideo *Cunradus* illa præcepta moralia & politica non debuit protinus ad observantiam legis divinæ trahere, & ita eum reprehendit *Cavall. ubi supra n.* 254. forte tamen causa exaggerationis illud asseruit: Nam fidejussio est actus pietatis ex charitate proximi proveniens, cui in necessitatibus subveniendum est, adeo, ut ne quisquam, ut supra dictum, per juramentum ab hoc officio charitatis se subtrahere possit aut debeat. Interim in mero ac libero hominis arbitrio & voluntate pietatis officium consistit, nec quispiam ad fidejubendum cogi potest, sicuti nec ad contrahendum. *vid. Carpzov. Ipr. for. part.* 2. *constit.* 20. *defin.* 8. *n.* 1. 2. *& seqq.* [Heutiges Tages, wird zu Zeiten denen Unterthanen in

ihren Pflichten einverleibt, *ohne eygenherrlichen Consens für niemand Bürg zu werden.* Quæritur igitur, wann sich bey einem Unterthanen dergleichen Bürgschafft findet, welche vor 20. oder mehr Jahren soll vorgangen seyn, auch bey einem Ambt aufgeschrieben worden: Anjetzo aber der vermeinde Bürg sich entschuldigt, es seye die Bürgschafft da zumahl anders nicht eingangen, als uff Erfolgung seines Eygenherrns Consens, und diesen habe er da zumahl nicht erhalten können. Hab derowegen nicht darvor gehalten, weil der Consens ermangele, dass die Bürgschafft solte kräfftig seyn, wie dann in 20. ja mehr Jahren nichts an ihm gefordert worden. Der Creditor aber weil er siehet, dass sein selbst Schuldner übel stehet, will den Bürgen nicht ledig sprechen, *Man habe vor diesem auff die eygenherrliche Consens so stricte nicht gesehen.* Quæritur, quid juris? Regn. Sixtin. *Im rechtlichen Bedencken, in Resolutione quæst.* 4. *& in facti specie sub lit. D.* videtur, Dass ein Baur ohne Consens dess Eygen-Herrns könne Bürg werden, quoad actionem personalem, secus quoad actionem realem sive hypothecariam: Dann diese hafftet nicht ohne dess Eygen-Herrn Consens: Jene aber kan dem Erbmann nicht verbotten werden, weil er nicht Leibeygen, sondern nur ratione seines Erbs den Eygen-Herrn verpflichtet ist. vid. quæ habet *Klock. tom.* 2. *consil.* 16. *n.* 69.]

(62.) Ad alimenta referuntur, quæ ad victum necessaria sunt, veluti, cibus, potus, vestitus, Tectum. *l.* 1. §. *de ventr. in possess.* & liceat alimentorum nomine non veniant medicamenta, *l.* 5. *de pen. leg.*

leg. Ariſtot. problem. ſect. 1. *q.* 43. *&* 48. *Scaliger. Exercit.* 272. *prope finem.* Tutor tamen ægrum pupillum curare, eosque ſumptus eidem reputare debet. *arg. l.* 3. *de adminiſtr. tutor. l.* 10. *&* 16. *C. de negot. geſt. l.* 18. §. 2. *commod. l.* 44. *ibique Gœdd. n.* 3. *de V.S. l.* 31. §. 12. *de Æd. Edict. l.* 31. §. 3. *ff. de petit. hered. l.* 4. *C. eod. l.* 6. §. *ult. de aliment. Paul. de Caſtr. in l.* 8. §. 12. *n.* 5. *de transact.* Nec non ſumptus ad animi inſtitutionem, i. e. ſtudiorum, præſtare tenetur. *l.* 2. *C. de aliment. pupill. præſtand. l.* 2. *in fin. pr. l.* 3. §. *Ubi pupill. educ.* quo pertinent viatica. *l.* 18. §. *fin. de Judic.* & introitus. *l.* 102. §. 2. *&* 3. *ibique Bart. de Legat.* 3. Eſt enim optimarum artium peritia homini præclara. *l.* 20. *de fideicommiſſ. l. ult. C. arbitr. tutel.* Et conſequenter ad mercedes præceptoribus exſolvendas, non quas minimas poterit, ſed pro facultatibus patrimonii, & dignitate natalium. *l.* 12. §. 3. *de adminiſtr. & peric. tutor. l.* 3. §. 1. *l. habitatio. in fin. de ventr. in poſſ. mitt.* Imo ſi pupillos non mitterent ad ſcholam, contra illos juraretur in litem, *Manz in.* 3. *quæſt.* 3. *n.* 10. Ex voluntate autem defuncti, ætate, conditione, & natura, ingenioque pupilli ſtatuet, quod potiſſimum artificium tutor pupillum docere debeat. *l.* 12. *de legat.* 3. Et ſi ceſſatio in hactenus enumeratis tutori objici poſſit, tanquam ſuſpectus removeretur. *l.* 3. §. 14. *l.* 7. §. 2. *de ſuſpect. tutor. l. ult. ubi pupill. educar. deb.* non enim patiuntur dilationem alimenta, quia nemo acipenſeris in morem vivere poteſt. *l. ult. C. de aliment. pupill. præſtand.* eaque negare eſt necare *l. necare de agnoſ. & alend. liber.* Hinc etiam cauſa alimentorum maxime privilegiata, ita ut piæ cauſæ compa-

X 5 retur.

retur. *Manz. q. 8. princip. num. 26.* & sic summaria. *Marant. de ordin. Judic. p. 4. dist. 9. n. 52.* ratione tamen præsentium & futurorum, non præteritorum, quis in illis cessat ratio favoris, vid. *Carpzov. Ipr. for. part. 2. constit. 10. def. 30. & 31.*

De alimentis tutoribus & aliis Administratoribus in calculo recipiendis, vid. eleg. *Escobar. dict. tract. c. 22. per tot.*

(64.) Tres hodie in Germania banniendi modi sunt. Primus fit in Camera Imperiali, & sic bannitus perdit omnia jura civilia ubicunque locorum sit. Secundo banniuntur quidam Rotwilæ, ubi itidem est Judicium Imperiale, habet tamen limitatam Jurisdictionem, quæ extenditur in Alsatiam Brisgojam usque ad Rhenum. Unde bannitus à Rotwilensibus amittit omnia jura civilia, sed effectus non extenditur extra limites Jurisdictionis. Tertio procedunt banna Westphaliæ, ubi quoque est Judicium Imperiale, sed & certos habet fines. vid. *Reifenberg. in tr. de ult. volunt. pag. 103. §. 21. ibique alleg.* Soli igitur Cæsari, qui generalem ubique Jurisdictionem habet, jure bannum indicere licet: Cæteri Magistratus non banno, sed relegationibus aliisque pœnis utuntur. *Oldendorp. class. 1. act. 2. p. 19. in pr.*

Effecta banni sunt. I. Quod Reus, cui bannum. infligitur, in summo vitæ fortunarumque periculo constituatur, ita ut omnibus prædæ sit, sive ab omnibus, tam quoad personam suam, quam in rebus & bonis suis, impune offendi queat. *Ordin. Camer. part. 2. tit. 9. §.* So jemand. *vers.* Sollen dess oder desselben, &c.

II. Per

II. Per pœnam banni reus ſeuda amittit, quæ ad dominum directum, ſive nova ſive antiqua ſint, revertuntur, nec quoad vivunt proſcripti, ipſis nec heredibus eorum ſeudalibus conceduntur, ſed fructus ſeudales actori, cui damnum fecit, ſecundum judicis moderationem cedunt, donec bannitus ſive proſcriptus aut illo pœna banni durante mortuo, filii ſucceſſores feudi cum offenſo & contra pacem publicam violato tranſegerint. *Conſtit. Carol. V. de pœna violat. pac. publ. Ordin. Cam. pag.* 2. *tit.* 9. §. So jemand. *verſ.* Auch die letzten.

III. Per pœnam banni obligationes, juramenta, pacta, omniaque jura ex parte bannitorum caſſa, irritaque & nulla fiunt. *Ord. Camer. de* §. *verſ.* Darzu alle Verſchreibung. *Gail.* 1. *de pac. publ. c.* 12.

IV. Reus in bannum declaratus infamis redditur. *Ordinat. Camer. part.* 2. *tit.* 10. §. Und wo er *verſ.* vor unredlich.

V. In bannum declarato aqua & igni interdictum eſt; ita ut & qui ſciens illum ſua aula vel domo recipit, tanquam ejusdem criminis reus accuſari poſſit, quamobrem etiam nemo illi cibum, potumve ſubminiſtrare audet, ſed omnes illum averſantur, deteſtantur, & velut hoſtem perſequuntur. *Ord. Cam. dict. p.* 2. *tit.* 10. §. Und wo er.

VI. In banno ſuper annum & diem perſiſtentes, cenſura etiam Eccleſiaſtica notantur. *Receſſ. Imp. Ann.* 48.

VII. In bannum declaratis ſacris etiam interdicendum. *Ordin. Camer. part.* 3. *tit.* 48. §. Und ob die Oberſten, &c.

De utriusque banniti, delicti & contumaciæ diffe-

differentia: Et forma sententiæ *vid. Gail. 2. de Pac. publ. c. 5. & 6. per tot.*

(65.) Quando mulier tutrix filiorum primi matrimonii, nondum distractis rationibus suæ administrationis ad secunda vota convolat, tunc secundus maritus pro uxore tenetur, & ejus bona liberis primi matrimonii tacite obligantur. *per text. notab. in l. penult. C. Qui potior. in pign. habeant. Treutl. vol. 2. disp. 1. th. 4. lit. i.* Multi igitur profecto in magnas difficultates & lites incidunt, qui viduas tutrices nondum redditis rationibus, & inventario confecto, in uxores ducunt, proinde caveant sibi, rebusque suis ante matrimonium provide consulant, admonente *Bald. in d. l. pen. in fin.* ubi dicit: Cave tibi, cum contrahis matrimonium cum vidua, ut facias primo, quod reddat rationem, & fiat ei refutatio, alias bona secundi mariti affecta erunt liberis primi matrimonii. Ita *Bald.* quem refert & sequitur *Hippol. Singul.* 248. *incipit conditio mulierum, n.* 1. idque singulari jure & pupillorum favore receptum est: adde quæ habet *Barbosa augment. in verbo Uxor. ax. 6. & Schotan. in Exam. Jurid. pag.* 566. [Ego non facile author alicui ero aut suasor (*inquit. Kornman. in Linea Amoris. pag.* 43. *& seqq.*) viduam ducendi, præsertim si liberos ex priori matrimonio habeat, non quod ipsis non faveam, sed quia pleraque ea matrimonia plena sunt litium, jurgiorum & discordiarum, ut plus quam satis patet & manifestum est. Illa etenim nititur sceptrum domesticum ad se trahere, ensemque sua eripere manu, ut sexus ille muliebris natura sua imperandi libidine ardet, Jure tamen nostro illis ademptum

ptum per salutarem illam legem *Fœminæ ff. de Reg. Jur.* Illa si quid non recte ad nutum illius concesserit, murmurare incipit, allegans acta & mores prioris mariti, ac si esset alter ascititius, objicit ipsi extrema, quæ miser iste comedere & concoquere tenetur, miseram exhibens faciem, ac si quotidie *Miserere* oraret: aliis amicis, vicinisque suis præ pudore miseriam suam, passionem, durumque jugum conqueri explicareque non audet. Quid miser ille faciet? Quid incipiet? Bona verba frustanea. Verbera nihil efficiunt. Si putet unum ejicere dæmonem, decem alios deteriores ascifcit. Gaudium habet nullum, nisi quod dicatur habere mulierem. Si modo gaudium est mulier mala herba, necessariumque malum. *Hactenus ille.*]

(66.) Si creditor distulit in jus vocare debitorem, cum facile ei fuisset petere & experiri contra eum vel ejus filios & heredes, præsumitur de industria id egisse, ut interim probationes debitoris solutionis jam factæ perirent. *Menoch. lib.* 2. *præsumpt.* 91. *n.* 7. Ex mora enim delictum æstimatur. *l. si plures tutelam.* 38. *& ibi gloss. ff. de admin. tutor. l. in re furtiva* 18. *ff. de condict. furt. l. inter stipulantem.* 83. §. *pen. de V. O. Gœdd.* 1. *consil. Marpurg.* 24. *n.* 140. Unde & moram committens, cum fure æquiparatur. *d. l. inter stipulantem.* §. *pen. de V. O.* quam allegat *Regn. Sixtin.* 2. *Consil. Marpurg.* 24. *n.* 240.

(67.) An libro rationum tam pro scribente, quam contra scribentem credatur, hoc Judicis arbitrio relinquendum putat *Bald. in rubr. C. de fide instrum. n.* 35. Quem sequitur *Menoch. de arbitr.*

Judic.

Judic. q. c. 93. *lib.* 2. *n.* 2. Et pro hac ſententia eſt text. eleg. *in l. Publia Mævia* §. *ult. ff. depoſit. ibi, Judicem æſtimaturum,* quo jure adductus *Bald. conſ.* 156. *verſ. ſed ego non credo. vol.* 3. in facti ſpecie conſultus reſpondit, Judicem hoc caſu conſiderare debere diligenter, an rei veritas inveniri poſſit, cauſa veriſimili ratione perpenſa. Quæ ſane veritas, ubi judici alias, quam per conjecturas, liquere non poſſet, Judex debet conſiderare ſcribentis qualitatem, ſi ſit vir bonus, & bonæ famæ, ſi quantitas parva ſit vel magna vid. *Eſcob. dict. tract. c.* 13. *n.* 3. *& Berlich. part.* 2. *deciſ.* 283. *adde quæ in hanc rem ſcripſi ſupra. num.* 25.

(68.) Præfatio arguit & indicat, quæ alicujus actus cauſa impulſiva ac finalis fuerit. *Bart. & Dd. in l. fin. de hered. Inſtit. Bald. in l.* 1. §. *quibus notab.* 1. *C. de nov. Cod. fac. Phil. Franc. in c. quoniam poſt medium. de Immunit. Eccl. Decius. conſ.* 444. *n.* 8. *Decian. Reſp.* 72. *n.* 49. *vol.* 2. *Pariſ. conſ.* 21. *n.* 38. *vol.* 1. *Regn. Sixtin.* 3. *Conſil. Marpurg* 15. *n.* 12. *Dec. conſ.* 675. *conſuluit eleganter. in fin. & conſ.* 683. *In caſu propoſito. n.* 7. *verſ. quarto videtur. Pacian.* 1. *conſ.* 9. *num.* 66.

(69.) Quod veriſimile eſt, in dubio præſumitur: veriſimilitudo enim ex ratione naturali colligitur, quæ omne judicium humanum dirigit: Et cognata naturæ eſſe dicitur veriſimilitudo. *Oldrad. conſil.* 13. *Cum quæſtio in fin. Cravett. conſ.* 28. *& conſ.* 61. *in fin. n.* 9. *& conſ.* 269. *n.* 4. *& conſ.* 363. *n.* 26. *ubi n. ſeq.* ſubdit, quod obtineat ſecundum locum, primo mens, ſecundo veriſimilitudo. *Franc. Becc. conſ.* 101. *n.* 46. Habetur pro lege & veritate, ita,

ut

ut babens veriſimile pro ſe dicatur habere caſum legis. *Nic. Everhard. in loc. legal. â veriſimili. Joſeph. Maſcard. de probat. concl.* 1042. *n.* 7. *vol.* 3. *Vultej.* 3. *Conſil. Marpurg.* 18. *n.* 109. [Veriſimile vocari poteſt, quod rei, de qua agitur, & qualitati vel conditioni perſonæ, aliisve circumſtantiis magis convenit. Vel quod à mente ejus, qui negotium geſſit, non eſt alienum. Magni itaque valoris eſt veriſimilitudo, ex qua præſumptiones oriuntur, onusque probandi in adverſarium transfertur, uti late probat. *Beſold p.* 6. *conſil.* 269. *n.* 20. Imo unum veriſimile, additum alteri, plenam facere præſumptionem, tradit *Dec. conſil.* 596. *Marſil. ſingul.* 396. *Cravett. conſil.* 258. *n.* 9. *Beſold. dict. conſil.* 269. *n.* 24. In contractibus igitur, ultimis voluntatibus, & in probationibus, aliisque negotiis inſpicere debemus, quod eſt veriſimile, *l. ult. ff. Quod met. cauſ. Arnold. de Reyger. in Theſ. Jur. ſub voce. Veriſimile. n.* 5. & 6. ubi probat, quod major veriſimilitudo vincat minorem. Et hanc Aſſertionem confirmat *Althuſ. in Dicæol. lib.* 3. *cap.* 35. *n.* 48. Exemplo teſtium, quod veriſimiliora deponentes præferantur iis, qui minus probabilia depoſuerunt. E contra, non veriſimile habet imaginem falſitatis. *l. milites.* 7. §. *oportet.* 1. *C. de quæſt. c. quia veriſimile.* 10. *de præſumpt. Menoch. conſil.* 230. *n.* 89. & *conſil.* 248. *n.* 21. *lib.* 3. & *conſil.* 375. *n.* 23. *lib.* 4. *conſil. Argent.* 1. *conſil.* 31. *n.* 15. Quia veriſimile quod non eſt, præſumitur falſum. *Tiraq. in l. ſi unquam. in pr. n.* 40. *C. de revoc. donat. Maſcard. de probat. concl.* 740. *n.* 35. & *concl.* 1364. *n.* 4. *Surd. de aliment. tit.* 8. *q.* 12. *n.* 24. Et ideo nec credendum, *ex Rimin. Jur. Conſil.* 362. *n.* 15.

n. 15. & 16. Imo nec attendi debet. *l. fin. in princ. ff. Quod met. caus. Cephal. consil.* 721. *n.* 45. *lib.* 5. Quare testes deponentes non verisimilia, præsumuntur falsi. *Decius consil.* 94. *col.* 2. *in fin.* seu saltem de falso suspecti. *Gramm. decis.* 103. *n.* 78.

(70.) Probationis difficultas dicitur adesse, ubicunque res non possunt oculorum casui demonstrari, ut quia sunt peremptæ. Nam tunc semper dicitur adesse difficultas probationis, ita post Jaso, scribit *Mascard.* 1. *concl.* 472. *n.* 31. & 32. Unde & in his, quæ probationis sunt difficilioris, sufficere probationes per conjecturas. *l. consensu* 8. *C. de repud. l. filium eum.* 6. *ff. de his, qui sui vel alien. Jur. sunt. Alex. cons.* 77. *n.* 4. *in fin. vol.* 7. *Gail.* 2. *obs.* 93. *n.* 18. *Diaz. Reg.* 598. *Carpz. Ipr. for. part.* 1. *constit.* 12. *def.* 5. *n.* 4. Quia, ut ait *Gail.* 2. *obs.* 149. *n.* 9. Lex est contenta ea probatione, quæ haberi potest, si materia sui natura difficultatem probationis habeat, & adminiculum vehemens suppleat, si quis sit defectus probationis. *Bald. in l. ea quidem. n.* 9. *vers. adminiculum C. de accus.* Ideo in iis, quæ sunt difficilioris probationis à regulis ordinariis sæpe receditur, & sufficit, probationem fieri eo modo, quo potest. *Argent.* 1. *consil.* 38. *n.* 11.

(71.) Ad Judicis officium pertinet, etiam parte non opponente, vitia instrumentorum in consideratione habere sec. *Coler. in processf. Execut. c.* 1. *part.* 3. *n.* 56. 57. Ante omnia vero in instrumentis & liberis earum formam extrinsecam seu figuram attendet, quæ versatur circa magnitudinem, longitudinem & latitudinem. Post ipsum instrumentum externe accurate perspiciet, an laceratum, cancellatum, vel ruptum

ptum ſit, aut ſigna rupturæ extent: Illa enim conſideratio non eſt parvæ utilitatis, quia inſtrumenta lacerata, rupta, & cancellata non amplius probant, *l. conſentaneum. & ibi Bald. C. quomodo & quando C. Inter dilectos. de fid. Inſtr. Paris. conſ.* 28. *n.* 8. *& ſeqq. vol.* 2. *Menoch. conſil.* 40. nec executioni mandanda ſunt. Ita poſt *Bart. Caſtr. Gales. ad form. Camer. obligat. fol.* 119. Et poſt alios *Bernh. Pandi de præſentat. & Execut. ſentent. part.* 2. *declarat.* 13. *n.* 78. *Cummi de Ritib. c.* 6. *n.* 10. *& ſeqq. Aſinius de Execut.* §. 1. *cap.* 32. *n.* 3. [Inſtrumentum ſiquidem diſputabile, executionem non meretur, ut multis perſequitur *Menoch. de arbitr. Jud. quæſt. lib.* 2. *caſ.* 12. *n.* 4. *in fin.* & notabiliter ait *Coler. in Proceſſ. Exec. part.* 3. *c.* 1. *n.* 55. Super inſtrumento dubitabili, de quo Judex probabiliter ambigit, an mereatur paratam executionem, conſultius eſſe ceſſare interim ipſum à præcepto executivo, donec ſuper eo audiantur partes, cum talis probatio inſtrumentalis, ſuper qua denuo inter litigatores diſputandum eſt, nequeat dici probatio in continenti oblata, eodemque faciunt tradita ab eodem *Colero part.* 4. *de proceſſ. Exec. c.* 1. *n.* 18. *ubi vide.* Unde quando ſtatutum tribuit hanc vim Inſtrumentis, ut paratam Executionem habeant, illud intelligendum erit, de inſtrumentis claris & liquidis, quibus nihil vel in forma, vel in materia opponi poſſit. *Bart. in l. proinde. in fin. ff. ad L. Aquil. Cephal. conſil.* 204. *n.* 5. *vol.* 2. *Mynſ.* 2. *obſ.* 6.] Quamvis quidam putent, judicis arbitrio committi, quando cancellatum probet. *Menoch. conſ.* 409. *n.* 47. *idque authoritate Parid. de reaſſumpt. In-*

ſtrum. in c. quod incipit: Reperitur quædam charta, ſub Rubric. Quando reperiatur charta.

(72.) Alii libri & literæ officialium extra Archivum. Archivum eſt locus, ſive ſcrinium, in quo Acta Principis vel Urbis reſervantur. Alias Tabularium & Grammatophylacium vel Archia dicta. Unde Archiotæ, id eſt Cuſtodes Archivorum. *l. ult. §. ſi quoque. ff. de muner. & honor. vid. Bornitium. de Inſtrument. lib. 2. cap.* 10.

Ad Regalia Reipublicæ conſtitutionem concernentis pertinere videtur, *Jus Archivi*: ut nempe in illud redacta Documenta valeant atque probent, licet alias ſolennitate ſint deſtituta. *Rulant. de Commiſſ. part. 2. lib. 5. cap. 4. adde Camman. diſp. 6. th. 78. & ſeqq.* Et competere videtur Jus hocce idem Imperii Statibus cunctis: & quoque extra eorum territorium ſe extendit. *Rulant. dict. loc.* Ut autem Archivum fidem mereatur, quæ requirantur. *vid. late Schrader. vol. 1. conſil. 5. per tot. Knipſchild de Civitat. Imper. lib. 2. c. 12. n. 15. Nicol. Myler. de Principibus & Statibus Imperii cap. 47. per tot.*] verſantium, licet ſint privatæ, tamen pro publicis habentur ratione officii. Sic libri æſtimi ab officialibus conſcripti habentur pro publicis. *Molinæ. in conſuetud. Pariſ. §. 5. num. 23. Maſcard. de probat. concl. 979. concl. 39. Menoch. conſ. 149. n. 49. vol. 2.* Quod tamen ejusmodi nec poſſeſſionem nec dominium probent, late deducit *Paul. Fuſc. ſing. in lit. L. n. 22.* Cui opponitur *Franc. Vivius deciſ.* 184. *n. 6. & 7.* hiſce verbis contrarium affirmans: Imo probatio ſolutionis tributorum, & ſic Canonis publici, fieri nequit ullo modo per teſtes: Cæterum requi-

requiritur necessario scriptura. *l.* 1. *& ibi gloss. de Apoch. publ. lib.* 10. *& Jason. in l.* 1. *col.* 56. *vers. ult. pro complemento. C. de Jur. Emphyteut.* Ubi concedit etiam, quod qui non reperitur descriptus in libro solventium tributa publica, præsumitur non solvisse *per text. in l.* 1. *C. de Extraord. tribut. lib.* 10.

(73.) Hoc axioma patitur exceptionem, si certæ personæ industria sit electa, quo casu nemo potest per substitutum aliquid facere. *l. unic.* §. *ne autem. C. de caduc. toll. inter artifices Carpzov. Ipr. for. part.* 3. *constit.* 28. *def.* 1. Ubi incidit quæstio: *An Quæstor, vel alius præfectus per substitutum administrare possit, & teneatur, si substitutus vel quid neglegit, vel dolose occultat, retinet & intercipit?* Respondetur, Quod per substitutum, qui communi æstimatione pro idoneo reputabatur, administrare possit: Qui autem substituit aliquem, periculo suo substituit, & merito de eo, quod male fit, vel negligenter per substitutum, tenetur substituens. *Berlich. p.* 2. *decis.* 274. *n.* 26. (Quamvis ille Author aliquo modo dissentiat *in conclus. pract.* 57. *num.* 72. *part.* 5. ubi affirmat, Quæstorem vel alium Præfectum per substitutum, communi æstimatione idoneum, servientem, non teneri, si hic aliquid neglexerit, subtraxerit vel dolo interceperit. *per l.* 20. *ff. commod. & l.* 1. *in fin. C. de condit. in public. horreis lib.* 10.) & quidem in subsidium, non principaliter, ut substitutus semper primus conveniatur, qui primus gessit, quamdiu solvendo est, ut evenit in tutoribus, quamquam simul & in solidum singulis obligatis. *l.* 2. *C. Si tutor. vel cur. non gess. l. etsi sciss. & C. de administr. tut. l. ult. C. de divid. tutel. Ant. Faber.*

in suo Codic. lib. 4. *tit.* 26. *def.* 2. [In delictis certum est, substituentem nomine delinquentis substituti aliter non obligari, quam si delinquat in officio, ad quod fuit deputatus. *Garsias Mastril. Decis. Sicil.* 231. *n.* 23.]

Solet etiam interdum ex officio Administratori substitutus adjungi, si nempe sit decrepitus & emeritus, vel continuo laboret morbo, ita ut ad munus administrandum minus idoneus & sufficiens reperiatur: tunc ille surrogatus in officio utitur jure illius, in cujus locum surrogatur, tam quoad incommodum, quam quoad commodum. *l. unic. ubi Bart. Joh. de Plat. & Dd. communit. C. de collegiatis & chartopatris. Everhard. in Topic. in loco a vi surrogationis* 122. *n.* 31. *ibi, tertio facit ad hoc & seqq. Bellemer. decis.* 1122. *incip. Surrogatus n.* 1. *per tot.* [An ipsemet Minister pro lubitu Adjunctum vel substitutum assumere possit? *vid. Didac. Covarr. contr. Pract. cap.* 36. *n.* 9. *Aym. Cravett. consil.* 153. *n.* 10. *Theod. Reinking. de Regin. Secul. & Eccles. lib.* 3. *class.* 1. *c.* 9. *n.* 40. *& Petr. Heig. part.* 1. *q.* 6. *n.* 57.]

(74.) Subscriptio idem operatur, quod holographum. §. 1. *vers. instrumenta. Inst. de V. O. l. si ita stipulatus* 126. §. 2. *ibidemque Jas. de V. O. Rousner. vol.* 2. *de Testam. part.* 1. *c.* 4. *n.* 14. *&* 15. Subscribens enim censetur virtualiter omnia scripsisse, quæ subscripsit. *Jul. Clar.* §. *Testamentum quæst.* 14. *n.* 1. *& ibidem additionator.* late *Dauth. ad l.* 21. §. *Ex imperfecto. n.* 28. *C. de Testam. pag.* 444. *Everh. lib.* 1. *cons.* 13. *n.* 49. *& seqq.*

(75.) Quittatio, Quittanz, Quittung est confessio solutionis. *Socin. consil.* 119. *vol.* 2. *n.* 11. *Jason.*

in

in l. de certa re. C. de transact. nec præſtatur nec debetur, niſi omnibus perſolutis *l. diſſolutæ. C. de condict. ex lege.* Nam quittatio ſtricti juris eſt, & tollit tantum computata & ſoluta. *Weſ. conſil.* 42. *num.* 42. *& ſeqq.* Quando quittatio ſeu quittantia danda, & quomodo retractanda ſit, *vid. Eund. conſil.* 47. *n.* 41. *& ſeqq. d. tract. cap.* 40. de requiſitis quittatoris. *vid. Breulæum. de Renunc. cauſ.* 3. *fol.* 131. Et Exceptio liberationis ſeu quietationis, quando opponi debeat. *Berlich. p.* 1. *deciſ.* 71. *per tot.* [Hic ſciendum eſt, quod quilibet Quæſtor, Adminiſtrator & officialis, ad hoc, ut omnis occaſio Dominos ſuos defraudandi præcidatur, & ut eo facilius deprehendi & conveniri poſſint, an & quid interceperint, ſubverterint & occultaverint, teneatur iis, à quibus quid in pecunia, mulctis, laudemiis, & aliis rebus quibuscunque, in ſolutum accipiunt, ſchedulas vel apochas factæ ſolutionis dare, & in illis ſpeciatim deſcribere, quid & quantum accepit, quove nomine, titulo & tempore, alias arbitrarie puniri debet. *Novell. De Mandat. Princip.* 17. *cap. cogita.* 8. *l. frumenta.* 9. C. *de Suſceptor. præpoſ. & arcar. Franciſc. Ripa. Tract. de peſt. c.* 5. *n.* 9. *Marc. Anton. Peregrin. de Jur. Fiſc. lib.* 6. *cap.* 3. *n.* 2. Et quidem ejusmodi Apochis plena fides adhibetur, ruſticique ſubditi & alii qui eas accipiunt, per eas ſtatim liberantur, usque adeo, ut contra ipſas ne quidem exceptio non numeratæ pecuniæ locum habere poſſit. *text. in l. in contractibus.* 14. §. *ſed quoniam.* 1. *& ſeq. C. de non numer pec. l.* 1. *C. de Apoch. publ. l. ſecuritatibus.* 4. *C. eod. l. ſecuritates.* 11. *C. de Suſceptor. præpoſit. & arcar. Virgil. Pingitz. Quæſt.*

 47. *n.*

47. *n.* 18. *sub fin. vers. antequam autem.* & *n.* 19. Sed an ejusmodi Apochæ non solum ipsi Administratori, sed etiam eo convento & non solvendo existente, fisco, vel alii Domino præjudicent? vide pro & contra disputantem *Berlich. concl. pract.* 57. *n.* 66. 67. & *seq. part.* 5.]

(76.) Hæc cautio usufructuaria remittitur I. *Fisco*, quia cum semper locuples censeatur, non solet satisdare. *l.* 3. §. 10. *ff. de Carbon. l.* 1. §. 18. *ff. ut legat. servand. caus. cav.* II. *Patri*, in bonis adventitiis filiorumfam. *l. fin. C. de bon. quæ liber.* Ubi tamen notandum, Etsi à patre possidente bona materna de sorte reddenda finito usufructu cautio regulariter exigi nequeat, tenetur is tamen ad confectionem inventarii, vel saltem ad nudam consignationem. sec. *alleg. à Carpzov. Jurispr. for. part.* 2. *constit.* 10. *defin.* 9. III. Donatori, qui proprietatem reservato usufructu donavit. *arg. l.* 28. *ff. de Reg. Jur. l.* 7. *ff. Ut leg. nom. caveat.* IV. Si ex die proprietas alicui legata sit: Ususfructus pure, quia certum est ad eum vel ejus heredem proprietatem perventuram. *l.* 9. §. 2. *ff. Usurfr. quemadm. cav.*

(77.) Hic opportune quæritur, qualis hæc cautio debeat esse, Rechtmässige Versicherung? Et respondemus esse cautionem fidejussoribus non pignoribus præstandam. *l.* 7. *de Prætor. stipul. l.* 52. *de V. O. Nov.* 94. *Guid. Papian. decis.* 249. *n.* 1. *Gail.* 2. *obs.* 47. *n.* 4. [Dictio *Cautio* simpliciter prolata à Lege Prætoria, intelligitur de idonea, quæ fit per fidejussores vel pignora. *l.* 1. §. *Stipulationum. ff. de Prætor. Stipul. l.* 1. §. *caveri. de Collat. bon.* Sed dictio *Cautio* simpliciter prolata à lege civili, vel Testatore,

in-

intelligitur de nuda promiſſione, quæ fit per ſtipulationem, niſi aliquid aliud ſit dictum vel adjectum: ut quia promiſit quis idonee aut ſufficienter cavere. *Schneidw. in princ. Inſt. de Satisdat. tut. n. 5. & ſeqq.* Verbum verſichern cautionem & ſecuritatem notat. *Jacob. Schultes ad Modeſtin. Piſtor. Quæſt. part. 2. Quæſt. 77. n. 4.* In communi & extrajudiciali uſu autem vocula verſichern, calorem invitantis ad contrahendum potius ſonat, quam ut cautionem inferat. *Bicc. in Reſp. Jur. de peric. in loc. cond. ſuſt.* De verbo *aſſecurare* vide allegatos *à D. Tabor. de Altero Tanto. pag.* 32.] Varie DD. ſuper hac quæſtione ſudant, an prætoriæ, qualis hæc eſt, ſatisdationes etiam pignoribus fieri poſſint? In qua diſtinguit *Sudhold. diſſert. 3. aphor.* 44. Utrum exigatur cautio, pro certa & definita quantitate, an vero pro incerta & indefinita: Hoc caſu præciſe requiriri fidejuſſores. *d. l. 7. de Prætor. ſtipul.* Illo caſu per pignora fieri poſſe ſatisdationem. *l. 2. §. 3. Quod legat. l. 9. de collat.* Hujus diſtinctionis ratio ſatis manifeſta eſt. Nam cum quantitas eſt incerta, multis modis accidere poſſet, non ſufficientia deponi pignora, & ſic de defraudari illum, cui ſatisdandum erat: Imo in hac materia depoſitio pignorum ſatisdationis idoneæ vices plane ſubire nequit, tum, quia ſemper incertum, quantum ſit futurum intereſſe, ob malam adminiſtrationem, tum, quia omnia adminiſtratoris bona Domino pignori tacite ſunt obligata: *ut infra dicemus.*

(78.) Compulſoriales ſunt, quibus Judex ſuperior inferiorem Judicem aliumve ad officium Juris præſtandum comminatione pœnæ compellit,

lit, ad editionem ſcilicet actorum Judicii, litisve *aliarumque rerum*, ad agendum aliquid ſive *præſtandum*, exhibendum faciendumve aliquid. Sub verbis (*aliarumque rerum*) intelligo rationes, miſſivas, Inſtrumenta, Inveſtituras, Statuta civitatis, &c. [Licet inſtrumenta parti adverſæ regulariter non ſint edenda. *l.* 4. *C. de Edend.* Hoc tamen non obtinet, ſi illa Inſtrumenta ſint communia. *per l.* 5. *famil. erciſc. l.* 3. *pen. ad Exhib.* Idque editionem petens, prius docere debet. Hinc 16. *Sept.* 1574. *in cauſa* Kettenheim *contra* Landſchaden, ita pronunciatum: Wofern Kettenheim glaubwürdig darthun wird, daſs die angezogene Acta, Brieff, &c. communia, daſs ſolches gehört. *Gylman. voc. Acta.* §. *licet regulariter.* Communione Inſtrumentorum probata Mandata Compulſorialia S. C. pro Edendo, cum annexa citatione ſolita in Camera decerni ſolent. *Gail.* 1. *obſ.* 134. *n.* 11, *Gylman. voc. Acta.* §. *Quando.* Ejusmodi autem Mandata Compulſorialia decernuntur non ſolummodo contra partem adverſam, ſed etiam contra Tertium, modo ſupplicans prius de ſuo Intereſſe doceat. *Gylman. voc. Compulſoriales.* §. *Compulſorialia.* Quod ita accipe, ſi ille Tertius non ſit extra Imperium, ſed Juriſdictionem Cameralem agnoſcat, nam alias *literæ mutui compaſſus* decernuntur. *Magenb. ad Ordin. Cam. p.* 2. *tit.* 31. *verſ. non tamen.* ubi easdem etiam decernendas putat, ſi ille Tertius non immediate ſub Camera ſit. Si illa communia Inſtrumenta ad Cameram commode transmitti nequeunt, ſolet Commiſſarius deputari, qui iſta tranſumat. *Gylman. voc. ſententiæ interlocutoriæ.* §. *Interlocutoria in*

puncto.

puncto. Postremo hic nota, quod ad editionem missivæ privatæ nemo cogi possit. *Gylman. voc. Editio.* §. *Missiva.*] Ubi Practicorum discrimen observandum inter *Compulsoriales* & *Requisitoriales* : Compulsoriales dicuntur literæ mandatoriæ a Judice emissæ ad eum, qui instrumentum habet, & ipsius Jurisdictioni subest : Requisitoriales vero emissæ a Judice ad eum, qui instrumentum habere dicitur, & ipsius Jurisdictioni non subest. Sub verbo vero (*Præstandum*) Juramentum ad testificandum intelligo, veluti si ab inferiore Judice Commissarius aliquis deputetur ad examen testium, & in numero testium aliquis immediate Imperio subjectus, qui citatus comparere nolit, Commissarius non potest testem ad perhibendum testimonium compellere, idque propter defectum Jurisdictionis & potestatis : quia inferior Judex, qui commissarium deputavit, Jurisdictionem in testem non habet: quamobrem tali casu commissarius vel ipsa pars testes producens Cameram tanquam Superiorem Judicem adire, & per viam supplicationis mandatum pœnale sive compulsoriales contra testem illum contumacem petere potest. *vid. Frider. Midan. lib.* 2. *c.* 47. 48. 49. & *seqq.*

(79.) Hic lubet addere speciem facti, cum Responso Juris Facultatis alicujus famigeratissimæ, de Anno 1661.

Species Facti.

MÆvius hatte einen seiner Unterthanen zum Bedienten, Namens Sempronium, welcher Sempronius wehrender seiner Bedienung, seinen Pflichten

zuentgegen, viel zu grob, und gar unverantwortlicher Weiſs gehandelt, Mævium nicht allein in hohen Gelt-Summen beſtohlen, ſondern auch deſs Mævii Unterthanen in ſeinen deſs Sempronii Privat-Schuld-Sachen zur Ungebühr übernommen, ſolcher geſtalt, daſs Mævius genugſam veranlaſſet geweſen wäre, dieſem Sempronio, das wohlverdiente ſcharſſe Recht, als an ſtatt deſs Lebens den Todt wiederfahren zulaſſen, wann nicht auf inſtändiges Vorbitten, auch in Anſehung der noch unerzogener Kinder, die verwürckte Straff in eine Geldt-Straff verwandelt worden wäre. Nach dem nun aber niemand vor den Sempronium der dictirten Geld-Straff halber Bürgſchafft leiſten wollen, hat Sempronius nicht allein ſeine, ſondern auch die von ſeiner Frauen herrührende, ſo liegende als fahrende Güter', zumahln nichts auſsgeſchloſſen, loco cautionis, zum kräfftigſten eingeſetzet: Gleich wie aber dieſes Sempronii Frau zumahln nicht ſchuldig geweſen, vor ihren Mann den Sempronium alle das Ihrige gleichsfalls zur Caution einzuſetzen, geſtalten dann auch derſelben ſolches wohl remonſtriret, und ſie ihrer Weiblichen Freyheiten, in ſpecie deſs *SCti Vellejani*, Item *Authentic. Si qua mulier*, *&c.* ſo wohl von deſs Mævii jetzigen Bedienten, als auch durch einen Käyſerl. Notarium gnugſam erinnert und certiotiret worden, hat ſie, deſs Sempronii Weib, dennoch vor præſtirte Caution demüthig angeſuchet, daſs ſie doch zu ſolcher Caution (deren ſich zubegeben ihre Kinder auch wol zu frieden wären) zugelaſſen werden möchte: Darauf dann, als Mævius geſehen, daſs beyder deren Güter zu benannter Geldt-Straff

ſuffi-

ſufficient, dieſelbe alſo zur Caution admittiret worden, die ſie dann freywillig, ungezwungen und ungedrungen, und zwar an Aydsſtatt, vor Notarien und Zeugen würcklichen abgelegt, und darinnen aller ihrer Weiblichen Freyheit renunciret.

Als aber Sempronius auf ſothane Cautiones deſs Arreſts erlaſſen, und auf freyen Fuſs wieder geſtellet worden, iſt derſelbige, ohnerachtet er Sempronius auf die eingegangene Gelt-Straff, theils an Abſchlag geſchoſſen, abermal meineydig, und gar Landflüchtig worden, will auch nunmehr deſs Sempronii Frau vermeintlich ſagen, ob wäre die ihrer Seyten geleiſtete Caution ex metu, damit ſie nur ihren Mann wieder bekommen, und er auſs der Geſahr deſs Lebens errettet worden, beſchehen, und ſie alſo nicht ſchuldig ſeye dieſelbe zu halten: Wann aber ſie deſs Sempronii Frau der jenigen Beneficien, ſo ihr etwann zu ſtatt hätten kommen können, gnugſam erinnert, derſelben ſich dennoch freywillig begeben; So fragte ſich zu recht: Ob nicht dieſe deſs Sempronii Frau die geleiſtete Caution zu halten ſchuldig, und Mævius die Poſſeſſion in dero Mævio verhypothecirten Güter zu apprehendieren genugſam beſugt ſeye, worüber einer löbl. Juriſten Facultät Rechtliches Bedencken zu eröffnen, und umb die Gebühr mitzutheilen, auch ſo bald müglich auſszufertigen, gebetten wird.

Reſponſum.

AUf vorſtehende Frag unſer Rechtliches Bedencken begehrter maſſen, und zwar in angeſonnener Kürtze, zueröffnen, möchte es zwar anfänglich das Anſehen gewinnen, als wann deſs Sempronii Ehe-Weibs Interceſſion

Intercession directo contra SCtum de Intercessionibus loquens anstreiche, und demnach ipso jure nulla und nichtig wäre. Siquidem inprimis intercessiones pro viris suis jure prohibitæ sint uxoribus *l. 2. ad SC. Vellejan.* Sintemahl die Rechte sothane Intercession in causa mariti so starck verwehret und verbotten, dass auch die geminatio post biennium facta nichts würcket, fidejussionem enim pro marito factam, jura adeo detestantur, ut nec lapsu temporis, nec iterata confirmatione eam sustineri posse statuant. *Novell.* 134. *cap.* 8. *ibi. sed ita esse, ac si neque factum quicquam, neque scriptum esset. Et Authent. Si qua Mulier. C. Ad SC. Vellejan. Berlich. part.* 2. *concluf.* 19. *n.* 70. *Rittershus. in Novell. part.* 2. *cap.* 4. *n.* 13. & 15. *Zanger. de Except. part.* 3. *cap.* 11. *n.* 128. ubi ostendit, Uxorem rem suam pro marito obligantem, ipso jure non teneri. *Donell. lib.* 12. *Comment. c.* 29. *sub fin.* Quamvis enim generationis cum alibi, tum in ipsa quoque hujusce intercessionis causa, magna alias vis sit in casu tamen præsente, quo mulier pro marito intercedit, nihil proficit geminatio, nec obligatur uxor, etiamsi millies pro marito intercedat, uti cum *Angelo* loquitur *Sichard. in C. ad tit. de SC. Vellej. n.* 14. *Anthon. Tessaur. decis. Pedement.* 223. *n.* 6. *Andr. Rauchbar. part.* 1. *quæst.* 34. *n.* 11. *vers. Sed intercessio pro Marito.*

Wann die Intercession auch gleich ein debitum Fiscale betreffe. Utcunque enim Fisci causa alias privilegiata sit, *tot. tit. C. de Jur. fisc. ubi Castrens. Salic. & alii* : In intercessione tamen uxoris pro marito Fiscus communi jure utitur, nec mulierem ex intercessione valide potest convenire, quia hoc

casu

casu mulieris privilegium fortius est, *Paul. de Castr. in dict. Auth. Si qua Mulier. C. de SC. Vellej. num. 2. in fin. Rittersh. dict. loc. num.* 17. Und solches auss der mercklichen und namhafften Ursach und bedencken, dass eine Ehefrau dissfalls mehr auss Zwang, als freyen Willen ins Mittel tritt, propter reverentiam enim maritalem hæc intercessio non sponte sed coacte præsumitur intervenisse. *Gomez.* 2. *variar. resolut. c.* 13. *n.* 27. *Zoes. in Comment. ff. ad SC. Vellejan. numer.* 14.

Welcher Zwang dann in gegenwärtigem Fall desto heuterer erscheinet, weilen in dem mitgesendetem Documento aussdrücklichen angedeutet wird, dass die Intercession nur dahin angesehen gewesen, dass sie ihren lieben Mann wiederum in Freyheit setzen möge.

Auss welcher und anderen Ursachen zu schliessen seyn scheinet, als wann obangezogene Intercession zu recht unbeständig, oder doch per restitutionem ex causa metus leichtlich hintertrieben werden könte, zumaln sothane Renunciation mit keinem leiblichen Aydt bestärcket worden. Tunc enim demum Renunciationem beneficiorum istorum in casu intercessionis uxoris pro marito obtinere quidam volunt, si solenni juramento firmata fuerit. *Beust. ad l.* 1. *de Jurej. n.* 248. *Gutierrez. part.* 1. *de juram. confirm. cap.* 55. *n.* 6. *& seqq.*

Wann aber Gegentheil betrachtet wird, dass der Notarius in Beyseyn zweyer Zeugen, Renunciantin deutwörtlich und zur Gnüg verständigt und certioriret, was die Beneficia *SC. Vellejan. & Auth. Si qua mulier*, in sich begreiffen, die Renunciation aber solcher

ſolcher zuſtehenden Weiblichen Gerechtigkeit, ſich nichts deſtoweniger, wiſſentlich, wolbedächtlich, und an ſtatt eines leiblichen geſchwornen Aydes begeben, uti habent verba Inſtrumenti, hat ſie ſich ſolcher Hülff und Wohlthaten der Rechten allerdings verluſtig gemacht. Si enim mulier edocta fuerit de vi & effectu horum beneficiorum, & tamen nihilominus iisdem renunciandum eſſe cenſuerit, indignam ſe auxilio juris ipſamet reddit & efficit. *Matth. Stephan. ad dict. Novell.* 134. *n.* 8. *verſ. deinde etiam. Hahn. ad SC. Vellejan. n. ult. verſ. altero caſu.*

Zumahln ſie auch ſelbſten geſtehen muſs, daſs das entwendete Geldt in gemeinen Häuſslichen Nutzen verwendet worden. Quoties enim conſtat in communem utilitatem converſam eſſe pecuniam, beneficium legis ceſſat. *l.* 4. §. 1. *ad SC. Vellejan. Novell.* 134. *cap. octav. verſ. niſi manifeſte. Scholan. ad tit. de SC. Vellejan. th.* 16.

Licet autem ſola confeſſio mulieris de in rem verſo non ſufficiat, cum eadem facilitate ad confitendum induci poſſit, qua inducta fuit ad intercedendum. *Tiraquell. de LL. connub. concluſ.* 7. *num. ſecund. & tert. Vincent. Honded. volum.* 1. *conſil. part.* 3. *conſil.* 45. *Gail.* 2. *obſervat.* 89. *n.* 3. Accedit tamen hic manifeſta cohabitatio & ſuſtentatio familiæ per peculatum, ſive furtum pecuniæ publicæ potiſſimum exhibitæ, quæ confeſſionem iſtam liquido argumento confirmat, quippe cum confeſſio iſta etiam nudis præſumptionibus roboretur. *Carpzov. lib.* 2. *Reſponſ. Elect. tit.* 6. *Reſponſ.* 75. *n.* 9.

Und daſs ihr Ehemann (uti habent verba ipſius renunciantis) deſswegen in deſs Herren Ungnad gefallen

ſallen, und in Arreſt genommen worden, weilen er in ſeinem anbeſohlenem Ambt gegen ſeinem Herren und dem gantzen Land untreu worden, viel ſtändige und unſtändige Renthen ſeinen Pflichten zuentgegen verſchlagen, und damit, wie in der ſpecie facti gemeldet wird, die Lebens-Straff verwürcket.

Cum autem Maritus ex cauſa delicti arreſtatur, tunc interceſſio mulieris ad ejus liberationem valida eſt, & ceſſat hoc caſu SCtum, propterea, quod honeſtum ſit mulieris deſiderium, quo virum non tam a carceribus, quam à pœna corporali, aut infamiæ periculo liberatum cupit, ex qua cauſa etiam dos, & quidem etiam conſtante matrimonio, alienari poteſt. *l. Mutus* 73. §. 1. *de Jur. dot. l. quamvis.* 26. *cum ſeqq. ſolut. matrim.* In terminis *Ant. Faber. in ſuo Codice ad SC. Vellej. def.* 16. *n.* 4. *Valent. Franc. tract. de Fidejuſſ. cap.* 2. *n.* 187. Qui cum multis allegatis generaliter conſtituit: Uxorem à beneficio SCti Vellejan. excludendam eſſe, ſi pro marito captivo interceſſerit.

Solchem allem nach iſt die Renunciantin nunmehr mit ihrer Exception SCti nicht zu hören, weilen ſie hierdurch, nachdem ſie ihren Mann per hanc interceſſionem liberiret, und nicht halten will, was ſie verſprochen, in manifeſto dolo begriffen und betroffen wird. Deceptis autem, non decipientibus jura ſuccurrunt, cum dolus ſemper puniri, nunquam vero prodeſſe debeat, *l.* 1. §. 1. *de dol. mal. & met. except. l. fœminis* 18. *C. Ad SC. Vellejan. Hillig. lib.* 2. *Donell. Enucleat. cap.* 32. *in not. lit. B. Carpz. part.* 2. *conſtit.* 15. *defin.* 13.

Welches wir alſo geſtalten Umbſtänden nach in

beziehlter

beziehlter Kürtze und Frist, auf vorgelegte Frag antworten, und zu mehrer Beglaubigung der Facultät Insiegel hierhenebenst aufstrucken wollen. So geschehen in N. N. den 29. Maji, Anno 1661.

(L.S.)

Decanus & cæteri Doctores & Professores Facultatis Juridicæ in Academia N. N.

Huic Responso adjunge *Consilium Joh. Gœddæi*, quod habetur inter Consilia Marpurgensia *vol.* 1. *cons.* 24. Et quod addo infr. post hunc Tractat. N. IX.

(80.) Licet intérpretes in l. 21. *C. de procurat.* bona uxoris triplicia faciant. 1. *Dotalia*, Heurathgut, und Ehegelt, quorum possessio & dominium ad maritum transeat. 2. Paraphernalia, ihr vorbehalten Gut, ihr Neben-Gut, Aynshand-Gut, ihr Eygen-Gut, quorum possessio tantum. 3. *Receptitia*, ihr Aussgesetzt-Gut, quorum neutrum ad maritum pertineat. Male tamen ad tria referuntur, quæ in duobus melius consistere possunt: Cum & jure nostro non nisi duplicia reperiantur: (1.) Dotalia: *tot. tit. de jur. dot.* & (2.) Paraphernalia. *l. si ego* 9. §. 1. *dict. tit. Novell.* 97. §. 5. *l. pen. de dot. collat. l.* 3. *C. Ne uxor pro marit. l.* 8. *C. de Jur. dot. ult. C. de pact. convent.* Quæ paraphernа Hottom. vocat præter dotalia: fortasse ex *Cicerone*, qui in *Philipp.* 2. quasi præter dotem, *inquit*, accepisti. Receptitia enim plane sunt eadem cum paraphernis, verbotenusque tantum differunt (alterum Græcum est, alterum

alterum latinum.) Et antiqui etiam Romani verbo Receptitiorum ita usi sunt, quemadmodum testatur *Agell. lib.* 17. *cap.* 6.

Interpretes autem in hunc errorem duxit difficultas conciliandæ *d. l.* 21. *C. de probat. cum l. ult. C. de pact. convent.* In illa enim dicitur maritus satisdare procurator uxoris: in hac negatur. Dicunt igitur, quod illa l. 21. de receptitiis: hæc autem de paraphernalibus bonis accipienda sit, & putant, in dotalibus admitti procuratorem sine mandato, in paraphernis non cavere de rato: sed in receptitiis non admitti sine mandato. Quæ distinctiones licet à *Gailio* etiam 1. *obs.* 133. & *Myns.* 3. *obs.* 33. probentur: de jure tamen perabsurdæ sunt, quamquam hodie in Camera Imperiali secundum illam distinctionem judicatum sit, ut refert *Myns. dict. observ.* 33.

(81.) Altera ratio est, si Administrator extra locum administrationis, rationem reddere compelleretur, tunc officium administratoris illi foret damnosum, cum aliquas, & forte magnas, & extraordinarias expensas, pro illuc eundo faceret, contra *text. in cap. pervenit.* 1. *de fidejuss. l. sed & quis.* 7. *ff. Quemadm. testam. aper. l. inter officium* 54. *ff. de Rei vind.* Richter. *Reg.* 70. *Thom. de Thomass. in florib. leg. Reg.* 211. [Quando rationes in loco administrationis redduntur, Administrator vero scripta, apochas, libros, aliaque ad rem facientia documenta alibi habeat, propriis sumptibus illa secum deducere debet. *l.* 4. §. 5. *ff. de Edend. Escob. de Ratiocin. cap.* 7. *n.* 4. nisi congruo loco, & tempore Domino obtulisset rationem in loco administra-

tionis, ille vero fuisset in mora recipiendi, hoc casu impensis Domini Instrumenta asportanda sunt. *Escob. d. cap. 7. n. 5. post Joh. Petr. Surd. de Aliment. lib. 4. q. 47. n. 9.* Quæ decisio etiam vera est, quando ad instantiam adulti forte, rationes semel examinatæ, denuo examinandæ & revidendæ sunt. *Escob. d. l. n. 5. Gutierez. de Tutel. lib. 3. cap. 1. n. 126.*] Non enim quisquam contra suam utilitatem tenetur alii providere. *Wes. in paratit. de contr. act. tutel. n. 4. & in comment. C. de Sportul. n. 24.* Maxime, si quis gesserit officium necessarium, tunc enim cum eo non tam stricte procedendum est, per alleg. *Berlich. part. 1. decis. 71. n. 7.* [Non omittendum etiam est hic, quod actio de Ratiociniis tot locis, quot locis negotia sunt administrata, moveri possit, nisi ex administrationis ratione, & personis ipsis causæ continentia introducatur. Hoc enim si fiat, ad communem omnium superiorem iri potest. *Herm. Vultej. in l. 1. C. Ubi de Ratiocin. num. 11. Berlich. decis. 273. n. 7.*]

(82.) Quod Administratores habeant contrariam actionem adversus dominum, ob id, quod ipsis sine culpa ex administratione abest, tradit *Carpz. lib. 2. tit. 2. Respons. Elect. 33. n. 19. per ibi alleg.* Finita enim administratione, tenetur Dominus liberare Administratorem, ab officio suscepto. *l. 27. §. 2. ff. Mandat. §. Recte Instit. eod. Mozius quo mod. solv. mand. n. 6. 7.* Et eundem indemnem omnino præstare & servare. *l. 61. §. 5. de furt.* Ideoque tenetur Dominus administratori restituere sumptus utiliter & necessario factos. *l. 12. §. 9. l. 10. §. 9. 10. ff. Mandat. l. 46. §. 6. de procurat.* Et quicquid

omnino

omnino ex administatione ipsi abest. *d. l.* 12. §. 8. 9. *l.* 54. *Mandat. Luc. c.* 10. *vers.* 35. *cap.* 12. *vers.*43. *& cap.* 16. *vers.* 12. *Paul. lib.* 2. *tit.* 15. §. 2. licet forte negotium susceptum felicem exitum non fuerit sortitum. *l.* 56. §. *fin. l.* 8. §. *ult. Mandat. l.*4. *C. eod. tit.* nam bona gerentis intentio sufficit, licet eventus non semper correspondeat. Richter *Reg.* 41. *num.* 5, *Barbos. augment. verb. Eventus. axiom.* 10.

(82.) Regulariter ex Ministri delicto Dominus non tenetur. *Bart. in l. ne quid n.* 1. *ff. de incend. ruin. naufr. Curt. Jun. in l. n.* 13. *C. de serv. fugitiv. Geminian. in cap. si Episcopus. de offic. ordin. in* 6. *Thom. Grammat. cons. crimin.* 8. *circa princ. Jason. in l. age. n.* 7. *C. de Transact. Boss. in tit. de furt. n.* 55. *& in tit. de damn. dat. n.* 7. Ministrorum enim culpa Dominis suis non debet esse nociva. *Clar. in pract. crim.* §. *fin. q.* 86. [Hoc tamen intellige ut procedat, nisi Dominus teneret in domo viros notorio scelestos: nam eo casu utique teneretur pro eorum delictis. Et ita sentit tota Juris Schola, ut dicit *Placa. lib.* 1. *delict. c.* 14. *n.* 1. *in fin. & n.* 3. dicit, quod hæc sit recepta omnium sententia: Et ideo, quando Dominus molestatur pro delicto commisso à famulis suis, bonum est, quod probet ipsos fuisse reputatos communi opinione pro hominibus bonæ vocis, conditionis & famæ: nam hoc ipsum valde excusaret. Si etiam ex facto servi Dominus commodum sentit, tunc Dominus tenetur. per ea, quæ tradit *Menoch. consil.* 53. *n.* 15.] cum planum sit, quod unius culpa alteri nocere non debeat. *l.* 3. *de transact. l. electio.* 26. §. *fin. ff. de nox. act. l. rem hereditariam.* 65. *in fin. ff. de Evict. Menoch.* 2.

arbitr. Judic. cap. 182. *n.* 48. Nisi minister delinqueret, cujus opera Dominus uteretur. *l.* 1. *ff. furt. advers. naut. caup. tot. tit. Naut. Caup. stabul.* §. *pen. Instit. de obligat. quæ ex q. delict. fac. text. in l. cuicunque* 5. §. *sed & cum fullo.* 10. *ff. de institut. action.* maxime, si ex occasione domini, eoque sciente gerat. *Curt. Senior. consil.* 41. *n.* 10. *Emanuel Suarez. in suo thesaur. recept. sentent. lit. F. n.* 50. Scientia enim Domini præsumitur, atque sic de delicto teneri dicitur. Quod tamen intellige verum in delicto, quod tractum habet successivum, secus si habeat momentaneum. *Abbas. in cap. cum causam x. de Testib. quem refert. Gramm. dict. consil.* 8. *n.* 1. *vid. & Bald. in l.* 1. *circa fin. C. Si quacunque præd. pot. Laur. Tennin. in tract. Cautel.* 72. *n.* 5. *adde Rulant. in tract. de commiss. lib.* 7. *cap.* 8. *n.* 23. *Bronch. ad l.* 57. *& l.* 50. *de R. I. Zoes. ad tit. ff. Locat. conduct. n.* 48.

(83.) Magistratui, penes quem pecunia fuit deposita, nil quicquam de ea detrahere licet, nisi aliud longæva consuetudine sit introductum, per alleg. à *Carpz. Ipr. for. part.* 2. *constit.* 28. *def.* 22. [Ubi dicit, se nescire, quo jure Magistratus de pecunia penes se deposita, certam portionem, ac communiter de singulis centum aliquot florenos, quasi mercedis aut honorarii loco detrahere soleant: Certe avaritia potius, quam Juris authoritate id videtur introductum. Quare si longæva cujusque loci consuetudine mos iste non approbetur, Magistratum ejusmodi detractionem prætendentem audiendum non esse putarim. Ecquis enim nescit, custodiam in deposito præstari gratis. Nam si merces intervenerit, non depositum, sed locatio erit,

l. 1. §.

l. 1. *§. si vestimenta.* 8. *&* *§. seq. ff. depos. §. ult. Instit. de Mandat.* Non tamen nego, si deponenti liberalitatem exercere placuerit, Magistratum donarium sibi oblatum in remunerationem præstiti beneficii accipere haud prohiberi *l.* 2. *§. si in re deposita.* 24. *ff. de vi bonor. rapt. Joh. Harprecht in §. præterea* 3. *n.* 4. *Instit. Quib. mod. re contrah. oblig.* Sed a deponente invito hoc extorquere non licet.]

Si alicujus fidei & custodiæ pecunia per modum contractus vel quasi est credita, & is eam intercipit, & in alium usum vertit, qualis est Depositarius, mandatarius, & similes, &c. quomodo puniantur? vid. *Berlich. part.* 5. *concl. pract.* 57. *n.* 16 17. 18. *& seqq. adde Dd. ad Constit. Crim. Carol. V. artic.* 170. ubi dicitur: Welcher mit eines andern Gütern, die ihm in gutem Glauben zu behalten und verwahren gegeben seyn, williger und gefährlicher Weiss dem Glaubiger zu Schaden handelt, solche Missethat ist einem Diebstahl gleich zu straffen [Commodatarius, qui re ad usum non destinata abutitur potius, quam utitur: Item, qui res penes se depositas & custodiendas datas, sciens dolo malo contrectat, uterque pœnali furti actione tenentur, & puniuntur. *l. si is, cui in pr. ff. de furt l. si sacculum.* 29. *in princ. ff. depos. l. inficiando. in pr. ff. de furt.* Sic & pignoris furtum fit. *l. si pignore de tit. l. qui furtum. ff. de condict. furtiv. Covarr.* 3. *var. res. cap.* 15. *num. ult. Menoch. lib.* 2. *de arbitr. Jud. q. cas.* 298. Quod autem dictum, depositarium subvertentem sive contrectantem rem apud se depositam, in furti vitium incidere, illud tunc ut maxime obtinet, si depositarius contra veritatem proterve neget, se depositam pecu-

niam intervertisse, inque usum suum collocasse, adeoque manifestus ejus dolus conspiciatur, tunc enim is merito pœna furti ordinaria punitur: secus si fateatur, se pecuniam recepisse, & in proprium usum, non dolose, sed bona fide vertisse *Cravett. consil.* 287. *n.* 2. *& seqq. Boss. in Tract. de furt. num.* 45. *& seqq.* Et ita *Constitutionem Carolinam. h. artic.* accipit *Berlich. cit. loc. n.* 21. cui addatur *Farinac. lib.* 1. *tit. de Judic. Quæst.* 42. *n.* 33. *& Dn. Tabor. in Racemat. crimin. defin. pag.* 579. *& seqq.* ubi late tractat de pœna illorum, qui circa res, fidei suæ commissas, & depositas, minus fideliter, vel ex fide versantur: Et elegans Responsum Juris addit.]

Caute itaque in Depositi negotio magnæ summæ & rei, preciique incerti agendum:

A *Deponente*: ut cautione idonea tutus præstetur, intervenientibus honestis personis, aurifice, gemmario, & Notario, qui materiam, speciem, pondus, precium auri, argenti, gemmarum, & in summa res omnes & singulas accurate annotent, probent, æstiment, & annotatas cum designatione utriusque manu subscripta capsæ includant & obsignent.

A *Depositario*: Ut cautelis & pactis is probe sibi prospiciat, de quibus *in l. jurisgentium.* 7. §. 15. *sed etsi quis, & l.* 27. §. 3. *ff. de pact. ibique Dd.* nec se nimis ad restituendum obligare patiatur, &c. Cæterum, ut maxime Depositarius sibi caveat, plena tamen res est periculi, idque progressu temporis, & morte accelerante indies augetur, nec crescere cessat. Proinde omnium tutissimum est, ut Depositarius re adhuc integra depositum honeste recuset, & non susci-

ſcipiat. *Idque fideliter hortor & ſuadeo.* Ex re etiam Reipublicæ ſoret, ſtatuto civium conſenſu id præcaveri, ut Magiſtratus requiſitus, eo facilius ſe excuſare, & periculum declinare poſſit. Nec enim ad ſuſpiciendum depoſitum quis cogi poterit. *Joh. Fichardus* in Teutſchen Rathſchläger, *conſil.* 146. *n.* 59. *fol.* 292. Et inſpiciendum eſt id, quod nocere poteſt, etſi in præſenti nondum noceat. Melius quippe eſt prævenire, quam poſt vulneratam cauſam remedium quærere. Mature quoque Depoſitarius caveat, maximeque obſervet, ut cum depoſitum reſtituit, *Reverſales ſuas* (eine Revers) ante omnia repetat & recipiat, nec Apocha (vulgo Quittantia, Quittung) *caſſatoria forte, vel quod propediem mitti debeant*, contentus acquieſcat. Interveniente enim mora, morteque unius alteriusvè multa ſæpe accidunt difficilia & triſtia. Periculum ergo præcavendum, cum facile in literis & Apocha diſcrepantia quædam, & ſuper ciſta non exiſtente, *elapſis aliquot luſtris*, quid prætendi moverique poſſit. Alia de Sigillo, *mortuo utroque* heredibus relictis, cogitanda relinquo, &c. *Felix quem faciunt audita pericula cautum: Qui ſapit exemplo cautius ille ſapit.*

(84.) Hic venit examinanda quæſtio: An Miniſtri pro debitis ſuorum Magiſtratuum & Dominorum arreſtari poſſint? Pro negativa eſt text. elegans in *l. nullam poſſeſſionem* 4. *C. de Execut. & exact.* Ubi nulla poſſeſſio pro debitis alienis publicis vel privatis debet conveniri. Ergo multo minus perſona alicujus poteſt pro alienis debitis capi, & arreſtari, cum captura & arreſtum rerum facilius

 lius

lius indulgeatur quam arreſtum perſonarum. Pulchre *Bald. in l. propter diverſas* 22. *C. Mandat. n.* 22. *ibi, quia ſi non poteſt capi res, nec perſona.*

Deinde *per text. in l. unic. C. Ut nullus ex vicaneis pro alien. vican. debit. teneat.* ubi non ſolum grave eſt legibus, ſed etiam naturali æquitati contrarium pro alienis debitis moleſtari.

Tertio, *per text. in l. hac definitione* 12. *de ægro deſert. &c.* Ubi idem expreſſe reſcribitur.

Quarto, *per text. in l.* 1. *& tot. tit. C. Ne filius pro patr. & l.* 1. *& tot. tit. C. Ne uxor. pro marit.*

Quinto, *per text. expreſſ. in Novell. Ut non fiant pignor. pro alien. perſon.* 52. *cap. propterea ſancimus.* 1. Ubi ſub pœna quadrupli, & amiſſione cauſæ nemo poteſt alium pro alienis debitis capere, pignorare & arreſtare.

Sexto, Quia miniſtri ſunt liberi homines, liber homo autem pro ſuo proprio debito capi non poteſt. *c. lator.* 2. *x. de pignorat. l. ob æs alienum.* 12. *C. de O. & A.* Ergo multo minus capi poteſt pro debito alieno, cum quis facilius conveniatur & capiatur pro debito ſuo, quam pro alieno. Ampliationes pro hac aſſertione, & limitationes vid. *eleg. ap. Berlich. part.* 1. *concl. pract.* 76. *n.* 3. 4. *& ſeqq.*

(85.) Hodie novatio facta non intelligitur, niſi hoc expreſſe inter contrahentes agatur, quod priorem obligationem novare velint. ſec. *Carpz. Jpr. for. part.* 2. *conſtit.* 19. *def.* 14. Novatio enim non præſumitur, ubi non apparet, *l. fin. C. de Novat. Weſ. conſ.* 73. *n.* 4. *vol.* 2. Nec in dubio videtur a prima obligatione receſſum *Port. Imol. conſ.* 5. *n.* 52.

Nec præſumitur quis velle renunciare juri quæſito

ſito ex priori obligatione. *Socin. conſ.* 21. *n.* 3. *vol.* 1. maxime, quando non ſunt urgentes & veriſimiles Conjecturæ in contrarium. *Celſ. Ugo. conſil.* 172. *n.* 14. *Bertaz.* 1. *conſult. deciſ. conſ.* 63. *n.* 2. Cum de jure novo & communi Dd. ſententia generaliter nec ipſo jure, nec ope exceptionis fiat novatio, niſi expreſſe id agatur *d. l. fin. C. de Novat.* §. *Præterea. Inſtit. Quib. mod. toll. oblig. Dec. conſ.* 100. *n.* 1. ubi tamen hoc *n.* 9. *verſ. his ſtantibus.* limitat, dum ait, quod in incompatibilibus contractibus, quales ſunt ſocietas, mutuum, etiam hodie cenſeatur facta novatio, etiamſi id expreſſe non agatur. Cui adſtipulantur & *Bald. in d. l. fin. C. de Novat. & conſ.* 308. *vol.* 1. *Gabr. Roman. lib.* 3. *concl. tit. de Novat. concl.* 1. *n.* 60. *verſ. quarto limita. Cagnol. in repetit. l. ſingul.* 103. *n.* 130. *verſ. tu dicas*, ubi hanc limitationem communi Dd. ſententia comprobatam teſtatur. Unde & in translatione debiti ex cauſa mutui facta in cauſam depoſiti fieri novationem, etiam ſi id expreſſe non agatur, dixit *Bald. conſ.* 128. *vol.* 2. allegatus à *Gabr. Roman. dict. concl.* 1. *n.* 63. *add. Regn. Sixtin.* 1. *Conſ. Marpurg. n.* 63. & 65.

(86.) Priſcis temporibus, hiſtoria teſte, queis execrabilis fiſci voracitas non adeo graſſabatur, vectigalium onera per Germaniam noſtram, æquum modum rarius excedebant: teſtatur hoc ipſum poſt alios rerum Germanicarum florentiſſimus Auctor *Lehmannus in Chronic. Spirenſ. lib.* 2. *cap.* 44. Succeſſu autem temporis Germania Vectigalibus nimium quantum onerata fuit. vid. *Receſſ. Imper. à Rudolpho I. anno* 1287. *Herbipoli factum, & poſtea Spiræ anno* 1291. *renovatum, apud lauda-*

tum Lehmannum. lib. quint. cap. 105. *Reformat. Sigismundi cap. prim. apud Goldast. part. secund.* Reichs-Satzungen, ubi ita legitur: Man ſoll auch wiſſen, daſs alle Lande gar ſchwerlich beläſtiget ſeynd mit Zöllen, in jeglicher Stauden iſt ſchier ein Zoll. Eadem querela ab illo tempore in hunc usque diem continuata fuit, prout ex Imperii Receſſibus & Imperatorum Capitulationibus adparet. vid. *Receſſ. Imper. de anno* 1576. *§.* Weiters ſind Wir *Capitul. Carol. V. artic.* 18. *& Capitulat. moderni Imperatoris Auguſtiſſimi LEOPOLDI. I. art.* 21. *ibi*, Dieweil die Teutſche Nation, und das H. Römiſche Reich zu Waſſer und Land zum höchſten beſchweret &c. Ne vero ſub tanto vectigalium onere commerciorum uſus ſumme ſavorabilis, cum gravi Reipublicæ detrimento peſſum iret, varia pro ſublevatione oneris hujusmodi remedia publicis Imperii legibus prodita ſuere. Præter ordinaria media, v. g. inhibitiones, mandata ſine clauſula, &c. extra ordinem ſtatibus Imperii permiſſum fuit: Sich und die Seinige ſolcher Beſchwerden ſelbſt ſo gut ſie können, zu erledigen und zubefreyen. *Capitul. Ferdinandi III. artic.* 20. *Et Leopoldi I. artic.* 22. Cæterum avaritia hujus ſeculi longius progreſſa eſt, in fraudem legis publicæ, complures vectigalium ſpecies adinveniendo, quarum nomina ſunt, Ungelt, Aufſchlag, Brücken-Gelt, Weg-Gelt. Niederlag, &c. quæ plerumque ſub odioſiſſimo hodie *Acciſiarum* nomine veniunt. Teſtatur hoc ipſum prælaudata *Capitulatio Leopoldina. artic.* 22. *ibi.* Als auch vielfältig geklagt wird, daſs unterſchiedliche unmittelbare Reichs-ſo wol, als andere Mediat-

Stände

Stände ſich eine Zeithero gantz neuerlich unternommen, und noch de facto, auch durch Arreſta und andere im H. Reich verbottene eygenwaltige Zwangs-Mittel unterſtehen, unter ihren Thoren, oder ſonſt anderer Orten in und vor den Städten, die ein- und durchgehende Waaren, Getreyd, Wein, Saltz, Viehe und anders mit gewiſſen Aufschlägen unter dem Namen Acciſs, Umbgelt, Niederlag, Stand- und Marck-Recht, Pforten- Brücken- und Weg-Kauff-Hauſs Renthen, Pflaſte-rund Cento-Gelter, und andere dergleichen Impoſten, zu beſchweren, ſolches alles aber in dem Effect und Nachfolg für nichts anders, als einen neuen Zoll, ja offtmals weit höher zu halten, und denen benachbarten Chur-Fürſten und Ständen, ihren Landen, Leuten und Unterthanen, auch dem gemeinen Kauff- und Handelsmann zu nicht geringen Schaden und Ungelegenheit gereichten, auch der Freyheit der Commerciorum, deſs Handels und Wandels zu Waſſer und Land, gerad und ſchnurſtracks zu wider: So wollen Wir ſo bald bey Antrettung Unſerer Käyſerl. Regierung hierüber gewiſſe Information einziehen laſſen, auch worinnen ſolche unzuläſſige Beſchwerungen und Miſsbrauch beſtehen, von den benachbarten Chur-Fürſten und Ständen Nachricht erfordern, und dann dieſelbe ohne Verzug aller Orten abſtellen und aufheben, auch gegen die Ubertretter ernſtes Einſehen thun, Ingleichem Unſerem Kayſerl. Fiſcal gegen dieſelbe zu verfahren, anbefehlen, &c. Aurea ſane hæc Conſtitutio, modo uſu ſervaretur. Nondum enim ceſſant Germanorum querelæ de hujus mali nimium graſſante gangræna. Utinam vero Principes ſibi tandem per-

persuasum haberent ejusmodi vectigalium commoda, non tam commoda, quam onera esse, ac plus detrimenti, quam lucri fisco adferre, nec tam faciles aures canibus illis aulicis præberent, qui magis suum marsupium farcire, quam publico ærario succurrere satagunt. *Vectigalia & portoria immodica*, ait, Fr. Baconus, Magnæ Britanniæ Cancellarius, *sermon. fidel.* 19. *raro Regis reditus adaugent. Etenim quod in partibus lucratur, in summa deperdit, commercii quanto diminuto.* Expendamus damna, quæ ex oneribus vectigalium nascuntur: Per aggravationem vectigalium werden die gemeine Gewerbe, Commercien, Victualien und alle Handthierungen zu noch höhern Aufschlag, Werth und Theurung mercklichen getrieben, auch wird leichtlich zur Ungedult und schädlichen Empörung Ursach gegeben. *Recess. Imp. de Anno* 1576. §. Dadurch dann. Cumque plena sint exemplis Historicorum monumenta, prolixa illorum allegatione in præsens supersedemus.

(87.) Quisnam dicatur modus justus in exactione vectigalis, ex consuetudine addiscendum est, *l. si publican.* 4. §. *in omnibus* 2. *junct. l. locatio.* §. *earum rerum* 6. *ff. de public. & vectigal. adde Klock. in dissert. de vectigal. concl.* 74. *lit. A.* ubi ex *Chronico Spirensi* nonnullas refert consuetudines, quæ in exigendis vectigalibus observantur. Et sicut olim vectigalis nomine octava pars pendebatur, *l. ex præstatione.* 7. *ubi Godofr. in not. C. de vectig. commiss. l. Romanæ gentis.* 2. *C. de Eunuch. l. si cum Hermes.* 7. *C. de locat. & conduct.* (unde & conductores vectigalium olim *Octavarii* appellabantur.

l. a le-

l. à legatis. 8. *C. dict. tit. de vectig. & commiss.* Quæ tamen octava intelligenda est, de octava parte precii illarum rerum, non de octava parte specierum, quæ transvehuntur, cum commode ex his in itinere tantum extrahi non possit. *Bocer. in tract. de Regal. cap.* 2. *n.* 196.) ita hodie quantum solvi oporteat, ex cujuscunque Regionis consuetudine addisci debet. *d. l.* 4. §. 2. *l.* 9. §. 6. *si provincialium.* 4. *C. vectig. nov. instit. non poss. adde Joh. Sichard. ad tit. C. de vectigal. & commiss. n.* 8. *Braudlacht. in Epit. Jurispr. publ. Univers. lib.* 6. *c.* 3. *n.* 7. huc etiam facit *arg. cap. certificari.* 9. *x. de Sepultur.* Nec mutatur hoc jus ex eo, quod auctionem vectigalis consuetudine introduci non posse constet: jus enim exigendi novi & auctioris vectigalis, non nisi immemoriali, sed quod declaratio quantitatis solvendæ bene decennali consuetudine inducatur post *Alciat. tradit. Klock. in dict. discept. conclus.* 68. *Lit. B.*

(88.) Quod alias vectigalium exactio etiam in foro conscientiæ defendi possit, tradit *Treutl. vol.* 2. *disp.* 18. *th.* 8. *lit. b. Zoes. ad tit. ff. de publ. & vectig. n.* 20. & Gölnitz. *in tract. de vectig. c.* 4 *n.* 4. *ubi vide.*

(89.) Dissentientes hac in parte ita argumentantur. 1. Quicunque judicat secundum leges, immunis est in conscientia, Atqui hic Publicanus judicat secundum leges. *arg. princ. Inst. de offic. Judic.* Ergo immunis est in conscientia. Major probatur, 1. Quia LL. obligant in conscientia. *l.* 3. *C. & l.* 2. *ff. de legib. cap.* 1. *do constit. Extrao. ad Rom. cap.* 13. *l. ita vulneratus ad L. Aquil. Wes. in π. de LL. numero* 6. 7.

2. Si Judex judicans furem secundum Constitutio-

tutionem Carolinam, tutus eſt in conſcientia, quæ tamen conſtitutio admodum rigida eſt, & ſtatuit expreſſe contra leges divinas: Ergo etiam hic eſt tutus. Quod autem Judex illo caſu tutus ſit, communis eſt Dd. ſententia, ex ratione, quod Judex & JCtus non de legibus, ſed ſecundum leges judicare & pronunciare neceſſe habeat. vid. *Suthold. diſſert.* 16. *ad Inſtit. aphoriſm.* 40. *ibique alleg.* adde *Bald. in caſib. conſcient. lib.* 4. *c.* 12. *caſ.* 15. ubi late & quidem Theologice examinat: An & quatenus leges à Magiſtratu Politico latæ conſcientiam ſubditorum obligent.

(90.) Officialis non ſolum tenetur ſervare fines circa Mandatum, ſed etiam circa omnes qualitates. *c. cum veniſſent*, 3. *ubi Bald. de eo qui mittit. in poſſ. c. Piſanis. ubi Idem Bald. n.* 3. *de reſtit. ſpoliat. Dec. conſil.* 493. *n.* 9. *verſ. & non ſolum. Paris. conſil.* 47. *n.* 42. *&* 43. *lib.* 1. quia etiamſi in modico excedat qualitates mandati, dicitur excedere fines. *Paris. d. conſil.* 47. *n.* 43. *lib.* 1. *Cardinal. Tuſchus. lit. M. concl.* 39. *n.* 4. *ubi n.* 8. *poſt Felin. in cap. cum dilecta. in* 1. *ampliat. n.* 41. *ſubdit.* Paria eſſe, quod aliquid fiat contra formam mandati, aut præter, vel ultra. Et hi fines mandati in tantum ſunt ſervandi, ut ſi excedat officialis, non obliget Dominum, nec illi præjudicet. *l.* 3. *ff. Mand. Ang. conſ.* 388. *Tuſch. dict. concl.* 39. *n.* 55. Quia paria ſunt non habere mandatum, vel non ſervare formam mandati. *Bald. conſ.* 402. *colligamus. n.* 3. *verſ. Et ſi conſiderandum l.* 1. Quibus autem modis & caſibus mandati fines excedi poſſunt, tradit *Tuſch. lit. M. concl.* 40. *per tot.*

JCti autem hoc axioma limitant 1. Quod quis

ſaciendo conditionem Domini meliorem licite transgredi fines mandati poſſit. *Rulant. in tract. de commiſſ. lib. 3. cap. 2. lit. b. pag. mihi* 161. 2. Quando actus eſſent conceſſi & dependentes, tunc qui mandavit unum, videtur mandaſſe & aliud. Angel. in *l. procurat. ff. de procurator.* Videtur enim is in finibus mandati conſtitiſſe, qui fecit per æquipollens: Ut cum mandaretur ei ut fidejuberet pro Titio apud Mævium, mandaſſet creditori Mævio, ut Titio crederet *l. ult. §. ult. ff. Mand. Coſtal. ad l.* 4. *ff. Mand.* Vel 3. Quando officialis mandatum excederet præſente & non contradicente Domino. *Bald. in Auth. Qua in provincia. C. Ubi de crimin. agi oport. add. & alium caſum ex Bald. in c.* 1. *de lit. conteſt. vid. & Godofr. in not. ad Schneidw. in comment. Inſtit. tit. de mandat. §. is qui exequitur. lit. c.*

(91.) Licet exceptio ſuſpicionis allegari non poſſit poſt litem conteſtatam. *l. apertiſſimi.* 16. *C. de Jud. c. Paſtoral. de Except.* tamen ex cauſa de novo emergenti bene poteſt ſec. *Maſcard. de probat. concluſ.* 952. *n.* 35. *Bernhard. Muſcatel. in prax. aur. civil. Neapolit. p.* 2. *gloſſ. competens. n.* 55. *Amat. Roder. in prax. cap.* 10. *n.* 70. *Steph. Gratian. diſcept. forenſ. c.* 100. *n.* 32. ubi ampliat, etiam poſt concluſionem in cauſa, dummodo cauſa recuſationis habuerit ortum poſt concluſionem, *& n.* 31. ſubdit, quod ſuper hoc deferendum ſit juramentum ab ipſo recuſato.

(92.) Quemadmodum optimum eſt, Judicem habere benevolum, amicum & ſavorabilem. *Pan. in cap.* 1. *ſub n.* 15. *in fin. verſ. ſi vero. ubi Dec. lect.* 1. *n.* 12. *Bero. n.* 152. *de conſtit. Bald. n. innitaris. n.* 7. *eod. tit.*

tit. Neviz. lib. 5. Syl. nupt. 74. Coratius. lib. 2. de commun. opin. tit. 9. caſ. 32. n. 172. Ita etiam graviſſimum, ſub judice litigare ſuſpecto *c. quod ſuſpect. 3. quæſt. 5. & in c. cum inter. 5. extr. de Except.* Hinc jure naturæ conceſſum eſt, ſuſpectorum Judicum declinare inſidias, & inimicorum Judicium refugere, ut inquit *text. in d. cap. quod ſuſpecti 3. quæſt. 5. in fin. d. c. ſecundo requiris. 41. de Appellat.* Adeo, ut ne Principi recuſationis beneficium, quod juris naturæ eſt, tollere fas ſit. *Weſ. conſ. 6. n. 195. & ſeq. lib. 1.*

Sciendum autem eſt, quod minor cauſa ſuſpicionis Judicem à judicando repellat, quam teſtes à teſtificando. *gloſſ. in cap. accedens. 4. verb. nimis. Ut lit. non conteſt. Weſ. dict. conſil. 6. n. 200.* Tum, quod lites ſine ſuſpicione procedere debeant, d. c. quod ſuſpecti 3. q. 5. Tum quod facilius inveniri poſſint plures judices, quam unus teſtis. *Maſcard. de probat. volum. 2. concl. 624. n. 7.*

(93.) In Principum aulis diſtincta ſunt hæc officia eines Forſtmeiſters und eines Jägermeiſters. *Carpz. de Regal. cap. 3. concl. 63. Ming. de Superior. territor. concl. 72.* Der Forſtmeiſter ſylvis ac nemoribus præficitur. *Beſold. in theſ. Pr. lit. f. n. 19. §. præterea.* Ejusque officio incumbit, ut præcipue curet, ne ſylvæ per exſciſſiones arborum devaſtentur. *Andr. Wolffrum. diſſert. de Principib. concl. 19. lit. b. Thom. Michael. de Jurisdict. concl. 51. lit. b.* ſed omnia illa fiant, quæ ad ſylvarum utilitatem ſpectant. *Harpprecht. ad §. feræ Inſtitut. de Rer. diviſ. n. 264. Noe* Meurer. *de Jur. Foreſt. princ.* ubi de eorum officio agit latius. Sed der Jägermeiſter venationi ſaltem præficitur. *Beſold. de lit. f. n. 19.* eique

ea,

ea, quæ venationi conveniunt, instruenda sunt. *Matth. Steph. de Jurisdict. lib.* 2. *part.* 1. *c.* 7. *m.* 1. *n.* 264. *Rüdinger. cent.* 2. *singular. obs.* 42.

Jus Foresti, das Forstrecht *in specie* acceptum (nam *in genere* sumptum & bannum ferinum, & jus foresti in specie complectitur. *D. Reinking. de Regim. secul. & Eccl. class.* 5. *cap.* 6. *n.* 49. hocque sensu cum jurisdictione forestali à plerisque politicis hodie confunditur, ac à jure venandi tanquam majus & minus differre dicitur. *Matth. Steph. de Jurisd. lib.* 2. *part.* 1. *c.* 7. *m.* 1. *n.* 442.) à jure venandi differre, etiam inde constat, quod jura, jure venandi longe nobiliora ac plura contineat. Utpote 1. Wald-und Holtz-Ordnung zu machen, und zu publiciren. *Besold. in th. pr. lit. f. n.* 19. *circa finem.* Auch die Verbrecher der Wald-Forst-und Jagt-Ordnung zustraffen. *Jacob. de S. Georgio. tract. de feud. §. cum venationibus.* und zupfänden. *Thom. Michael. de Jurisd. concl.* 51. *lit. d. Schönborn.* 5. *polit. c.* 29. *Meichsner. part.* 2. *tom.* 2. *decis.* 2. *n.* 30. Huc etiam pertinet, auf die Holtz-Diebe fleissig Achtung geben zulassen, und dieselbe der Gebühr abzustraffen. Qui enim ligna jam cæsa, secta, clam aufert, furtum procul dubio committit, & pœna dignus est. Qui vero in alterius Sylvam ingressus, lucrandi animo arbores clam succiderit, ex moribus cujusque regionis & loci puniri potest. *l. facienda.* 8. §. *igitur.* 2. *ff. arbor. furt. cæsar. Bajard. ad Clar. §. furtum. n.* 92. *Wesenb. in parat. ff. de furt. n.* 5. Et sic quoque constitutum est *à Carolo V. in Constit. crim. art.* 168. Gravius autem ille coercendus, qui cum cædendæ materiæ tempus annuum menstruumve non esset, ex

obſervatione lunæ, vel Edicto prohibitum, ut noctu, diebus feriatis, vel alias alterius arbores furtim ſucciderit. *Conſtit. Crim. Caroli V. d. art.* 168. *Berlich. p.* 5. *conſtit. pract.* 52. *a.* 52. *& ſeqq.* Von der Holtz Spaar - Kunſt. *Vid. Michael. Beuter. in Supplem. Sleidani circa Annum Chriſti* 1557. *fol.* 369. *in fin.* Cui adde, quæ adduntur *in fine hujus Tractatus* N. VIII.] II. Jus præcipiendi ac prohibendi de rebus ad venationem pertinentibus *Harprecht ad d. §. feræ. n.* 263. *Matth. Steph. dict. lib.* 2. *p.* 1. *c.* 7. *m.* 1. *n.* 441. v. g. ne ruſtici palos nimis acutos in ſepibus donant, die Abſchaffung ſpitziger Zäun. *Beſold. d. lit. f.* [Ejusmodi ſane ſepimenta (quia feræ tranſcendere intendentes , iis facile transfigi poſſent) in fraudem Juris alieni fierent. *Harprecht. ad §. feræ. Inſt. de Rer. diviſ. n.* 131. proinde prohibita ſunt, *arg. l. cum hi.* 8. *§. ſi cum his.* 20. *ff. de Tranſact. l. in fundo* 38. *ff. de rei vindic. l.* 1. *§.* 1. *ibique gloſſ. ff. naut. Caup. ſtabul. l. magis puto.* 5. *§. ſi pupillus ff. de reb. eor. qui ſub tut. l.* 1. *§. illa autem. C. de latin. libertat. tollend.* Tametſi enim res ſuas tueri cuivis liceat. *l.* 1. *&* 2. *c. Quand. lic. unic. ſin. Jud. l. furem.* 9. *ff. ad l. Corn. de ſicar. l.* 1. *C. Unde vi, &c.* ita tamen moderanda eſt ea tuitio, ut quoad ejus fieri poteſt , citra læſionem offendere conantis & aliorum exerceatur. *l. ſcientiam.* 45. *§. qui cum aliter. ff. ad L. Aquil. vide Cluten. diatrib.* 17. *quæſt.* 5.] neve arbores fructiferas excidant , das unzimmliche Baum abhauen in den Wildfuhren zuverbieten. *Gail.* 2. *obſ.* 67. *n.* 5. *&* 7. *P. Frid. Mind. lib.* 2. *de Mand. c.* 39. *n.* 5. *& ſeqq. Georg. Mohr. de jur. venand. part.* 2. *c.* 3. *n.* 10. [Es ſolte billich eine jede Gemeine ſelbſten der Beſcheidenheit

ſeyn,

ſeyn, die ſtarcke Bäume in denen Wäldern zu erhalten, und ſolche nicht ohne Unterſcheid niderzuhauen, damit, wann durch GOttes Verhängnus ein Brand entſtehen ſolte, man derſelbigen zu anderwertigen Verbauung ſich bedienen könne. Nemo enim dicitur arbitratu boni viri uti, qui re abutitur, eamque deteriorem facit. *Gœdd. in l.* 30. *ff. de verb. ſign. n.* 2. qualis eſt, qui ſylvam immature & intempeſtivo tempore cædit, cum inde periculum ſit, ut aut facile arbores cæſæ demoriantur, aut non facile renaſcantur, aut repullulent. *Idem Gœdd. d. l. n.* 4. Et quod annoſæ ſublimesque arbores magno numero una vice ſuccidi non poſſint, tradit *Gail. dict. obſ.* 67. *n.* 8. ſiquidem non poſſunt hominis ætate priſtinæ altitudini & utilitati reſtitui: ideo ob damnum irrecuperabile contra ſuccidentem & devaſtantem Sylvas *Mandata ſine c. l.* decerni poſſunt. *Frider. Mindan. de Mandat. & Proceſſ. Cameral. lib.* 2. *cap.* 39. *n.* 4. *Jacob. Schults. obſerv. pr.* 3. *n.* 151. Intolerabilis ergo & præpoſterus ille modus merito damnandus eſt, qui bellicis temporibus ita invaluit, ut Tributorum exactores (die Geld-Hebere) ſi mobilia vel moventes penes debitorem non invenerint, wann bey denen ſchuldigen Gemeinden kein bereite Geld-Mittel vorhanden geweſen, ſtatim ad ſuccifionem grandium & annoſarum arborum cumulatiſſimam (zu häuffiger Abhauung groſſer Stamm-Eichen und Hoch-Walds) temere proſilierint, easque viliſſimo precio ipſimet taxarint, ſibique adjudicarint, & ad quæſtum ſumi tranſtulerint, cum tamen debitoribus ſuperſuerint alia bona immobilia, puta agri, prata, horta & ſimilia, quæ ad ſolutio-

non crediti suffecissent.] Dann solches haben die proprietarii allein bescheidentlich, und mit einer solchen Mass zu thun, damit die Wildfuhr nicht verderbet werden. *arg. l. si ita legatum. §. si domus. de Usu & habitat.* doch sollen die Eygenthums-Herren wegen ihres Grunds mit einer gebührlichen Ergetzlichkeit bedacht werden. *Bart. in l. fin. §. Titius. de pignor act. Dec. in l. quodnostrum. vers. & ista regula. de R. I.* Darbey aber in acht zu haben, dass das Aussreuten nicht zu sehr überhand nehme, und die Wildbahn dardurch geschwächt werden, wiewol den Wildbahns Herrn auf solchen neugereuteten Gütern der Noval-Zehend zustehet, dann derselbe der Wildbahn anhängig ist. *Weh. in observ. Pract. verb. Noval*-Zehend, Item, dass niemand mit Büchsen oder Armbrüsten im Walde sich finden lasse. *Zas. consil. 7. lib. 2. n. 11. Gail. 2. obs. 68. num. 2. Author. Consil. de Jurisd. & Regal, Giessæ Ann. 1610. impressi, cap. 4. tit. 4. n. 5.* (ubi in parenthesi quasi venit examinanda quæstio: An ille, qui jus habet zu jagen, auch zu schiessen jemand anstellen möge? Videtur dicendum, concessa venatione, omnia media, quæ ad illa idonea essent (& sic quoque sclopetorum & bombardarum usum) licita censeri. arg. eorum, quæ habet *Castrens. in l. imperium. n. 3. de Jurisdict. per l. 3. §. si quis ff. de Rivis.* [Qui pro hac sententia pugnant, allegant generalitatem verborum, & quod illa generalitas, generale quoque decisum importet. *l. 1. §. generaliter. 1. ff. de legat. præst.* Tantum enim operatur (*dicunt*) generalis provisio, ac si quælibet species nominatim expressa & comprehensa sit. *Coler. consil. 34. n. 6.* Et alias quoque Principis beneficia

neficia pleniſſime accipi debent. *l. pen. ff. de conſtit. princ.* Verum enimvero hæc generalitas nullum ſcrupulum nobis movere debet, quia abſurdum eſt, brocardica juris generalia adaptari ad ea, quæ in principe Regalibus adſcribuntur. *Andr. Knichen. de Veſtit. pact. part. 2. c. 2. n.* 87. in quibus non quid *Bartolus* & *Baldus* ſcripſerit, ſed quid Aula obſervet, attendendum eſt: Ac licet beneficia principis latiſſime interpretari conveniat, Jura tamen principis ſpecialia huic effato non comprehenduntur, nempe quia in ſpeciali proviſione non ſufficit generalitas verborum. *Knichen. dict. cap.* 2. *n.* 42. *Heig. Quæſt.* 16. *n.* 59. 60. Quæque ſpeciali mentione digna ſunt, ſpecifice exprimi debent. *Luc. de Penna. in l.* 3. *C. de Jur. Reipubl. n.* 5. Et ſub diſpoſitione generali non comprehenduntur jura ſpecialiter privilegiata. *l. decurionibus.* 3. *ubi Bart. C. de Silent. lib.* 12. *Andr. Tiraq. in tract. de utroque retract. p.* 1. §. 1. *gl.* 14. *n.* 103. *&* 104.] Verum ſi in his, ut merito, uſum & conſuetudinem ſpectemus, illud impermiſſum dicendum erit: nam feræ ex ſonitu bombardarum diſturbari, ac in fugam converſæ, ſua luſtra relinquere ſolent. Hinc Principes in conceſſionibus venationum ex gratia præfectis, In Gnaden und Revers jagen, das Anſtellen und Schieſſen auſs den Höltzern auſsdingen und verbieten. Quin & eo Principes jus foreſti extendunt, ut in alieno territorio illud habeant, ſubditis illorum locorum, & ſic extraneis exercitia Sclopetorum non permittant: Da die Herren in andern und frembden Obrigkeiten die Forſtliche Obrigkeir haben geſtatten ſie nicht, daſs in ſchädlichen Orten der Wildſuhr Büchſen-Schützen-

Häuſer oder Hütten uffgerichtet werden. (*vid. Modeſt. Piſtor. conſ.* 70. *n.* 15. 16. *&* 19. *vol.* 1.) [Siquidem is, qui in alieno territorio ſibi vindicat jus venandi, id præſumitur habere precario. *Matth. Stephan. lib.* 2. *part.* 1. *c.* 6. *n.* 80. vel ſaltem habet jure ſervitutis. *Zaſius lib.* 1. *ſingul. intell. cap.* 11. *& conſil.* 6. *n.* 30. *lib.* 2. *Harprecht. ad §. feræ.* 12. *n.* 127. *Inſt. de Rer. diviſ.* atque ita ſæpiſſime ſecundum notoriam conſuetudinem Germaniæ Judicatum. *Petr. Frider. Mindan. de continent. cauſ. lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 10. Verum ille, qui rem tenet ex conceſſione alterius, ſive precario, ſive jure Servitutis, urbanitate tali ea debet uti, ne domino loci nimis oneroſus & moleſtus ſit, modo ſcilicet civili. *Text. in l. ſi cui.* 9. *ff. de Servit.*

Moleſtum autem atque maxime damnoſum eſſe uſum bombardarum atque Sclopetorum Domino Foreſti atque Territorii, atque ab eo recte inhiberi poſſe, plusquam manifeſtum, ſiquidem, *ut ſupra dictum*, per graviorem bombardæ ſonum feræ in alias ſylvas fugantur, diſturbantur, atque in fugam converſæ ſua luſtra relinquere ſolent, id quod non fit ſimiliter per captum laqueis & retibus inſtitutum. *Harpr. ad dict. §. feræ.* 12. *n.* 135. 215. *& paſſim.*

Quinimo peregrinantibus bombardarum & tormentorum uſus periculoſus. *Mart. Schickard. diſp.* 4. *Inſtit. th.* 3. *reſol.* 9. *n.* 2. Cumprimis à Domino territoriali, qui ſecurum tranſitum præſtare tenetur viatoribus. *Sixtin. de Regal. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 28. 32. 35. *& ſeqq. Peregr. de Jur. Fiſc. lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 22. minime tolerandus, publice enim intereſt, ſine metu & periculo per itinera permeare, ſemperque ea lo-

ca, per quæ vulgo iter fit, eandem ſecuritatem habere debent. *l.* 1. §. 1. & 2. *ff. de his, qui dejec. vel effud. Strach. in præfat. de Aſſecurat. n.* 61. *in fin.* Et ſane moderatum ſaltem ſtudium venationis ut honeſtum aſſeritur. *Græv.* 2. *obſ.* 67. *num.* 1.

Quomodo autem honeſte atque ſine magno præjudicio etiam periculo id inſtituatur, ejus rei diſpoſitio merito ſpectat ad Dominum territorii atque Juris Foreſtalis, utpote qui ſolus jus atque poteſtatem habet condendi Ordinationes Foreſtales, cui ſoli, utpote cum venatio inter res indifferentes ponatur, atque ex tempore, loco, perſona, modo & cauſa, aut utilis & honeſta, aut inutilis, pernitioſa & inhoneſta eſſe cenſeatur, hac de re cognitio merito tribuenda. *Matth. Stephan. de Jurisdict. lib.* 2. *p.* 1. *c.* 7. *membr.* 1. *n.* 443.

Sed quid pluribus opus; conſtat in generali permiſſione vel conceſſione non venire ea, quæ quis veriſimiliter in ſpecie vix ac forte nunquam permiſſurus vel conceſſurus fuiſſet. *Gœdd. conſil.* 16. *n.* 52. *vol.* 4. *Weſ. conſil.* 42. *n.* 53. 54. *Schrader. de Feud. part.* 10. *ſect.* 9. *n.* 128. Quinimo in generali obligatione non venit, quod nullus ſani capitis obligaret. *Flamm. de Rubeis. conſil.* 33. *n.* 32.

Minime etiam ejusmodi modus venandi in generali quantumvis conceſſione intellectus eſſe poteſt, utpote qui ſui natura odioſus & prohibitus, quemadmodum venatio cum armis regulariter prohibita, eo, quod ſit cauſa violandi pacem publicam, neque contra voluntatem Domini in alieno ſolo prædiove ullo modo concedenda. *Johan. Franciſc. Purpur. conſil.* 392. *n.* 6. & *conſil.* 534. *n.* 5.

Recte adeoque statuunt Dd. quod concessa & absolute venatione majorum quantumvis ferarum, deſs hohen ſchwartz und rothen Wildprets, non tamen eo ipso concessum, multo minus tacite permissum censeatur exercitium, quod fit bombardis & Sclopetis, mit Pürſchen und Schieſſen. Eamque sententiam non tantum juri communi consentaneam, verum & receptæ passim consuetudini conformem, atque Scabinos etiam Lipsienses ita ad consultationem respondisse, testantur magni nominis Jurisconsulti. *Heig. ad dict. §. feræ Inst. de R. D. n.* 134. 135. 251. 273. *&* 274. *Weben. in obs. pract. verbo*, Forſtrecht. *vers. An autem si quis pag.* 156. *Carpzov. part.* 3. *decis.* 287. *per tot.* (ubi *in fin. dict. decis.* adducit tale præjudicium: Iſt von Hertzog Wilhelms zu Sachſen-Weimar, unſers gnädigſten Herrn, Fürſtlichen Gnaden, die hohe Jagt und ſonderlich das Pürſchen und Schieſſen mit Röhren durch ſcharpffe Beſehlige verbotten worden, worauf ihr einen unterthänigen Bericht, und euere Verantwortung gethan, und durch unterſchiedene Documenta, daſs ihr ſolches zurecht wohl beſugt, beyzubringen, euch unterſtanden. Ob nun wohl in denſelben zu unterſchiedenen mahlen gedacht wird, daſs euch die Frey-Jagten und Wild-Bahnen zuſtändig, ſonderlich aber in einer Transaction de Anno 1530. auſsdrücklichen der hohen Jagt Meldung geſchicht, dahero ihr in denen Gedancken begriffen, daſs ſolches ohne Unterſcheid deſs Jagens, auch auf das Pürſchen zuziehen. Dieweil aber dennoch die Concessiones, Belohnungen und Transactiones stricti Juris, und auſſer deme, was auſsdrücklichen in denenſelben enthalten,

halten nicht wohl zu extendiren, und aber in denen ſämtlichen Documenten, deſs Pürſchens, oder mit Röhren das Wild zuſchieſſen mit keinem Wort gedacht wird. So möget ihr euch auch derſelben mit beſtand Rechtens nicht anmaſſen, ſondern ihr werdet allein bey der euch zuſtehenden hohen Jagten mit Netzen und Hunden billich gelaſſen, V. R. W.) In quibus etiam unius de Conſuetudine teſtantis ſententia, ſi non ad plenam probationem, ut tamen pleriſque placet, ad præſumptionem ſaltem, quæ onus probandi rejicit in adverſarium, ſufficiens eſt. Idque in terminis, ex ſpecialiſſima illa, præter alias, ratione, quod venatio in hoc paſſu, cum à Principe ipſo in ſuo territorio exercetur, inter Regalia referatur, quæ parciſſime Principes aliis in eodem concedere, imo cavere ſolent, ut, quantum unquam fieri poteſt, minus de Jure ſuo Regali decedat. *Heig. p.* 1. *q.* 15. *n.* 59. Et viciſſim, ſi ea ab alio in alterius territorio exerceatur, multum reſtringi, minime vero ad qualitatem & caſum odioſum extendi ſoleat. *Carpz. dict. deciſ.* 287. *n.* 14. *Weſ. conſil.* 4. *n.* 3. 4. *Modeſt. Piſtor. conſil.* 70. *n.* 11. *vol.* 2. Cumprimis, quod Status Imperii in alieno territorio pro privatis habeantur, eorumque jure cenſeantur. *Chriſtoph. Mingius. de Superior. Territ. concluſ.* 56. *Matth. Stephan. de Jurisd. lib.* 1. *c.* 33. *n.* 32. *Reinkingk. de Regim. ſecul. & Eccl. lib.* 2. *claſſ.* 2. *c.* 17. *n.* 99. *Andr. Knichen. in Comment. ad Jus Saxon. verb. Jus. cap.* 4. His adde quæ habet *Arum. vol.* 3. *diſc.* 19. *th.* 141. *Cœpoll. tr. de Servit. ruſt. præd. c.* 21. *tit. de Aucup. n.* 10. *Bidenbach. Quæſt. Nobil.* 17. *n.* 6. *& ſeqq. Gail.* 2. *obſ.* 68. *n.* 7.] Item das Gebott die Hunde zu

 brügeln,

brügeln, oder ihnen Brügel anzuhencken. *Meichn. tom.* 1.*part.* 2.*decis.* 2.*n.*39.*fol.*137. *Mingius. de Superior. territor. concl.* 78. quod plerumque fit tempore verno, da mit sie den jungen Kälbern im Wald nicht Schaden thun. *Noe* Meurer. *de Jur. Forest. p.* 2.*rubr.* 8. [Tempore impraegnationis, partusve ferarum, venationibus indulgendum non est nimium. *arg. text. Deut. cap.* 22. *vers.* 6. & 7. *Covarr. part.* 2.*relect.* §. 8. *n.* 3. *vers.* 2. *de Reg. Jur. in* 6. *Sebast. Medic. de Venat. Quaest.* 11. Unde Principum constitutionibus cautum reperitur, ut ab omni venatione post Bacchanalia, usque ad diem Bartholomæi, sub certa pœna abstineatur. *Coler. ad cap. auditis. n.* 39. *X. de praescript. Arnold. Reyger. Thes. Jur. verb. venatio. n.* 4. *Arum. discurs.* 19. *th.* 150.] Item die Bestraffung der Wildpret-Schützen, und deren so die Wildpret-Dieb beherbergen, und Wildpret von ihnen kauffen. Nam ferarum captura hodie furto æquiparatur, ideoque feram capientes die Wildprets-Diebe, Wild-Schützen non secus atque fures laqueo appenduntur: Quæ pœna licet durior videatur, consuetudine tamen recepta est, *Cephal. consil.* 621. *lib.* 5. *n.* 14. nonnullis tamen in locis mitigata est secundum gradus pœnarum. Ut enim *Carol. V. Imper.* præsertim in furto pœnarum gradus constituit, ut alia pœna sit primi, alia secundi, & tertii alia, Idem hoc casu attendendum. vide *late Knichen. de pœnis* der Wildpret-Schützen. *in tract. de Jur. Sax. privil. appellat. verb. Ducum.* §. 5. *n.* 206. & *seqq. Speckhan. q. Jur.* 97. & 98. *Eberh. Jun. consil.* 10. *q.* 1. & 3. *vol.* 1. Quod consilium lectu dignissimum omnino videndum, cum insigniora venationis jura tractet.

[Pœna

[Pœna tranſgreſſorum, & in foreſtis vetitis contra Edictum venantium, modo pecuniaria, vel carceris. *Fachin. l.* 1. *cent.* 1. *verſ. tertia concluſio.* modo fuſtigationis, relegationis. *Harpr. ad* §. *feræ. Inſt. de Rer. div. n.* 310. *Fachin. dict. loc. verſ. Quarta concluſio.* aut membri mutilationis, ſi in crimine deprehenſi, ob jurato factam emendationem quidem dimiſſi, idem tamen attentare non pertimuerint. *Conſtit. Crim. Carol. V. art.* 108. modo capitalis eſſe conſuevit, quia nonnunquam evenit, ut aliquorum maleficiorum ſupplicia exacerbentur, quoties nimirum multis perſonis graſſantibus exemplo opus eſt. *l. aut facta.* 16. §. *fin. ff. de pœn. l.* 4. *ubi gloſſ. verſ. tertio. & Sichard. ibid. n.* 34. *C. de ſerv. fugitiv.* quando ſcilicet ſæpius venando refractarios ſe ita oſtendunt, ut incorrigibiles facti, Principis mandata ludibrio habere ac contemnere videantur, ut locum habeat, quod dicitur, qui Principi non obedierit, morte moriatur. *Deut.* 17. *verſ.* 12. non ut ratione captarum & occiſarum ferarum, ſed ob maximum contemptum Principis, & extremam toties repetitam contumaciam & proterviam capite plectantur. *Bocer. claſſ.* 5. *Diſp.* 13. *th.* 32. *Fachin. dict. loc. verſ. quinta. Heig. quæſt.* 15. *n.* 80.] Quibus non inutiliter addi poteſt die neue Conſtitution und Ordnung, welcher maſſen und geſtalt im Fürſtenthum Würtenberg die Wildſchützen forthin nach eines jeden Verwürcken und Gebrechen geſtrafft werden ſollen. Impreſſa & publicata Anno 1588. Ubi in præfatione Dux Ludovic. valde invehitur in ejusmodi jaculatores, rationem ſubjiciens: Dann dieſe leichtfertige böſe Buben, ſo bald ſie ſich eines

eines dem Wildpretschiessen ergeben, so werden sie Wercklofs, Faullentzer, Verthuner, Schwelger, Verderber Weib und Kinder, und leztlich, wann ihnen ihr hochsträffliche Ungebühr gewehret, und sie durch gebührliche Straffen abgetrieben werden wollen, so unterstehen sie sich die Forstleuthe auch andere zu beschädigen, und mit Gewalt, tödtlichen Waffen, Rottirung, Verbündnüssen und Meuterey, auss ihrem Beruff, Ambt, anbefohlener Forst-Huth und Verrichtung ihrer Dienste, sie vermessentlich zu vertreiben, auch gar hinzurichten, und Leiblofs zu machen, und dörffen sich ungescheuet hören lassen: *Welcher nicht so gern einen Forst-Diener als einen Hirsch schiesse, der sey kein tauglicher Wildpretschütz, &c.* [Hic addatur Edictum publicatum contra die Wild-Schützen und Wildpret-Diebe *infra N. X.*] Item, das Eicheln oder Wild-Obst lesen zu verbieten, oder aufzuthun. *Gail. observ. 68. Weh. in observ. Pr. verb.* Wild-Obst. *Rutg. Rulant. de commiss. part. 4. lib. 2. cap. 8. n. 4.* und das hohe, und das kleine Weidwerck männiglich abzuschaffen, und zuverbieten. *Besold. supr. cit. loc. n. 19. p. 260.* & plura denique alia. III. Saltuarios constituendi, die Forst-Knecht anzunehmen, und wieder abzuschaffen. *Thom. Michael. de Jurisd. concl. 51. Schonborn. polit. lib. 5. cap. 29. in pr.* Auch den Forst-Knechten Häuser aufzurichten, und zu bauen, *Gail. 2. obs.* 68. IV. Lignis succisis sylvam venatoriam cingendi, die Hagens-Gerechtigkeit, dafs er eine Hage ins Holtz schlagen möge. *Georg. Mohr. d. part. 2. cap. 2. n. 70. & seqq. Mindan. de Mandat. c. 41. n. 1.* Et quidem lignis propriis. *Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 18. n. 67. Tileman.*

de Beni-

de Benign. Syntagm. 1. *decis.* 3. *vol.* 2. *n.* 9. Et denique V. Omne id faciendi, sine quo jure suo uti commode nequit. *arg. l.* 2. *ff. de Jurisd. l.* 10. *ff. de Servit. l.* 20. §. 1. *de Serv. urb. prædior.* [Venatores autem ita venari decet, ne subditis & agricolis damnum inferant, nec segetes eorum conterant, nec ferarum abactiones omnino prohibeant. *Wanckel. in Anton. de Guevarr. Horol. Princ. lib.* 3. *cap.* 6. *in pr. Hænon. disp. pandect.* 10. *th.* 4. *lit. f. Forster. tr. de dominio. c.* 4. *n.* 51. *Bocer. class.* 5. *disp.* 3. *th.* 19. & *tr. de Regal. c.* 1. *n.* 70. *Anton. Mornac. ad l. neminem* 11. *C. de SS. Eccl. Gail.* 2. *obs.* 68. *n.* 10. *Sixtin. de Regal. lib.* 2. *c.* 18. *n.* 75. & 76. *Gœdd. part.* 3. *disp. pand.* 3. *th.* 3. *in fin. Arnis. de jure Majest. lib.* 3. *c.* 4. *n.* 2. *in fin. Harpr. part.* 1. *disp.* 10. *th.* 13. *Bocer. class.* 5. *disp.* 3. *th.* 20. *Jacob. Wimpselin. in Agatarchia. c.* 25. *de Exact. & serv. coact.* & *Besold. in thes. pract. verb.* Jagen. *Bacc. ad Treutl. vol.* 2. *disp.* 20. *th.* 3. *lit. a. verb. fundos suos. Gail. d. obs.* 68. *n. pen. Pruckm. de Regal.* §. *venatio, c.* 5. *n.* 3. Quo faciunt Edicta duo infra apposita *sub N. XI. & N. XII.*

Quibus propter affinitatem materiæ addendum hic est: Tametsi ille, cui certo in prædio venatio concessa est, feras vulneratas si aufugiant, in vicini territorio persequi jure nequeat 1. *arg.* §. *illud.* 13. & *ibi Wes. Inst. de rer. divis. Alciat.* 2. *parerg. cap.* 2. *Harppr. ad* §. *feræ. Inst. de R. D. n.* 270. *Arum. vol.* 3. *disc.* 19. *th.* 144. modernis tamen venatoribus, hoc in casu, aliud jam receptum. *Gail.* 2. *obs.* 66. *num.* 3. *Majer. Colleg. Argent. lib.* 41. *tit.* 1. *th.* 17. *in fin. Harpr. ad* §. *d. feræ. num.* 270. Hodie equidem venator feram, quam bombardæ globo, in loco licito, auf freyer Bürsch, vulneratam, welches schweist, perse-

qui

qui cœpit, per aliorum etiam Magiſtratuum diſtri-ctus viginti quatuor horarum ſpatio perſequi po-teſt. *Georg. Mohr. tr. de Jur. venand. p.* 1. *c.* 8. *Web. in obſ. pract. verb.* Forſtrecht. *p.* 167. *Rulant. de commiſſ. part.* 4. *lib.* 2. *c.* 8. *n.* 48. dummodo venator in ipſo perſecutionis loco ſignum (v. g. pileum) in rei te-ſtimonium deponat. *Bocer. claſſ.* 5. *diſp.* 3. *th.* 28. *Harppr. part.* 1. *diſp.* 10. *th.* 33. & nec cornu inflet. *Schneidw. ad* §. 12. *Inſt. de R. D. Sebaſt. Medic. de venat. p.* 2. *q.* 17. nec canes incitet. *Arum. dict. diſc.* 19. *th.* 145. ubi allegat *gloſſ. Weichbild. art.* 122. *& Land-recht lib.* 2. *art.* 61. *ibi,* doch daſs er nicht blaſe, noch die Hunde anhetze, &c. Es pflegen aber auch nicht leichtlich Chur-und Fürſten, denen benachbarten Grafen, Freyherren, und denen von Adel die Jagt-Fol-ge in dero Lande zugeſtatten, es ſeye dann, daſs ſie conſuetudine aut immemoriali præſcriptione, ein an-ders herbracht hätten. *Schneidw. ad* §. *ſingulorum. n.* 5. *Inſt. de Rer. div. Mynſ. ad* §. *illud quæſitum. n.* 1. *Inſt. eod. Sleiff. in not. ad Weſ. n.* 7. *ff. de acquir. rer. dom. n.* 2. *& Gail. d. obſ.* 66. *n.* 3.]

(94.) Etſi benedictio DOMINI divites facit, ipſe tamen non immediate ſuper nos effundit plu-viam ſuæ bonitatis, ſed certa nobis monſtrat me-dia, per quæ divitiæ legitime comparari, & quaſi è manu ipſius DEI accipi poſſunt: *Primum* eſt κληρονομία *hereditas*, quæ enim a parentibus & agnatis ad nos perveniunt, legitimæ ſunt divitiæ. Idcirco DEUS ipſe hereditatibus modum præfi-xit, juxta quem diſtribuendæ ſunt, *Num.* 27. *verſ.* 8. Sic tota terra *Chanaan* vocatur *Hereditas Iſraelis.* Num. 32. verſ. 12. *& hereditas Domini.* 1. *Sam.* 26.

19. 2.

19. 2. *Sam.* 20. *verſ.* 19. 21. *v.* 3. *Jer.* 50. *verſ.* 11. Quia Dominus populo ſuo terram hanc ſorte diſtribuit; primogenitis hereditatem duplam è bonis paternis aſſignavit *Deut.* 21. *v.* 17. In genere de DEO dicit David: *Dediſti hereditatem timentibus nomen tuum. Pſalm.* 61. *verſ.* 6. Cum ergo hereditatis diviſio ſit legitima, & DEO non ingrata, opera danda erit, ut in ea etiam omnia legitime fiant, non defraudet frater fratrem, ſed portione ſua ſit contentus: *Hereditas enim per vim & dolum acquiſita benedictione divina caret.* [De hereditatis diviſione, & jure optionis vel electionis fratri minori in diviſione hereditatis competente. *vid. Berlich. part.* 3. *concl. pract.* 21. Qualiter res dividendæ æſtimari debeant. *Morquech. in Tr. de diviſ. bon. p.* 1. *c.* 4. *per tot.* Si res commodam diviſionem non recipiat, cui adjudicanda. *Berlich. p.* 2. *deciſ.* 300. Et diviſio inæqualiter facta, quo remedio ad æqualitatem reducatur *Berlich. dec.* 146. *Petr. Weſenb. conſil.* 19. Fieri autem vix poteſt, ut circa iuſtituendam diviſionem ſingula quæque ad amuſſim æquitatis revocentur, ac ubique obſervetur paritas: quare nunquam non circa inſtituendam diviſionem amicabilis tentatur compoſitio inter partes, priusquam ad deciſum judicis deveniatur: Nec immerito, quia haud prudenter fortunæ arbitrio committitur, quod per concordiam poteſt componi. *Andr. Knichen. de Saxon. non provoc. Jur. cap.* 3. *n.* 73. Et Legum latori atque Judici circa amicitiam & concordiam magis, quam circa Juſtitiam ſtudendum eſt. *Ariſt.* 8. *Eth. c.* 1. *Ant. de Gucvar. in horolog. Princip. lib.* 2. *cap.* 38. Unde & à Judice inter partes litigantes

tentari

tentari solet ac debet transactio amicabilis, antequam processus admittatur. *cap.* 1. *de mut. petit. c. ult. X. de transact. c. si illis.* 23. *q.* 4. *c. querelam.* 15. *X. de Simon. l. æquissimum. ff. de Usufr. Wes. lib.* 1. *consil.* 21. *n.* 1. *Petr. Greg. Tholos. lib.* 57. *Syntagm. Jur. c.* 1. *n.* 14. *Ant. Faber. in Cod. lib.* 9. *tit.* 22. Et quid opus est decisione Magistratus, si de partium conventione constet, quæ dat Legem contractui. *l.* 1. §. *si convenerit, ff. depos.*]

Alterum medium legitime ditescendi sunt *συναλλάγματα contractus legitimi*, v. g. *emptiones*, *venditiones*, *cessiones*, *donationes*, *&c.* quo pacto *Abraham* locum Sepulturæ sibi acquirebat per *emptionem* a filiis Cheti, *Genes.* 23. *v.* 16. Ita Boas agrum Elimelechi *per cessionem* propingui possedit. *Ruth. cap.* 6. *vers.* 6. *& seqq. per donationes* Regis divitias congregarunt Ministri Davidis & Salomonis. 2. *Sam.* 16. *vers.* 4. David dividebat possessiones inter Mephiboseth & Servum ejus. 2. *Sam.* 19. *vers.* 29. In his contractibus autem omnia fiant absque dolo, ne venalia faciamus alterius bona, præter ejus voluntatem, ne impediamus Emptiones alias, ne vendamus merces nullius precii pro bonis, nec emptores pecuniam numerent adulterinam, sed ad Exemplum *Abrahami*, appendant pecuniam probatæ monetæ publicæ. *Genes.* 23. *vers.* 16. *Summa*, absit iniquitas, & caute fiant omnia, ne, dum bona adquirimus terrena, amittamus cœlestia: Nam ut *Siracides* loquitur, *propter pecuniam multi deliquerunt, & qui quærit locupletari, avertit oculum suum. Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur, sic etiam inter medium venditionis & emptionis angu-*

statur

ſtatur peccatum. Sirach. 27. *verſ.* 1. 2. [Quomodo accipiendum ſit, quod dicitur à JCtis, licere naturaliter contrahentibus in emptione & venditione ſe invicem circumſcribere, *vid. late Dinner. de Juſto rerum precio definiendo. Quæſt.* 1. *per tot. Arum. diſp.* 1. *ad l.* 2. *C. de reſc. vendit. th.* 5. *Bronch. cent.* 2. *aſſert.* 52. *Treutl. vol.* 1. *diſp.* 28. *th.* 2. *lit. d. Schotan. in Exam. Jurid. pag.* 15. *Mynſ. cent.* 6. *obſ.* 38. *Gail.* 2. *obſ.* 29. *n.* 11. *& obſ.* 70. *n.* 1. *Marpurg. Conſil.* 1. *vol.* 1. *n.* 12.]

Tertium medium legitime diteſcendi eſt φιλοπονία, *laboris aſſiduitas* in operibus vocationis: Nam & Ethnici agnoverunt DEUM pro laboribus ſua vendere bona hominibus. Ideo Salomon ſcribit *Prov.* 12. *verſ.* 11. Qui operatur terram ſuam, ſatiabitur panibus, qui autem ſectatur otium, ſtultiſſimus eſt. Hoc modo *Jacob Patriarcha* magnas collegit divitias, *Geneſ.* 30. Nam ſapientia ædificatur domus, & prudentia roboratur, in doctrina (mit ordentlichen Hauſshalten reddit Lutherus) replebuntur Cellaria, univerſa ſubſtantia precioſa, & pulcherrima. *Proverb.* 24. *verſ.* 3.

Ad hæc denique media accedat pia *αὐτάρκεια & firma in DEUM fiducia*, cui facile eſt ex paupere facere divitem. Et is dives eſt, non qui multa habet, ſed cui ſatis eſt: unde & *Agur* ille *Prov.* 30. *verſ.* 8. neque divitias, neque paupertatem deſideravit, ſed animum ſua ſorte contentum à DEO petiit.

(95.) Nullus eſt, quem habendi cupiditas non teneat. *l. circa* 4. §. 1. *verſ. Ex voto. & ibi gloſſ. ff. de muner. & honor. l. ſi defunctus. Arbitr. tutel.. Cravett. conſil.* 911. *n.* 21. *Rulant. in tr. de Commiſſ. p.* 1. *lib.* 7. *c.* 7.

num. 1. [Studium insatiabile majores accumulandi opes ac divitias, stimulat quandoque Ministrum, ut sorte sua nunquam contentus esse velit. Semper cogitat, *Plus ultra.* Sæpius stationem suam mutat, ex Schola tendit ad Aulam: mox ex Aula redit ad Scholam, ab ortu ad occasum, ab occasu ad meridiem, vel septentrionem versus volvitur ac revolvitur semper inquietus. Nonnunquam vero, ubi Minister se majorem gloriam reperire posse credidit, ejus loco majorem ignominiam invenisse deprehendit, ac tandem sera frequentis mutationis pœnitentia torquetur. Verum enimvero utut hæc res vilissima sit, minimeque animo Heroico digna, nihilominus tamen unice atque unice quamplurimi ministrorum atque officialium ei sunt dediti. Immo stulti deprædicantur, qui hoc negligunt. *Auctor. Tractatus de Homine Politico* (scelerato) *cap.* 22. Summa, *ait*, requirit necessitas, ut divitiarum curam auctoritati & gloriæ antevertas, quibus homines maxime & amoris & honoris adfectus concupiunt. *Et cap.* 29. Idem ait: *Nil nisi spe commodi agendum, suscipiendumque esse, maximeque curandum, ut opes acquiras & corradas maximas.* Et hoc Politici consilium multi in Aulis Principum ministri, præcipui cumprimis, hodie libere ac sine ullo pudore sequuntur. Verum Consilium hoc ut pessimum damnavit *Fritsch. in Tract. de Gratia Principis erga Ministrum. cap.* 14. *per tot.* ubi studium rei privatæ Ministro summopere fugiendum, multis probavit. Experientia sane sæpissime docet, quam infelices fuerint ejusmodi officiales, qui majorum opum adquirendarum gratia officio suo sese

ſeſe abdicarunt, & pinguiorem fortunam in alia ſtatione quæſivêre. Compertum non raro eſt, illos *pro carne umbram* captaſſe, & quod in priori officio adquiſitum, poſtea in novo perdidiſſe. Non equidem Miniſtrum peccare dicimus, ſi ad meliorem ſpartam & fortunam legitime vocatus ſequatur, id ſolummodo improbandum eſſe cenſemus, quod quis majori inhiet officio ac pinguiori conditioni, ut inde diteſcere atque magnas opes corradere poſſit. Scilicet, reſignare officium, ut aliud proprii majoris commodi gratia captare poſſis, res eſt illicita, nec Deo placet, nec a Sapientibus laudatur.] Interim divitias habere peccatum non eſt. *cap. clericis. & ibi gloſſ. in verb. ſi aurum.* 12. *q.* 1. *c. ſi quis virorum. princ. diſtinct.* 31. ſi modo bene partæ illæ. Male enim parta, peſſime & cito dilabuntur. Hinc proverbia, Unrecht Gut faſſelt nicht: Hat Adlers Federn: Kompt ſelten auf den dritten Erben: Und übel gewonnen, übel zerronnen. Exempla ejusmodi bonorum hæc fere recenſeri ſolent: I. Bona Eccleſiaſtica aut publica, ad privatum uſum translata, Kirchen-Gut faſſelt nicht, Pfaffen-Gut, Raffen-Gut. Quæ enim DEO ſemel conſecrata ſunt, amplius ad privatos uſus non debent nec poſſunt jure transferri. *vid. Beſold. in theſ. pract. verb.* Stifftung. Quod male obſervatum videtur eſſe fundi noſtri calamitas. vid. *Cunrad. Portam, in tract.* von Kirchen-Gütern. *P. Frid. Mindan. lib.* 3. *de continent. cauſ. c.* 18. *§.* 11. *Et Eraſm. Roterod. in proverb. Aquilæ alæ.* [Rerum Eccleſiaſticarum alienatio, ipſarum quoque rerum conſideratione, regulariter eſt prohibita. Quamvis enim

Ecclesia earum rerum, quæ ei justis titulis sunt quæsitæ, domina existat, tamen cum persona sit mystica ex multis constans capitibus, non facile in unam sententiam consentire potest: ideo necessario administratio commissa est iis, qui Ecclesiæ præsunt. His autem alienatio permitti sine periculo & damno Ecclesiæ nequit. Et cum hæ res ad pauperes & Ecclesiæ ministros alendos, ædificia sarta tecta conservanda, & alios pios usus sint destinatæ, non debent in prophanos usus redigi, ne quidem propter abusum, cum potius tunc ad meliorem usum pium sint convertendæ. *Nov.* 37. *Clem.* 2. *de relig. dom. l. legatum. ff. de Usufr. legat. l. legatum.* 5. *ff. de administr. rer. ad civit. part.* Permittitur vero harum rerum alienatio, modo duo concurrant. (1.) Ut fiat ob justam legitimamque causam. *cap. sine exceptione.* 12. *q.* 2. *c. dudum de reb. Eccles. non alien.* (2.) Ut alienatio fiat secundum præscriptum ordinem.

Justa causa has res Ecclesiasticas alienandi. I. est necessitas dissolvendi æris alieni, quod aliter solvi nequeat. *Nov.* 120. *cap.* 6. II. Causa est pietas, ut si pecunia ad alendos pauperes in magna aliqua annonæ caritate, aut ad redimendos captivos opus sit, nec ea aliunde suppetat, tunc hanc ob causam res Ecclesiasticæ alienari possunt. *l. sancimus nemini.* 21. *c. de SS. Eccl. c. aurum.* 12. *q.* 2. *Fr. Duarenus. lib.* 2. *de Sacris Eccl. ministr. Didac. Cavarr. lib.* 2. *var. resol. cap.* 19. *n.* 8. 9. III. Causa est utilitas. Nam res Ecclesiastica Sterilis & minus utilis, recte alienatur, ut alia res sterilis, cum alia fructuosiore permutetur. *Nov.* 54. *c.* 2. *Nov.* 120. *c.* 7. *cap. ut super. de reb.*

Eccl.

Eccl. non alien. cauſ. 12. *q.* 2. *confer. Fr. Duaren. d. tract. l.* 7. *c.* 9. *Franciſ. Sarmient. de reditib. Eccl. part.* 1. *c.* 2. *n.* 16. *& ſeqq. Menoch. de arbitr. Jud. q. lib.* 2. *caſ.* 172. De ſolennitatibus ad alienationem hanc requiſitis: *vid. Sande. in Tract. de prohib. rer. alien. part.* 1. *c.* 7. *pag.* 66. *& ſeqq.*]

II. Hoſpitum & Cauponum, der Wirth und Gaſtgeber, quorum divitiæ raro durant, quia rapacitate & mendaciis ut plurimum partæ ſunt. *Angel. in l.* 1. §. *caupo autem. n.* 4. *ff. furt. adverſ. naut. caupon. ſtabul. Bald. in l.* 1. *n.* 2. *C. Locat. Coler. de proceſſ. Executiv. pag.* 1. *c.* 2. *n.* 253. ubi ex *Angelo* refert: paucos hoſpites reperiri divites, quorum divitiæ durent, quia in mendaciis ſuis non juſtificabuntur.

III. Mercatorum, Krämer und Kauffleut-Güter, quia ſine mendacio & perjurio eſſe vix poſſunt, nec ſubſtantia mercatorum ſtabilis, neque ad bonum proficit, quod de malo congregatur. Et noviſſime de his bonis nihil remanet, niſi peccatum ſolum. *c. ejiciens* 11. *diſtinct.* 88. *D. Chryſ. hom.* 38. *in cap.* 21. *Matthæi.* Initerim adde, quæ *Ego* notavi *ſupr. n.* 39.

IV. Molitorum, Müller-Güter, quia nulli in re concredita malitioſius & negligentius verſantur, quam molitores. Eſtque ſpecies furti quaſi liciti, *Andr. Knichen. de ſublim. territ. c.* 4. *n.* 251. [An ars ſive ſcientia molitoria ſit honeſta, ac proinde molitores ad honeſta officia in Civitatibus admitti debeant, ac poſſint, nec ne. *vid. Hering. in Tract. de Molend. Quæſt.* 1. *n.* 2. 3. *& ſeqq.*]

V. Raptorum, furto acquiſitorum, luſorum & ſimilium. Geraubt, geſtohlen, Spitzbub- und erwiſcht

wiſcht Gut: Dann unrecht erworben, iſt ſelten den dritten Erben aufgeſtorben, [Male parta, male dilabuntur. *Ant. de Butr. conſil.* 33. *n.* 2. & 3. ubi infert, quod Dominus non participet injuſte quæſita per ſervum, nec frater injuſte quæſita per fratrem, nec ſocius injuſte quæſita per ſocium. *add. Cardinal. Tuſch. pract. concl. tom.* 5. *lit. M. concl.* 25.]

VI. Sartorum, der Schneider. Sartores enim inter fures computantur. *in Gloſſ.* §. *ſi tamen alienam in verb. Sive ipſe. Inſtit. de rer. diviſ. & adquir. dom.* [Sonſten werden die Schneider in der Schrifft weiſe Leuth genennet, *Exod.* 28. *late Antenor. in Salamone. cap.* 7. Warumb die Schneider Geiſen genennet werden. *vid. Zeiller. cent.* 3. *Ep. pag.* 432. An licitum, einen Bönhaſen oder Schneider ins Hauſs zuſetzen. *vid. Gylman. Symph. part.* 3. *tit.* 7. *vot.* 1. *n.* 1. *fol.* 16. Eſt autem Bönhaſe nihil aliud, dann ein Störer, h. e. privatus Sartor. *dict. vot.* 1. *n.* 11. *fol.* 16.]

VII. Lanionum & Lenonum, der Metzger, Fleiſcher und Hurenwirth. Ita enim ait *Leno apud Plautum in Pſeudolo.* 1. 2. *verſ.* 63. *Lanii item ut nos* (Lenones ſc.) *jurejurando malo quærunt rem. Male autem parta, male ac cito dilabuntur.* Ubi nota: quod Domini noſtri Lanii egregium perjurii teſtimonium habuere ante 2000. annos *apud Plautum*, illudque continuata poſſeſſione vel quaſi mordicus etiamnum hodie obſervare ſtudeant. Ergo: *Domini benedictio ditat*: Sed

Non minor eſt virtus, quam quærere, parta tueri.

(96.) Bene merentibus & perſonis utilibus Reipublicæ benefacere pulchrum & laudabile eſt: hinc ſcripſerunt Impp. *in l. fin. C. de ſtat. & imagin.*

gin. Virtutum præmia tribui merentibus convenit. Jacob. Bornit. de Majeſt. Politic. cap. 20. *pag.* 187. Et ſuadent Politici unanimiter, ut Princeps Catalogum bene meritorum ante oculos habeat, quo in pacto recolligat, quantum cuique præmii oporteat, ne virtus irremunerata & illaudata relinquatur. *d. Jacob. Bornit. lib.* 1. *de præmiis c.* 4. *p.* 42. Sic *Alex. Severus* (teſte Lampridio) deſcriptum habebat, cui quid præſtitiſſet, & ſi quos ſciret, vel nihil petiiſſe, vel non multum, unde ſumptus ſuos augerent, vocabat eos & dicebat: *Quid eſt, cur nihil petis? an me tibi vis fieri debitorem? pete, ne privatus de me queraris.* Veſpaſianus diem periiſſe dicebat, quo nullum beneficium in aliquem collocaſſet. Et hoc non immerito, cum in propatulo ſit viros egregios nonniſi præmiis & honoribus ali: Nec unquam artes bonæ aut præclara ingenia effloreſcent, niſi quum ſuæ præſtantiæ ſpectatorem & teſtem nacti fuerint, qui & juſte æſtimet egregia opera, & liberaliter repenſet. Si vero ejusmodi egregii homines indigne tractentur, facile ſolum vertunt, & alio migrant. Unde tritum illud: Geſchickte Leut und Bienen müſſen wol in acht genommen werden, daſs ſie bleiben. *Bornit. dict. loc. cap.* 6. *de præm.* Nihil enim ſec. *Spinæum lib.* 4. *de tranq. anim. pag.* 188. tam obſcurat & delet Regum & Principum gloriam, nihil quod citius memoriam nominis ipſorum extinguat & ſepeliat: Nihil, quod tam eos reddat odioſos & deteſtandos poſteris ſeculis, ſi qua fiat illorum mentio, quam quod viros doctrina & virtute præditos, rejecerint aut neglexerint. Contra vero nullum illuſtrius eorum Nobili-

bilitatis insigne: nulla canonior tuba ad laudes ipsorum ubique celebrandas, quam amor ingeniosorum & doctorum hominum. *Honos alit artes*, inquit Cicero: Id quod Chalonerus Eques Anglicus heroico versu eleganter expressit, hoc modo:

Artes nutrit honos, excelsæque indolis esca
Gloria.

[Hoc quamvis suam, *si fiat*, mereatur laudem: Evenit tamen non raro, ut dignus & indignus sint in honore pares, vel etiam ut doctis, levi vel nulla imbuti doctrina, dignis indignissimi, bonis bipedum nequissimi, & quis non? præferantur & hoc, existimante *Politicorum Principe Tacito lib.* 4. *Ann.* fato & sorte quadam nascendi. Unde tritum sermone Germanico est proverbium: *Wer das Glück hat, führet die Braut vom Tantz.* Quod non sic omnino male convenire videtur menti *Ecclesiastis cap.* 9. *vers.* 13. sic statuentis: *Verti me ad aliud, & vidi sub sole, nec velocium esse cursum, nec fortium bellum, nec sapientum panem, nec doctorum divitias, nec artificum gratiam, sed tempus, casumque in omnibus.* Hoc sane Aulico cuidam, prorsus, post diutinum ministerium, de beneficiorum frustratione querulo, pixidem plumbo impletam, præ altera auro referta, eligenti, planum fecit *Imperator Sigismundus. Zingkgräff in Apophth. German.* Utut autem occultæ hoc potius causæ, quam Principum perverso & fascinato de meritis Judicio adscribendum sit, non tamen refragabor, si quis præter hanc causam impudenti & mendicanti Assentatorum & Parasitorum linguæ, plurima munera accepta ferenda censeat. Hi in plurimis aulis

præci-

præcipuum obtinere ſolent locum, quod & *Seneca* conqueritur *lib. 6. de Benef. cap.* 30.]

(97.) Huc pertinent, quæ adducit *Author Anonymus Celeberimus*, *Conſilio*, quod ſcripſit *de litibus abbreviandis*, *und von Verbeſſerung deſs Juſtitz-Weſens, &c.* Wann man Gottsfürchtige, ehrliche, redliche, vornehme, gelährte und verſtändige Leut hat, ſo iſt auch billich, daſs denſelben ein Ehrliches, davon ſie nicht allein ſich und die Ihrigen nothdürfftiglich unterhalten, ſondern auch davon etwas, deſſen nach ihrem Abſterben, ihre hinterlaſſene Wittiben und Kinder zuerfreuen haben mögen, erobern können, verordnet und gegeben werde. Welches auch umb zweyerley Urſachen willen gar hochnöthig und dienlich iſt. *Vors erſte* darumb, damit ſie lang bey ſolchem Ambt und Dienſt bleiben, und nicht, wann ſie nun am beſten erfahren ſeyn, und zum nützlichſten gebraucht werden können, wegen der geringen Beſoldung und Unterhalts andere ihnen zu handen komende Gelegenheit, (darinn ſie auch nicht zu verdencken ſeyn) wann ſie mehr davon haben können, annehmen, und ſich vom vorigen Dienſt abgeben, und man hernach erſt angehende ungeübte *Leut* an ihrer ſtatt gebrauchen müſſe. *Vors ander*, damit ſie ſich auch umb ſo vielmehr aller Corruptelen, Geſchenck und Gaben, welche, wie *Syrach am* 20. *Capit.* *ſagt: die Weiſen verblenden, und ihnen einen Zaum ins Maul legen, daſs ſie nicht ſtraffen können, enthalten mögen. Hactenus Ille.* Cui addatur *Lather. de cenſ. lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 185. & 186. Quibus omnibus obviari poterit, ſi principes Miniſtris ſuis honeſta ſalaria

constituant. Unde pulcherrime *Impp. Justinian. Nov.* 128. *cap.* 4. dicit : *Quid enim facerent hi, qui vetere forma præfuerunt Provinciis, Modica admodum ferentes é publico, plurima dantes, rapere cogebantur, & unum hoc habere studio, ut sequentibus & undique ipsis eminentibus Creditoribus occasione pro officio datorum, non nihil gratiæ & beneficii referrent? quibus rebus nostros consueverunt auctionari subditos, impios, juxta, & periculi plenos sibi reditus conquerentes. Harum rerum indignitas nos permovit, ut de nostro magnos sumptus sustineremus, &c.*

Ein tieff zu Hertzen gehende Sach ist dieses (dicit *D. Wilhelm. Ignat.* Schütz, *Cancellar. Fuldensis, in Reflect. Politico-consolat. cap. 6.* ubi tractat, von Widerwertigkeiten, Fastidien, Verfolgungen und Anstössen, so einem in Herren-Diensten begriffenem Politico, intuitu seiner täglichen Function und Verrichtungen, daheim zu handen stehen) wann ein ehrlicher Mann Tag und Nacht angestrengt wird, und gleichwol nach Verfliessung der gewöhnlichen Zahl-Zeiten erst zugewarten hat, dass er entweder gar abgewiesen, oder einen guten Theil (seiner ohne das schlechten Bestallung) den *Partitenmachern* [Wie die Partiten und lose Griffe bey denen Berechneten Beambten zuerforschen, und zu verhüten seyen? *vid. Memorial. Oecon. pract. pag.* 80. 81. & *seqq.*] hinterlassen, und also manchmal deswegen Schulden machen muss! Caveat Princeps, ne de aula sua dici queat:

Scay tu que resemble la Cour?
Une ausmosne parmy la presse,

Ou

Ou de touz Coſtez on accourt :
Mais un grand coquin, qui ſe dreſſe
Et plus Savance, prend la greſſe,
Et le petit rien ne recoit,
Car le donneur tant on oppreſſe,
Que jamais il ne l'appercoit.

Le Sieur dez Acc. fol. 9. *dez Touchez.*

7. So den 16. Septemb. künfftig gut Wetter, kan in dem Mühln-Deiche angefangen, da dann jemand von Hofe darzu geſchickt werden ſoll.	7. Wie es mit künfftiger Fiſcherey ſoll gehalten werden.
8. Ein Centner kan mit Gelde, das ℔. pro 7. Pf. bezahlt werden,	8. Weiln auch der Silber-Diener. N. N. etwas von Werck zu Fackeln begehret, wie es mit ſelben zuhalten.
9. Das Pferd kan, dafern es in den Acker nicht dienet, verkaufft, und das Geld darvor in Rechnung gebracht, der Kern und ander Geſchirr kan bey dem Ambte, Zuführung Schutt, Leymen und Sandt, gelaſſen werden.	9. Als neulich ein Geſpann das Gleite verſahren, und darbey auſskommen, daſs er es zwey Jahr practiciret, deſswegen ihme Pferd und Geſchirr genommen, wie ferner zu procediren.
10. Dafern gut Wetter bleibet, und der Winter-Rüb-Saamen etwas gilt, kan ſolches geſchehen.	10. Ob mit dem Mühlen-Bad fortgefahren werden ſoll.
11. Wann mit der Bezahlung leidlich umb-	11. Nachdem auch N. N. Seel. unmündigen

zugehen,

zugehen, könte es ferner berichtet werden.

Kinder ihr verlassenes Guth verkaufft werden soll, und aber etliche grosse Stück Felder neben einander liegen darauss Gebreiten gemacht werden können, ob solches vor rathsam, dass es zu dem Ambt gekaufft würde.

12. Weilen die Stände hierzu nicht willigen wollen, als Kan man auf die Ampts Dörffer eine Collecta, doch dass selbige über 1. Pfund auf das S. nicht komme, geleget, deswegen auch ein gnädigster Befelch, suppresso nomine Principalis, eingeschickt werden soll.

12. Ob künfftig eine T. Steuer ferner angeleget werden wird.

13. Soll Verordnung ergehen.

13. Weilen auch in 2. Jahren keine Steuer-Revision gehalten, ob solche nechstkünfftig wieder angefangen werden soll.

14. Ihme sollen leidliche Termin gesetzt werden: Wegen der Tranck-Steuer aber soll er selbige Geldter baar bezahlen.

14. Weilen auch der Steuer-Einnehmer in seiner abgelegten Rechnung etwas schuldig blieben, wie es ferner zu halten.

15. Sol-

15. Solches kan gebettner maſſen, weilen die Rechnung allbereits juſtificiret, wieder abgekürtzet werden.

16. Wann die Geldter in Beyſeyn deſs Ambts-Richters, richtig gezehlet, kan ſie der Bott, nebens dem Sortier-Zettul einhändigen.

17. Weilen die alten Urkunden bey der Cammer beſagen, daſs vorige und jetzige Meſſung nicht accordiret, als ſoll ſolche biſs auf fernere Verordnung, verbleiben, ingleichem auch das Bauen.

19. Dieſen Termin und ferner nicht.

15. Weilen auch bekannt, daſs ich Geldter von meiner Beſoldung vorgeſtrecket, als wird gebetten, daſs ſolche in künfftiger Rechnung abgezogen werden mögen,

16. Ob die Herren-Geldter künfftig durch den Schreiber oder Botten gelieffert werden ſollen.

17. Ob bey angehendem Frühling d. d. die rückſtändige Huffen, wie die andere auſsgemeſſen, und

18. Der Stall gebauet werden ſoll.

19. Ob dem Ober-Hauptmann ſeine wegen deſs Defenſion-Weeſens gemachte Beſoldung ferner gereichet werden ſoll.

Was nun Fürſtliche Renth-Cammer zu N. hierinnen vor Verordnung ergehen läſſet, dem lebe Pflicht-ſchuldigſt nach

Euer N. N.

N. *Ambts-Verwalter zu* N.

Sequuntur Consilia quædam hanc nostram Materiam concernentia.

CONSILIUM PRIMUM.

De Administratore, qui pluries, reddita ratione suæ administrationis, fuit liberatus & quietatus ab eo, cujus bona administravit: An & quando possit sub prætextu doli, in eadem administratione commissi, criminaliter inquiri vel molestari, quandove, & ex quibus in proposito administratoris dolus arguatur & probetur.

LIcet B. administrationis suæ rationes & computa reddiderit M. de L. & ab eo quietationem receperit, non tamen potest hodie effugere, prout ex adverso contenditur, *per text. in l. semel. C. de Apoch. publ. lib.* 10. quin iterum easdem rationes & computa reddat. Cum certissimi Juris sit, rationes semel seu pluries calculatas posse ac debere iterum atque iterum calculari, si earum error nedum dolus allegetur, secundum receptissimam Doctorum opinionem de qua aliis relatis concordantibus testatur *Suarez. in commun. opin. lit. E. num.* 159. *Paul. Montan. in Tract. de Jur. tut. & curat. cap.* 38. *n.* 145. *& seqq. & est vulgaris text. in l.* 1. *C. de Error. calcul.*

Quod si de administratoris dolo tractetur, prout in casu nostro, tunc utique res nullam habet difficulta-

ficultatem, ex quietatione ſcilicet & liberatione computorum Reviſionem non impediri. *Socin. conſil.* 92. *num.* 19. *lib.* 4. *Menoch. de arbitr. qq. lib.* 2. *caſ.* 209. *n.* 39. *Hippol. Rimin. Conſil.* 338. *n.* 55. *& ſeqq. lib.* 3. *ubi late deciſ. Pedemon. viden.* 58. *n.* 10. *usque ad* 17. *juncto. n.* 35. *& ſeqq.* ubi etiam proponit contraria & illis reſpondet.

Et magis in ſpecie, quando agitur de dolo adminiſtratoris ex eo, quod non omnes acceptas pecunias in libro adminiſtrationis conſcripſerit, easque in uſum proprium converterit: quod tunc quietatio nihil operetur, conſulendo ſcripſerunt idem *Socin. conſil.* 159. *n.* 12. *& ſeqq. lib.* 2. *in diſcurſu & Conſil.* 89. *n.* 16. *& ſeqq. lib.* 1. *Tob. Non conſil.* 63. *n.* 2. *Rolant. conſil.* 49. *n.* 25. *& ſeqq. juncto n.* 39. *& ſeqq. lib.* 1. Etiam quod quietatio ſit facta per publicum Inſtrumentum cum juramento ex certa ſcientia, pluries & verbis & facto ratificata, in ampliſſima forma cum prægnantibus verbis, cum pacto, transactione, laudo, ſeu etiam promiſſione de non contraveniendo cum decreto Judicis, & cum aſſertione, quod computa fuerunt bene viſa, diligenter examinata & ſaldata, ac ſub quibusvis aliis ſimilibus clauſulis & cautelis. Sic enim prædictas concluſiones ampliarunt *Socin. d. conſil.* 159. *&* 190. *lib.* 2. *Paris. d. conſil.* 89. *lib.* 1. *Hippol. Rimin. dict. conſil.* 338. *l.* 3. ubi præſertim *n.* 10. *in fin. & n.* 55. loquitur, quando in quietatione aſſereretur, quod partes ſint pares, *& num.* 16. ubi idem, quando fuit renunciatum errori calculi, *& n.* 16. *& ſeqq. juncto n.* 66. Ubi etiam, quod Reviſio peteretur poſt concluſas rationes, reprobato Papiens. In loco ex adverſo allegato

contrarium tenente. Licet enim quietatio & liberatio facta administratori, maximam vim habeat ad ipsum liberandum ab ulteriori & iterata redditione rationis ipsius administrationis, *ad tradit. per Bart. in l. 2. in fin. C. de Jur. Fisc. lib. II. Dec. consil. 94. n. 4. & in l. 1. n. 3. C. de Error. Calc. Paul. Montan. de Jur. Tutor. & Curat. c. 33. n. 123. & 132.* Hoc tamen intelligitur, nisi tractetur de dolo administratoris, quia tunc talis quietatio nihil suffragatur ex præallegatis.

Verum, quod constet de dolo dicti adversarii in ejus administratione ac redditione rationum, probatur *primo* ex eo, quod bonam pecuniarum quantitatem per ipsum receptam in libro, super quo fuit reddita ratio, minime descripsit (prout late deducitur in informatione facti) quo casu ipsum esse in aperto dolo, dubitandum non est. *Socin. d. Consil. 159. n. 15. & 18. Bero. Consil. 191. n. 18. lib. 1. Paris Consil. 89. n. 19. lib. 1.*

Secundo non solum pecunias prædictas in libro non descripsit, sed post redditas rationes eas penes se retinuit, & in usum proprium convertit, & ob id Jura ipsum non solum dolosum, sed & prædonem reputarunt. *l. Pomponius. §. ex facto, & ibi Angel. & Imol. ff. de acquir. possess. Decius Consil. 192. in fin. Paris. cons. 89. n. 33. & 36. lib. 1. Plot. de in lit. Jur. §. 5. n. 11. Rolant. cons. 49. n. 26. lib. 1.*

Tertio & hinc oritur contra eundem adversarium alia mala præsumptio, quia dum venit ad servitia M. de L. pauper admodum erat, & vix finita administratione per quinquennium opulentus & dives evasit. Hæc inquam brevitas temporis, in

qua

qua administrator divitias comparavit, de se sola non bene olet, prout advertit *Bald. in l. fin. ff. de Quæst. Menoch. consil.* 207. *n.* 15. *Surd. decis. Mantuan.* 15. *n.* 11. Licet enim administrator non præsumatur locupletatus ex bonis administratis. *l. si defunctus. C. arbitr. tutel. cum aliis per Bursat. ex adverso allegatum in Consil.* 325. *n.* 103. *& seqq.* Hoc tamen fallit, nisi in contrarium urgeat aliqua alia præsumptio seu conjectura, etiam non ita efficax & probabilis, *prout bene comprobat Aym. in cons.* 191. *in fin. n.* 8. Et quidem conjectura prædicta oriens ex brevitate temporis, & probabilis & efficacissima est, *ex præallegatis.* Præterea ad comprobationem hujus tertii fundamenti supplicatur adverti, quod regula *d. l. si defunctus*, ultra prædictam declarationem patitur tres alias limitationes, quarum unaquæque applicatur casui nostro:

Prima est, ut eadem præsumptio ad favorem administratoris procedat, quando is, licet pauper, tempore administrationis erat tamen industriosus, & talis, ut possibile erat, cum sua industria divitias parasse. Data enim possibilitate, quod divitiæ potuerint acquiri ex aliqua industria, lex ad excludendum delictum, excludit etiam præsumptionem, quod administrator dives evaserit ex bonis administratis: Verum data paupertate, & remota industria, cessat utique possibilitas illa delicti exclusiva & consequenter ex administratione divitias provenisse, sicut magis verisimile est, ita etiam & magis à Jure præsumitur. *Aym. d. Cons.* 191. *n.* 8. *vers. non obstat. modo. Bero. d. consil.* 191. *n.* 49. *& seqq.* ubi pluribus hanc declarationem comprobat. *Borgnin.*

decis. Fivizanen. 39. n. 32. in Tract. de tutor. & curat. sub n. 223. Et est verissima declaratio.

Secunda est declaratio, ut dispositio *d. l. si defunctus*, procedat, quando administrator efficitur dives & acquirit bona, secus, si ea durante, prout acquisivit *B. Salyc. in Auth. licentia n. 2. vers. & est ratio C. de Episc. & Cler. Mascard. de probat. lib. 3. concl.* 1392. *n.* 13.

Tertia est declaratio, ut eadem præsumptio non procedat, quando administrator non legitime administrationis suæ rationes reddidit, & multo magis si aliquam pecuniam ejusdem administrationis penes se retinuit, & in proprium usum convertit, quia tunc ex regula, *semel malus, &c.* ex eadem administratione omnino ipsum locupletiorem factumesse, omnino præsumendum. *Aret. Consil.* 31. *n.* 3. *vers. præterea illa lex. Socin. consil.* 159. *n.* 19. *& consil.* 190. *n.* 5.

Quarto, ejusdem Adversarii dolus etiam deprehenditur ex eo, quod post redditam rationem administrationis & computorum libros minime reddit, prout nec hodie reddidisset, nisi L. de M. ad ejus domum accedens eos accepisset, & tamen nec hucusque integros dedit libros, sed penes se retinuit librum dictum *Il Giornale* (quamvis illum non habere, sed penes alium remansisse affirmet) Unde cum reliqua non restituerit, dolosus dicitur administrator. *l. cum servus, & l. Lucius Titius. ff. de manum. testam. Menoch. de arbitr. cas.* 209. *num.* 16. ubi proprie loquitur de Exhibitione *Giornalis. & n.* 21. *n.* 29. *& seqq. Rolant. d. Consil.* 49. *n.* 21. *n.* 59. *in fin. Hippol. Rimin. d. Consil.* 338. *n.* 33. 37. *&* 45.

Nec

Nec isto casu creditur B. dicenti, dictum librum, *Il Giornale*, nuncupatum, penes tertium dimisisse, quia imo sic dicens præsumitur malitiose occultasse. *Anchar. Consil.* 316. *n.* 4. *Borgnin. de Tutor. & curat. n.* 204. *Honded. consil.* 19. *n.* 26. *lib.* 1.

Nec facit quod M. de L. in quietatione, quam sibi fecit, videatur tacite confiteri, ipsum suæ administrationis rationem reddidisse: ex qua confessione resultat alia confessio, quod libros omnes restituerit, cum non dicatur reddita ratio, nisi & libri fuerint restituti, *ut pluribus voluit Ruin. consil.* 90. *n.* 6. *&* 7. *libr.* 5. Quoniam si veritatem fateri velimus, reddere computa administrationis, & reliqua, quorum appellatione veniunt libri, restituere, sunt actus inter se diversi, potestque unum sine alio stare, prout est *text. expressus. in l. fin.* §. *inter cæteras. & ibi gloss. in verbo. ea. ff. de liber. Legat.* Et propterea dicunt Doctores supra allegati, quod non sufficiat administratori exhibuisse libros administrationis, & super illis calculos fecisse de administratis, nisi etiam ipsos libros & reliqua restituerit, & consequenter non est bona consequentia: *B. propter computa facta quietationem habuit*, ergo, *libros restituit*, prout in iis terminis magistraliter docet *Socin. videndus in Consil.* 190. *col. antep. n.* 5. *lib.* 2. *Bero. cons.* 191. *n.* 38. *lib.* 1. *Hippol. Rimin. Cons.* 338. *n.* 13. *&* 33. *lib.* 3. Quicquid in contrarium scripserit *Ruin. in loco præcitato*, Cujus opinio attendenda non est, quia contra communem. Quare præsupposito dolo ex omnibus prædictis rationibus, duo inde necessario inferuntur. *Primum*, quod possit idem Adversarius criminaliter puniri, (de quo tamen

non curatur, ſed tantum deducitur, ne inane, ac nullum Judicium fuiſſe intentatum quisque prætendat) *Alterum*, quod ex dolo prædicto debeat omnino M. de L. deferri Juramentum in litem. Et quod attinet ad punitionem, ſive is dolus fuerit verus, ſive etiam præſumptus, ut ex adverſo contenditur, adhuc & præſumptum dolum poſſe criminaliter puniri, licet mitius, quam verum, plene tradiderunt. *Tiraq. de pœn. temper. cauſ.* 15. *num.* 2. *Decian. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 17. *Menoch. de recup. remed.* 15. *ſub n.* 135. *Burſat. conſ.* 77. *n.* 13. & 14. & *conſ.* 94. *n.* 8. *lib.* 1. *Maſcard. de probat. lib.* 1. *concl.* 530. *n.* 6.

Sic pariter & ex dolo præſumpto, ac eo, qui in omittendo conſiſtit, poſſe ac debere deferri juramentum in litem, poſt *Bart. in l. tutor qui repertorium. n.* 21. *ff. de adminiſtr. tutor.* ſcripſerunt Anchar. *conſil.* 316. *n.* 3. *Plot. de in lit. Juran.* §. 5. *n.* 12. & §. 50. *n.* 31. *Roland. conſ.* 49. *n.* 18. & *n.* 24. *lib.* 1. *apud quos plures alii referuntur concordantes Doctores.* Et quamvis non ignorem, nonnullos alios Doctores contrarium tenuiſſe, quod imo ex dolo præſumpto, & in omittendo juramentum in litem non deferatur, præterquam contra tutorem, ex ſpeciali favore pupillorum, ut præcipue voluit. *Plot. de in lit. Jur. d.* §. 50. *num.* 30. *Phanuc. in eod. Tract. part.* 2. *cap.* 2. *n.* 8. *Menoch. de arbitr. caſ.* 208. *n.* 14. qui omnes ſic ex adverſo pro hac opinione allegantur: Attamen generaliter contra quemlibet alium Adminiſtratorem deferendum eſſe juramentum hoc ex dolo præſumpto, & in omittendo, dixerit veriorem & magis communem Doctorum opinionem, *Covarr. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 6.

Et

Et nihilominus etiam data veritate negativæ opinionis, adhuc illa recipit duas notabiles declarationes, quæ maxime deserviunt in proposita facti specie. *Primo* scilicet, quando dolus præsumitur a lege, & non ab homine, vel etiam, quando probaretur non in levibus, sed gravibus indiciis. *Plot. ex adverso allegatus. d.* §. 50. *n.* 31. *Secundo*, quando dolus resultat ex omissione ejus, ad quod quis cogi potest jure actionis, prout Administratores cogi posse actione negotiorum gestorum ad reddendum legitime rationes, dubitandum non *Cagno. in l.* 1. *n.* 126. *ante finem. C. de eo quod interest*, *ubi de magis commun. cum aliis per Mascard. de probat. lib.* 2. *concl.* 334. *num.* 15. & 16.

Et licet præmissa sufficiant ad firmandum, quod criminaliter agi possit, & quod locus juramento in litem adhuc tamen, & magis in specie dico, quod Administrator non describens in libris data & recepta æqualiter, non solum dicitur in dolo, *ut supra probavi*, sed etiam dicitur in dolo vero ac manifesto, quamvis in omittendo consistat. *Socin. d. cons.* 159. *n.* 7. *in fin.* & *cons.* 190. *n.* 2. *lib.* 2. *Plot. de in lit. Jur. d.* §. 50. *n.* 12. Et propterea contra eum ex hac sola non descriptione dari juramentum in litem, in specie affirmarunt, *Idem Plot. d.* §. 5. *num.* 12. & 14. & §. 50. *n.* 31. *Rolant. dict. cons.* 49. *n.* 54. & *seqq.* & *n.* 68. *in fin. lib.* 1. Et ex eadem non descriptione Administratorem non solum dici prædonem, tradidit idem *Socin. dict. cons.* 46 *n.* 9. quem sequitur *Borgnin. decis.* 37. *n.* 10. sed etiam falsitatem committere, & de falso teneri, scripserunt *Bart. in l.* 1. §. *tutores. ff. de fals. Gandin. in tit. de Falsar. n.* 2. *in fin.*

Bald. in l. ubi exigitur. §. dolo. ff. de Edend. Jaſ conſ. 4. col. antep. in fin. verſ. ex quo &c. ubi amplius, quod iſto caſu libris adminiſtratoris ex parte defectivis & falſis, in totum non creditur. *Socin. dict. conſil. 190. n. 2. verſ. quod fortius. junct. verſ. confirmantur. &c. Roland. Conſil. 49. n. 25. & lib. 1.* Et eſt ratio, quia falſitas committitur non ſolum in dicendo ſeu ſcribendo falſum, ſed etiam omittendo dicere vel ſcribere verum, quod ſcribi & exprimi debebat. *cap. 1. de crim. falſ. Hoſtien. in Summ eod. tit. qualiter comittatur. Marſil. in rubr. ff. ad L. corn. de Falſ. n. 8. & 9.* Ex quibus conſequenter, quin falſitatis pœna locum habeat, dubitandum non eſt.

Dico inſuper & etiam in Specie, Quod Adminiſtrator retinens penes ſe pecunias ſui Domini & eas in proprium uſum convertens, non in præſumpto, ſed in vero & manifeſto dolo eſſe dicitur. *Paris. conſil. 89. n. 23. lib. 1. Honded. conſil. 82. n. 23. lib. 2.* Et propterea, ex hoc dolo deferendum eſſe juramentum in litem, in ſpecie ſcripſerunt. *Socin. d. conſ. 46. n. 10. lib. 1. Plot. de in lit. Jur. d. §. 5. n. 11. & §. 50. n. 3. Phanuc. ex adverſo allegat. de in lit. jur. part. 2. c. 2. poſt. n. 7. Borgnin. d. deciſ. 37. n. 10.* Et cum iſto caſu adminiſtratores reputentur prædones, *ut ſupra probavi*, conſequitur etiam, ut de furto teneantur & criminaliter puniantur, prout in iis terminis tradiderunt *Aym. conſil. 286. num. 1. verſ. ſecundo reſpondeo. Borgnin. de Tutor. & Curat. n. 216. Surd. deciſ. 304. n. 14.*

Quibus non obſtat, quod dicitur, hic ceſſare actionem de dolo criminalem, ex quo dolus ipſe prætenſus poteſt purgari actione civili ex eodem

contractu.

contractu. *ad tradit. per Cornel. in Consil.* 366. *n.* 12. *&* 37. *lib.* 3. *Roland. consil.* 75. *n.* 31. *lib.* 1. *cum aliis ex adverso allegatis.* Hæc enim conclusio bene procedit tribus concurrentibus: *Primo*, quod dolus non transeat in particulare nomen delicti. *Secundo*, quod materia sit ordinata potius ad nulliter contrahendum, quam ad criminaliter committendum. *Tertio*, quod ex contractu is, qui dolum commisit, sit factus locupletior cum damno alterius. Ita colligitur *ex Bald. in consil.* 14. *&* 15. *lib.* 1. & bene explicatur *in decis. pedem.* 137. *n.* 7. Sed in nostro casu dolus B. transit in nomen furti & falsi, redditioque rationis per ipsum præstita crimen prædictum in se continet, factusque est locupletior cum damno M. de L. Ergo nihil est, quod jure impediat criminale Judicium.

Et licet ex adverso deducitur, quod administrationis velamen temperet furtum. *gloss. in l. tres tutores. in verb. contrectare. ff. de administr. tutor.* & propterea videatur cessare actio furti, quando res habuit originem ex contractu. *l. inficiando ff. de furt. ibique Dd. Bart. in l. posthumo.* §. *continua. num.* 3. *ff. de Tutor. & ration. distrah.* ubi dixit, quod tutor intercipiendo pecunias pupillares, & in usum proprium convertens dicitur in dolo præsumpto, & non in vero, & propterea non actione furti, sed actione de rationibus distrahendis convenitur. Hæc tamen procedunt, quando administrator pecuniam intercipit tempore administrationis, nec constat, quod illas interceperit, & in usum proprium converterit, animo non restituendi: sed si constat, quod animo non restituendi interceperit, & pro-

pterea

pterea eas in redditione rationis negaverit (prout in casu nostro, cum eas in libris non posuerit) tunc sine dubio, & in dolo vero esse dicitur, & actione furti tenetur, prout est text. *in l. 1. §. in tutela. & in l. actione & ibi gloss. in verb. quod si furandi. ff. de tutel. & ration. distrah. & in l. tutor. ff. de furt. declarat. Bart. in d. l. posthumo. num. 3. vers. in secundo casu. & Alberic. in d. l. inficiando. num. 4. in fin.* Velamen enim administrationis temperat furtum, quia ex administratione tolli videtur qualitas contrectationis, sine qua furtum non committitur, prout bene explicat *text. d. l. tres tutores.* Verum dato animo non restituendi, etiam sine contrectatione committitur furtum. Nec administrationis aut contractus velamen furti actionem tollit, prout bene declarat. *Alber. in d. l. inficiando*, inferens ex hoc, furti teneri eum, qui rem penes ipsum depositam negat, quamvis esset contrectatio, & quamvis etiam res habuerit originem à contractu, quod etiam idem voluit, *Aym. consil. 287. num. 2. Boss. in tit. de Furt. num. 45. & seqq. & probatur in l. hereditatem. §. fin. ff. ad L. Falcid. & in l. 1. §. sola & in d. l. inficiando. ff. de Furt.*

Nec obstat secundo loco allegata biennalis præscriptio in actione doli, & in crimine stellionatus, *ad text. in l. fin. C. de dol. Cephal. cons. 192. n. 22.* Hæc enim objectio tollitur tribus modis. *Primo*, quod in omnem eventum adversus hanc præscriptionem datur restitutio in integrum non solum absenti. *ad gloss. in d. l. fin. & ibi Bart. Fulgos. & Salyc. n. 2. C. de dol.* sed etiam ignoranti, *in ibid. per Castr. qui videatur n. 1. & per Sichard. n. 3.* quibus non refra-

gantur

gantur ſcripta per *Sfort. Odd. in tract. de reſtit. in integr. quæſt.* 89. *art.* 3. *n.* 20. *& ſeqq.* Tum, quia generaliter loquuntur in reſtitutione adverſus accuſationem & perſecutionem injuriæ, non autem in ſpecie adverſus præſcriptionem actionis doli, *prout in terminis loquuntur Doctores præallegati.* Tum etiam, quia & ipſe *Oddus* non negat, etiam adverſus accuſationem dari reſtitutionem, quando prout in caſu noſtro, criminaliter agitur non ad vindictam, ſed ad reſtitutionem rei ſeu damni & intereſſe *ut ibi per eum. n.* 31. *poſt. gloſſ. & Alber. in l. auxilium ff. de minor. cum aliis ibi per eum allegatis.*

Secundo dicitur, quod quando dolus habet cauſam permanentem, ſucceſſivam & continuam, prout eſt, quando adminiſtrator retinet rem ſui Domini, tunc nulla doli currit præſcriptio. *Deciſ. Pedem. Viden.* 58. *n.* 35. *in fin. verſ. & ratio eſt & n.* 37. *verſ. non obſtat.* prout nec eadem præſcriptio locum habet, quando ex dolo, de quo agitur aliquid pervenit ad manus ipſius doloſi. *Secundum Socin. in cap. inter dilectos. num.* 45. *extr. de Exceſſ. Prælat.* quem ſequitur *Paris de Puteo in Tract. de Ludo. num.* 38.

Tertio reſpondetur, quod hic non agatur de actione doli, ſeu de actione Stellionatus, ſed de actione falſi & furti, *ut ſupra probavi.* Ideo non intrat præſcriptio actionis doli, ex quo iſto caſu conſideratur dolus, non tanquam ſeparatum delictum, ſed tanquam qualitas nominati delicti prout declarat *Boſſ. in tit. de crim. Stellion. num.* 1. *& Decian. in Tract. crim. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 8. *&* 9. Si enim aliter

aliter diceremus, ſequeretur abſurdum, quod omnia nominata delicta biennio præſcriberentur, cum nullum detur delictum, quod in ſe dolum non habeat.

Dum autem tertio loco ex adverſo inſiſtitur inquietatione & liberatione facta per M. de L. B. ex eo, quod liberatio prædicta extendatur etiam ad dolum præſumptum, *ad tradit per Menoch. de arbitr. caſ.* 209. *n.* 40. *in fin. Cephal. conſil.* 192. *num.* 49. *ex Dec. in loc. per eum allegat.* ultra quod jam ſupra plene probavi in terminis noſtris agi de dolo vero, non autem præſumpto, nec quietationem ad illam aliquo pacto extendi: Ad hoc, & magis in ſpecie reſpondetur, tunc demum quietationem ſeu liberationem extendi ad dolum præſumptum & præteritum, quando ſcilicet concurrit conjunctio ſanguinis cum eo, qui dolum commiſit. Et quod ex adminiſtratione non ſit factus locupletior, aliter ſecus, *ſecundum Dec. relatum â Cephal. ex adverſo allegato, in Conſilio* 192. *n.* 4. *in fin. & ſeqq. quem ſequitur Aym. conſ.* 193. *n.* 9. & communem dixit *Covarr. var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 4. *verſ. ſeptimo erit conſiderandum*, ubi alios refert concordantes: ſed in caſu noſtro ceſſat conjunctio ſanguinis, adminiſtratorque ex bonis adminiſtratis factus eſt locupletior. Ergo quietatio nihil operatur.

Dum & *quarto* dolum in propoſito adverſus quietationem non præſumptionibus, ſed evidenti probatione detegendum eſſe contenditur, *ex Socin. in conſ.* 192. *num.* 9. *lib.* 4. *& ex Menoch. de arbitr. Quæſt. lib.* 2. *caſ.* 209. *n.* 4. *& Mont. d. c.* 38. *n.* 134. Reſpondetur inprimis, hoc axioma non eſſe verum

in jure,

in jure, nec *Socin.* eo loci aliquid dicit, quod faciat ad propositum. Et licet *Menoch.* hoc affirmet, *in dict. n.* 49. ex præfato *Socin. Dec. & Rolant. in locis ibi per eum relatis*, isti tamen Doctores, si percurrantur, minime dicunt id, ad quod allegantur: Ideo ipsi sine lege & auctoritate loquendi credendum non est, præsertim cum loquatur adversus communem conclusionem Doctorum volentium, quod quamvis dolus non præsumatur à Jure. *l. merito. ff. pro Socio.* cum aliis ex adverso cumulatis conjecturis, tamen & indiciis illum esse concludenter probatum, notant communiter omnes in l. dolum. C. de dolo. & est. *text. in cap.* 2. *de Renunciat. in* 6. & post alios antiquiores voluit idem *Menoch. de Arbitr. cas.* 116. *n.* 21. *& de præsumpt. lib. q.* 58. *n.* 10. *& lib.* 5. *præsumpt.* 3. *n.* 24. Et propterea *Montanus* ex adverso allegatus *dict. cap.* 38. *n.* 134. accuratius multo loquens, quam loquutus fuerit *Menochius* in præcitato loco non loquutus fuit restrictive ad dolum verum, sed ampliative per verbum *maxime*, sentiens etiam posse dari adversus calculatas rationes & subsequutam absolutionem de dolo præsumpto.

Bene verum est, quod non quælibet indicia dolum probent, sed illa tantum, quæ perspicua sunt, ut ad literam dicit *text. in dict. l. dolum.* Indicia autem perspicua quæ sint, Judicis arbitrio remissum est, *Rota Januen. Decis.* 168. *n.* 13. Qui quidem Judex satis doli indicia perspicua esse existimabit, si illa non levia, frivola aut injusta esse perspiciet, prout dixerunt. *in d. l. dolum Bart. n.* 1. *Bald. in vers. notæ quod ea, & Alber. n.* 3. *in fin.* Verum quod ad probandum

bandum dolum, qui est difficilis probationis, requiratur concludens, & exacta probatio, & quod non sufficiat præsumptiva & conjecturata, sicut ex adverso prætenditur, est utique contra omnes Juris regulas & Doctorum receptas opiniones; quæ procedunt, etiam adversus publica instrumenta, adversus quæ & dolum, & fraudem & simulationem & falsitatem ex præsumptionibus & conjecturis dici concludenter probatum, omnia scribentium volumina plena sunt, & in specie scriptum reliquerunt, *Boss. in tit. de bon. publ. n.* 50. *Menoch. de arbitr. cas.* 247. *Cephal. consil.* 287. *n.* 8. *& alii passim, & communiter. Doctores.*

Respondetur secundo, quod dolus quandoque probetur conjecturis & præsumptionibus Juris, quandoque etiam conjecturis & præsumptionibus hominis, prout benè declarat *idem Menoch. de præsumpt. lib.* 1. *dict. quæst.* 58. *n.* 20. *& seqq. post gloss. Corn. Socin. & Alex. in locis per eum relatis.* Propterea etiam dato pro vero, quod in casu, de quo agitur dolus concludenter probari debeat, cum præsumptiones doli, quæ contra B. adducuntur, sint non hominis, sed juris. Succedit conclusio, quod satis dicitur concludenter & liquidissimè probatum illud, quod ex Juris præsumptione resultat *l. licet Imperator. & ibi Jason. n.* 13. *ff. de Legat.* 1. *Covarr. var. resol. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 1. *& benè explicat. idem Menoch. de præsumpt. lib.* 1. *quæst.* 36. *n.* 3. *&* 8. ubi alii plures referuntur concordantes, & magis in specie, quod dolus à jure præsumptus dicatur verus dolus, declarat *idem Menoch. in eod. Tract. de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 3. *n.* 6. *& seqq. & voluit Cephal.*

consil.

consil. 142. *n.* 33. *&* 34. *lib.* 1. Imo & quod plus est, verum dolum esse illum, qui præsumptionibus & conjecturis etiam hominis detegitur, affirmarunt *in d. l. dolum. C. de dol. Castrens. n.* 4. *& Sichard. n.* 5. *Surd. decis. Mantuan.* 216. *n.* 8. nec dissentit *idem Menoch. in* 15. *remed. recup. possess. n.* 135. Et in terminis, quod Administrator non describens in libro rationum aliquam pecuniarum quantitatem, illamque in usum proprium convertens, prout fecit B. dicatur in vero ac manifesto dolo, voluerunt *Socin. consil.* 159. *n.* 7. *in fin. vers. tertio confirmatur. & consil.* 190. *n.* 2. *Plot. de in lit. Jur.* §. 5. *n.* 12. *Paris. consil.* 89. *n.* 23. *lib.* 1. *Honded. consil.* 82. *n.* 23. *lib.* 2. quos hic denuo reallegare volui, quia, ut dixi, in terminis tollunt hanc difficultatem, nec dissentit *Montan. ex adverso allegat. dict. cap.* 38. *n.* 138. *&* 140.

Dum quinto ad favorem B. consideratur geminatio quietationum, ex qua videtur auferri allegatio doli, *ad Afflict. decis.* 220. *n.* 6. *&* 7. *Montan. dict. cap.* 38. *num.* 127. *& seqq.* Item & interventus B. amici, *ad trad. per eundem Montan. ibid. n.* 129. Item & taciturnitas per decennium post redditas rationes, quæ calumniæ præsumptionem inducit, *ex Bald. Anchar. Boer. & aliis relatis per Mascard. de probat. lib.* 1. *concl.* 531. *n.* 54. *Menoch. de Præsumpt.* 91. *n.* 8. *& lib.* 5. *præsumpt.* 3. *n.* 105.

Quod attinet ad geminationem actus, respondetur non esse verum in jure, quod per illam excludatur doli allegatio, si dolus adest: Nam quod imo contrarium verius sit, voluit *Roman. consil.* 54. *in fin. Cephal. consil.* 142. *n.* 55. & in nostris terminis *Paris. consil.* 89. *n.* 7. *cum aliis allegatis*, qui expresse

dicunt, allegationem doli adversus liberationem & absolutionem admitti, etiamsi post eam sequatur transactio, pactum, laudum, & quælibet alia ratificatio, verbis aut facto, & hoc in jure difficultatem non habet, quia in qualibet dispositione semper dolus censetur exclusus. *l. creditor. §. Lucius. ff. mandat. l. si pater. ff. Quæ in fraud. credit. Menoch. de arbitr. qq. lib. 1. quæst. 13. n. 8. & seqq.* in terminis quietationis voluit præcipue *Thesaur. decis. Pedemont.* 14. *n.* 7.

Nec obstat *Afflict. ex adverso allegat. decis.* 220. *num.* 6. & 7. quem etiam refert *Montan. dict. cap.* 38. *n.* 127. Loquitur enim *Afflict.* in casu, in quo quis expresse doli exceptioni renunciavit, & post renunciationem etiam illam ex intervallo ratificavit, ex qua ratificatione non potest dicere, quod eadem facilitate, qua ductus fuit ad principaliter contrahendum, fuerit etiam ductus ad renunciandum exceptioni doli, quia sic ex intervallo ratificans videtur sine errore & deceptione disponere. Et hoc procedit de plano, quia non est novum in jure, ut quis dolo præterito renunciare possit, dummodo expresse & in specie renunciet. *ad text. in l. Jurisgentium. §. si paciscor. ff. de pact. & expresse advertit Afflict. ibid. n.* 8. & *Ursil. n.* 7. Quæ minime trahenda sunt ad quietationem, de qua agitur, in qua non solum fuit renunciatum dolo, verum etiam facta expressa reservatio erroris, multo magis doli.

Quod vero attinet ad interventum B. amici, pariter nihil facit, quia dato dolo non solum non operatur in redditione rationum, sed nec etiam operatur interventus peritorum & calculatorum cum Judicis decreto, quod plus est. Prout in iis terminis scri-

ſcripſerunt *Paris.conſil.* 89. *&* 58. *lib.* 1. *Hippol.Rimin.* 338. *n.* 27. *&* 80. *lib.* 3.

Et demum ad taciturnitatem temporis per decennium poſt redditas rationes, reſponſio facilis, quia data ignorantia commiſſi doli, nulla illius præſcriptio tacite induci poteſt, per *Regulam*: Quod ignorans, nec remittere, nec renunciare cenſeatur. *l. nec ignorans. C. de donat. l. mater. decedens. ff. de inoffic. teſtam. Paris. conſil.* 20. *n.* 63. *lib.* 1. *& conſ.* 12. *n.* 245. *lib.* 2. *Natta. Conſil.* 363. *n.* 3. *&* 4. *lib.* 3.

Dum autem ſexto loco ex adverſo Scribens contendit oſtendere, quod Doctores per me allegati non faciant ad caſum, de quo agitur, nec illi eorum doctrinæ applicentur, eo quia inprimis *Socin. in conſil.* 92. *lib.* 4. loquatur de adoleſcente teneræ ætatis, unde non inferendum ad vivum exiſtentem in magiſtratu: Replicatio eſt facilis, quod licet *Socin. eo loci* loquatur in adoleſcente, non tamen per hoc negat, quin etiam in majorem dolus per adminiſtratorem committi valeat, prout commiſit B. non deſcribendo in libris omnes receptas pecunias, & illas in proprium uſum convertendo, & ſi hoc voluiſſet, non bene dixiſſet, ſed contra communes Doctorum traditiones locutus fuiſſet, & contra ea, quæ *idem Socin.* dixit *in dict. Conſil.* 159. *n.* 12. *& ſeqq. omnibus, lib.* 2. ubi facit concluſionem generalem, etiam in majore. Sic pariter, licet *idem Socin. Conſil.* 159. *lib.* 2. loquatur in caſu, in quo libri rationum non fuerunt exhibiti, illique erant confuſi cum rationibus ſcribentis, & ad creditum tutoris eſſent poſita ea, quæ debebant poni ad creditum pupilli: non tamen negat, quin etiam

prædictis cessantibus dolus committi possit, ex sola non perfecta descriptione pecuniarum in libro administrationis, ac earum in proprium usum conversione, imo, ut dixi, illud expresse profitetur *n.* 12. *& seqq.*

Sic etiam *Bero in Cons.* 191. *n.* 18. *lib.* 1. licet loquatur in casu non exhibitionis librorum, idem tamen juris esse affirmat, si libri exhibeantur defectuosi, & non continentes omnes receptas pecunias.

Et etiam *Hippol. Rimin. in consil.* 388. *num.* 55. *& seqq. lib.* 3. quamvis, prout ex adverso consideratur, loquatur in casu, in quo ex sola visione libri rationum constat, non esse verum, 'quod computa fuerint diligenter Saldata, prout in quietatione asserebatur: Hoc tamen optime applicatur casui nostro, in quo ex sola inspectione librorum, super quibus computa fuerunt reddita, constat, B. omisisse describere tres partitas, unum *Scutorum duorum millium*, aliam, *scutorum* 476. & aliam *Scutorum mille*, & nihilominus hanc solam assertionem quietantis, quod computa fuerint diligenter visa, inspecta & Saldata, non probare contra confitentem, plene deduxit *idem Rim. ibid.* 35. *& seqq.* 49. 67. *& seqq. Paris. in consil.* 89. *num.* 28. *&* 37. *lib.* 1. Quamvis præsupponat deceptionem probatam, & rem aliter se habere, quam in libris & quietatione scriptum reperiatur, hoc tamen probatum affirmat, *n.* 16. *& omnibus seqq.* ex eo, quod iisdem libris non descriptæ reperiantur omnes receptæ pecuniæ, & quod eas administrator per se retinuerit, prout contigit in casu nostro. *Rolant. consil.* 49. *n.* 53.

n. 53. *lib.* 1. & *Thob. conf.* 63. *n.* 13. licet præſupponant, in caſu ſuo non eſſe libros exhibitos, non tamen per hoc excludunt dolum, imo illum expreſſe arguunt, quando ex libris exhibitis apparet, de non perfecta deſcriptione pecuniarum, & de illarum retentione, *ut ſupra, ut ibid. per Thob. n.* 2. & *per Rolant. n.* 25. 39. & *ſeqq.*

Et in ſumma, quamvis Doctores per me allegati aliqua præſupponant, quæ in propoſita facti ſpecie minime verificentur, ac etiam conſuluerint non in caſu, de quo agitur, ſed in alio: Satis tamen eſt, quod omnes admittunt quietationem & liberationem adminiſtratori factam, illi non ſuffragari, quando aliquo modo de ipſius dolo in adminiſtratione apparere poteſt, prout de dolo B. quatuor modis conſtare in alia Informatione latius deductum fuit. *Primo*, inquam, ex non deſcriptione omnium pecuniarum. *Secundo*, ex illarum retentione, & in uſum proprium converſione. *Tertio*, ex non reſtitutione librorum adminiſtrationis. *Quarto*. ex locupletatione, durante adminiſtratione, nulla probata adminiſtratoris induſtria.

Nec refert, quod præallegati Doctores non dicant, poſſe criminaliter agi, quia non per hoc criminaliter agi poſſe negant. Conſuluerunt enim ipſi in caſu, in quo erat tantummodo inſtitutum civile Judicium ad reddendum de novo rationem adminiſtrationis, & ideo ſecundum ea, quæ proponuntur, non concludunt ad pœnam, ſed ad reddendum iteratam rationem. Et nihilominus adhuc dicunt, adminiſtratores illos dici poſſe in dolo

nedum præſumpto, ſed etiam vero: item vere dici prædones & fures, ac etiam furtum & falſum commiſiſſe. Ex quibus quidem verbis quis unquam negabit, quin etiam in neceſſariam conſequentiam admiſerint, poſſe criminaliter agi? Nullus certe: Cum certiſſimi Juris ſit, tam ex furto & falſo, quam etiam ex omni dolo ac crimine poſſe duplicem oriri actionem, civilem ſcilicet & criminalem, *l. fin. ff. de priv. delict. l. fin. ff. de furt. l. nihil aliud. ff. de oblig. & action. l.* 1. *& ibi communit. Doctores poſt gloſſ. C. Quando civil. actio crim. præjud. Marant. de Ordin. Judic. part.* 4. *in princ. diſtinct.* 1. *num.* 3. *& ſeqq.*

Dum *Septimo* ex adverſo adducitur illa concluſio, quod furtum non committat is, qui in uſum proprium convertit pecuniam ſibi traditam, non in ſpecie, ſed in quantitate. *Bart. in l. ejus qui §. quas vero, & ibi Jaſ. n.* 6. *&* 7. *ff. ſi cert. pet. Alber. in l. inficiando. n.* 3. *&* 4. *ff. de furt. Caſtrenſ. conſil.* 141. *n.* 4. *lib.* 1. *Aym. conſil.* 244. *n.* 8. *verſ. quinimo. Bertaz. conſil.* 224. *n.* 18. *& ſeqq. lib.* 1. Pro reſponſione eſt advertendum, quod aut conſignatur pecunia numerata alicui perſonæ privatæ, ad effectum tantum illam retinendi & reſtituendi ad libitum conſignantis, & ſic in depoſitum ſimplex: & tunc quia per talem pecuniam transfertur dominium in recipientem ex voluntate domini, hoc ideo non committitur furtum, quod in re propria non cadit, ſicut dicunt Dd. præallegati, & iſte non eſt caſus noſter. Si vero conſignatur pecunia alicui, ut in aliquem uſum & Domini utilitatem convertatur, & recipiens non in illum uſum, ſed in pro-

prium

prium convertit, & tunc, quicquid dicant *Jaſ. & Aym. in loc. præcitatis*, verior & ſervata opinio eſt, ut ſic in proprium uſum convertens teneatur furti & ejus pœna, prout ſunt jura aperta, quæ cavillari non poſſunt. *in l. ſi is cui. & ibi præcipue Bald. in ſummario. C. de furt. & in l. ſi mandavero. §. ſi tibi centum. ff. mandat. Foller. pract. crim. in fragment. n.* 127. *Pract. Corrad. tit. de Furib. n.* 7. *in fin. Clar. in pract. §. furtum. verſ. poſſet. etiam Joh. Petr. Surd. deciſ. Mant.* 304. *n.* 14.

Sed ſic eſt, quod pecuniæ, de quibus agitur, non fuerunt conſignatæ B. uti tertiæ & privatæ perſonæ in depoſitum ſimpliciter, ſed uti agenti & adminiſtratori ad effectum illas convertendi in utilitatem domus & negotiorum, quæ gerebat, ideo convertendo in proprium uſum tenetur de furto *ex præallegatis.* Et eo magis, cum in redditione computorum, nec in libris illas deſcripſerit, nec oretenus aliquid dixerit, ſed tacendo ac non demonſtrando, quid de dictis pecuniis fecerit, quietationem extorſit, quo caſu habetur pro negante, & conſequenter tenetur furti, quod etiam eſſet ſimplex depoſitarius, *Alber. in d. l. inficiando. n.* 4. *Aym. conſ.* 287. *n.* 2. *Boſſ. in tit. de furt. n.* 45. *& ſeqq.* Et intrant etiam Doctores alias allegati volentes in terminis adminiſtratorem, qui non deſcripſit in libro omnes receptas pecunias, & illas penes ſe retinens, teneri in crimine falſi & furti, ac etiam prædonem reputari.

Dum *Octavo & ultimo loco* ad defenſionem B. & ad fugiendum criminale Judicium allegatur *Rota in una Romana* redditionis computorum coram *R.*

P. D. 14. *Maji*, 1593. in qua expresse resolvi videtur, administratorem, non habentem publicum officium, prout erat ipse B. non teneri conficere librum rationum, nec ex eo, quod librum non confecerit, dari contra eum juramentum in litem, quando aliunde, quam ex libris paratus est reddere rationem. Ergo multo minus tenebitur, si librum confecerit, sed non omnia descripserit.

Pro responsione advertendum, quod hæc decisio sic simpliciter intellecta est contra communem opinionem omnium Doctorum, volentium, nedum tutorem & curatorem seu alium ex publico officio administratorem, sed etiam quemlibet alium, sive generalem, sive particularem administratorem, sive publicum, sive privatum, sive socium, sive non socium, sive etiam negotiorum gestorem, factorem, exactorem, & sive etiam procuratorem, teneri pro reddenda ratione conficere earundem rationum, datorumque & receptorum distinctum & clarum librum: & non conficiendo, contra eum dari juramentum in litem, sicut supra plene probavi. Et illis etiam addo *Fulgos. consil.* 88. *col.* 2. *ante medium, vers. & per hoc*, ubi ab hac generali regula solum patrem administratorem excipit. *Corn. consil.* 296. *n.* 4. *lib.* 3. *Socin. cons.* 24. *num.* 37. *& seq. lib.* 1. qui omnes aperte etiam dicunt, fundamentum redditionis administrationis esse librum, nec propterea sine libro posse ejusdem administrationis rationem bene reddi.

Quando ergo ad evitandam hanc Juris & Doctorum apertam contrarietatem intelligenda est præfata Decisio, aperte etiam volens, privatum administra-

ministratorem non teneri conficere rationum librum? Crederem inprimis, Decisionem prædictam fore intelligendam ac restringendam, juxta Doctorum auctoritates, quas allegat, nempe ex *Corn. in Consil.* 81. *num.* 4. *lib.* 4. *& ex Paul. de Monte Pico. in consil.* 67. *n.* 4. *& n.* 18. *vers. ultima conjectura.* Sic enim dicta Doctorum secundum Leges & auctoritates, quas allegant, fore amplianda & restringenda, notissimi Juris est *ex Bart. in l. non solum. §. si liberationis verba. ff. Quib. ut indign. cum vulg.* Quare dignetur Illustrissimus D. meus videre inprimis & bene considerare tradita *per Corn. in d. Consil.* 81. *n.* 2. *in fin. & n.* 3. *& seq. lib.* 4. ubi bene hanc materiam declarando distinguit: Quod si administrator non habens publicum officium, redarguatur de dolo, ex eo, quia administrare incepit, non confecto inventario, & tunc inanis est talis prætensio, quia solus Tutor & curator, aut alius ex publico officio habens administrationem, prohibetur administrare non confecto inventario: si vero dicatur, Administratorem esse dolosum in reddendo rationem, quia post cœptam administrationem librum rationum non confecit & tunc ex non confectione libri rationum dolus est manifestus: quia licet à principio, & antequam administrationem suscipiat ex debito vel ex forma sui officii, quia publicum non est, non teneatur conficere inventarium, tenetur tamen pro reddenda ratione de eo, quod postea ad manus suas pervenit, librum conficere. Si autem ad suas manus nihil pervenit, & tunc nec librum conficere, nec rationem reddere tenetur. Ita, ni fallor, expresse tradit *Corn. in*

loco præcitato & ante eum *Jac. Butr. in l. nulli col. 2. verſ. item nota quod facit inventarium, & ibi etiam Bald. n. 10. C. de Epiſc. & Cler.* ad literam dicentes; Quod quilibet Adminiſtrator ſive generalis, ſive ſpecialis debeat facere inventarium, ſi aliquid ad eum ex adminiſtratione perveniat, alias ſecus: & voluit etiam idem *Bald. per eundem Corn. allegatus, in Authen. Sed ſi Teſtator. in fin. n. 23. C. ad. L. Falcid. ſequitur Capra in Tract. de Executore Teſtamenti, membr. 5. n. 23.* qui omnes, ſi per Illuſtriſſimum Dominum meum videantur in fonte, ſine dubio exiſtimabit diſtinctionem & declarationem prædictam in jure receptam eſſe: Et conſequenter non faciet ad caſum noſtrum, quia non intendimus redarguere dictum B. de dolo, ex eo, quia adminiſtrationem ſuſceperit, non confecto inventario ſeu libro rationum, ſed quia pecunias ad ejus manus perventas in libro non deſcripſit: quo caſu nec deciſio loquitur, nec Doctores in deciſione allegati tale quid admittunt, imo contrarium, ut dixi. Sic nec obſtant ſcripta *per Paul. de Monte Pico, in dict. conſil.* 67. quia in caſu ſuo dolus excluditur in adminiſtratore non conficiente librum rationum, non ex eo ſolo, quod non erat publicus & generalis adminiſtrator: ſed ex aliis quatuor rationibus & conjecturis, quæ in caſu noſtro non concurrunt, ideo, &c. Et hæc eſt prima reſponſio Deciſionis prædictæ.

Secundo reſpondetur, quod eadem deciſio loquatur, quando Adminiſtrator nullum confecit librum rationum: non autem, quando, prout in caſu noſtro librum confecit, & in eo aliquas pe-

cuniarum

cuniarum quantitates describere inceperit, aliquas autem omiserit. Tunc enim, prout alias plene probavi, non describendo perfecte omnes partitas pecuniarum, quæ ad suas pervenerunt manus, dicitur esse in dolo manifesto, & pœna falsi tenetur. Et dato pro nunc, sine veri præjudicio, quod B. non teneretur in suo rationum libro scribere pecunias ad ejus manus perventas, quas ipse vocat extraordinarias (prout coutrarium de Jure verius esse supra demonstravi) cum tamen illas describere inceperit, utique tenebatur perficere, omnesque pecunias sine aliqua diminutione perfecte describere, ex illa communi conclusione: Quod si negotiorum gestor à principio non ex necessitate officii, sed ex voluntate aliquid gerat, si tamen gerere inceperit, tenetur postea ex quasi contractu perficere, *l. commodato.* §. *sicut & l. nam & servus.* §. *si vivo. ff. commodati. Bart. in l. si pupilli.* §. *videamus. num.* 1. *in princ. & in fin. ff. negot. gestor. & in l. tutori. n.* 2. *ub. etiam Cyn. n.* 2. *Paul. de Castr. n.* 2. *vers. non tamen intelligas, & Salyc. n.* 8. *C. eod.* Quare non describendo omnes pecunias per ipsum habitas, sicut describere incepit, & sicut ex quasi contractu & actione negotiorum gestorum describere tenebatur, sine dubio dolum effugere non potest.

Tertio & in omnem eventum Decisio prædicta præsupponit, quod quamvis Administrator non confecerit librum rationum, seu etiam in eo non descripserit receptas pecunias, aliunde tamen de dictis pecuniis receptis & earum exitu rationem reddit. Et isto casu verissimum est, quod ex hoc solo, quod administrator librum non confecit,

sive

ſive privatus, ſive etiam publicus ſit, non juratur contra ipſum in litem: quia ſat eſt, ut in eadem deciſione dicitur, quod aliunde, quam ex libro rationem reddat de receptis & earum exitu. Non ſic in caſu noſtro, in quo B. nec receptas pecunias deſcripſit, nec quid de illis actum fuerit, aliquid probat: quo caſu, ſive fecerit, ſive non fecerit librum, & ſive in libro pecunias receptas deſcripſerit, ſive non & hoc ſolum, quod pecunias, quas adminiſtrat, in proprium uſum converterit (prout eas ſic convertiſſe negare non poteſt B.) nedum in dolo eſſe dicitur. *l. Pomponius.* §. *ex facto & ibi Angel. & Imol. ff. de acquir. poſſeſſ. Socin. conſ.* 259. *n.* 10. *& conſil.* 190. *n.* 2. *in fin. verſ. quarto quia. lib.* 2. *Plot. de in lit. Jur.* §. 5. *n.* 10. *Rulant. conſil.* 49. *n.* 26. *lib.* 1. *Honded. conſil.* 82. *n.* 23. *lib.* 2. Verum etiam de furto puniri poteſt. *Aym. conſil.* 286. *lib.* 1. *verſ. ſecundo reſpondeo Borgnin. de Tutor. & Curat. num.* 216. *Surd. deciſ. Mantuan.* 304. *num.* 4. Et facit generalis concluſio, quod convertens in uſum proprium alienam pecuniam, quæ in domini utilitatem deſtinata erat, furtum committit, *l. ſi is cui & ibi Bald. C. de furt. l. ſi mandavero.* §. *ſi tibi centum ff. mandat. Foller. in pract. crimin. in fragmen.* 127. *Clar. in pract.* §. *furtum. verſ. poſſit etiam. Bertaz. Conſil.* 412. *n.* 2. *Surd. dict. deciſ.* 304. *n.* 14. Ex quibus omnibus non video, quomodo B. poſſit effugere reſtitutionem pecuniarum, per ipſum habitarum, in libris adminiſtrationis non deſcriptarum, & in uſum proprium converſarum: non obſtantibus quietationibus & liberationibus habitis, prout ſic cauſa bene diſcuſſa coram N. N. & fuit ab N. N. ad reſtitutionem dictarum

rum pecuniarum, ac etiam propter dolum in pœnam pecuniariam condemnatus.

CONSILIUM SECUNDUM.

P.P.

DEmnach ſelbige uns dieſer Tagen, was ſo wohl in puncto torturæ, als dem Principal- oder Hauptwerck der Peinlichen Rechtſertigung, zwiſchen Fürſtl. Anwaldt N. Von Ambtswegen, und T. Beklagten, biſs ad ſententiam definitivam gehandelt worden, verwahrlich überſchicket, und begehret, daſs wir den Herren unſer rechtliches Bedencken, was von rechtswegen darinn zu ſprechen ſeyn möchte, unverlangt in Schrifften ertheilen wolten, &c.

Was nun die Sache an ihr ſelbſten belangen thut, werden von klagenden Herrn Anwald unterſchiedliche Puncten in einkommender Peinlicher Klag beſonders in 18. 19. und 20. Articul geſetzet, darinnen er peinlich Beklagte höchſt ungebürlich verhandlet, und unſern Gn. Fürſten, &c. umb ein nahmhafft anſehenliche Summ, ſo viel an ihme, zuvervortheilen begehret. Inmaſſen er peinl. Beklagte in ſeiner Probation-Schrifft dieſe und andere dergleichen Delicta in keinen Weg gäntzlich in Abred, viel weniger ſich diſs Orts mit gnugſamen Schein auſswürcken, und entſchuldigen kan. Zu dem die Rechnungen, Particular und andere Documenta, da ſie gegen einander gehalten, ſolches gnugſam zu erkeñen geben und

den

den verhafften den mehren Theil geklagter Delictorum überzeugen.

Imgleichem ist dolus, und das mehr angedeuter Beklagte dieses alles vorsetzlich, alleinig zu dem Ende gethan, damit er unsern Gn. Fürsten und Herrn wider Aydt und Pflicht betriegen, und ihme selbsten einen Vortheil schaffen möchte, nicht allein ipsa Juris præsumptione, sondern auss vielen Indiciis und circumstantiis, so sich hin und wieder auss den Acten und Kundschafften befinden, zimmlicher massen bescheinet: wie insonderheit ihne Beklagten sein Variatio, wie auch, dass er allerhand Mittel, sein Unrecht zuverdrucken, davon in vielen Articulen Anregung beschicht, gebraucht, mehr dann hochverdächtig macht, und eines unverantwortlichen doli convenciret.

Betreffend dann die Straff, seynd diss Orts die Rechts-Gelährten gantz nicht einig, angesehen *Matthias Coler. part. 2. decis.* 207. de pœnis eorum, qui in officio suo delinquunt, aliquid subtrahendo, scribit: hoc in casu, quamvis alias pœna furti criminalis sit, non esse talem interpretationem, sed mitiorem faciendam. Nam, inquit, hoc simile est furto domestico, in quo pœna mitigatur: imo minus est tali furto, quia res non contrectatur aliena invito domino, vel potius contrectatur aliena, quæ nunquam domini fuit. Quare talis tantum de perfidia & perjurio tenetur, ideo relegandus, vel aliter arbitrarie puniendus est, puta in dubio, *hactenus Colerus*.

Und obwohl der Diebstahl, vermög Käyser *Caroli V.* Hals-Gerichts-Ordnung mit dem Leben gestrafft auch in articulo 179. zugleich selbiges vor ein Dieb-

stahl

ſtahl gehalten wird, wann einer dieſes, ſo ihme zu getreuen Händen hinterleget, veruntreuet, könte doch hierauf geantwortet werden, Quod in odioſis & pœnalibus ſtatutum correctorium extendi nequeat, neque ex ratione urgentiori, per jura vulgata, & tradita *Chaſanæi ad Conſuet. Burgund. rubr.* 1. §. 5. *in princ. n.* 5. 6. & 7. ubi hanc materiam furti tangit. Et communiter fere receptum exiſtere, pœna ordinaria eos, quibus res eſt credita, ſeu in quorum periculo & adminiſtratione conſiſtit, non eſſe tanquam propter admiſſum furtum plectendos teſtantur *Dd. in l. eos qui* 41. §. *quas vero pecunias. ff. ſi certum petatur.*

Welchem die *Authores Conſult. Saxonicarum Conſtitutionum part.* 4. *quæſt.* 3. beyfallen, und den Rechten gamäſs zu ſeyn, mit vielen Rationibus bey zubringen, ſich unternehmen, und alſo ſetzen: Da Schöſſer oder anderen Perſohnen etwas zu verwalten getrauet, und zu ſolchem Ambt, vermittels ihrer geleiſteten Aydts-Pflichten, und gegebener Bürgſchafft oder Caution beſtellt werden, von ſolchem vertrautem Gut etwas veruntrauen, ob ſie gleich den Abzug vor ihre Perſohn, oder mit ihren Bürgen, oder auch anderer Leut Hülff hinwieder erſetzen können oder würden, daſs ſie demnach gleichwohl von wegen dero von ihnen vorſetzlich und Aydts vergeſslich begangener Veruntrauung, willkührlich, entweder umb ein tapffere Geld-Straff, jedoch ihrem Vermögen nach oder mit zeitlicher Gefängnüs, oder aber auch mit Verweiſſung auf eine gewiſſe Anzahl, als ungefehtlich drey Jahr lang, in Straff zunehmen.

Im fall aber, da ſie den Abzug und Mangel für

ſich

ſich ſelbſt, oder auch mit anderer, als ihrer Bürgen und Freunde Hülffe und Zuthun, zuverſetzen nicht vermöchten, und auſsfindig machen könten, daſs der Mangel und Abgang nicht auſs geſährlicher Veruntreuung, ſondern nur auſs Verſaumnüſs und Fahrläſſigkeit hergefloſſen, daſs ſie alſo mit zeitlicher Gefängnuſs zuſtraffen. Da aber diſsfalls der Mangel durch deſs Verwalters vorſetzliche Veruntreuung verurſachet, und erfolget wäre, daſs ſie auf den Fall zur Stauppen geſchlagen, und ewig deſs Lands verweiſet werden ſollen.

Hingegen multa jura etiam furti & peculatus allegant eum, qui in re credita male verſatur. Et furta domeſticorum graviora, eorumque, quibus res eſt ſpecialiter credita, velut officialium, non modo non leviori pœna punienda, ſed etiam acerbius vindicari debere, tam leges, quam rationes ſuadere, dicunt alii inſignis authoritatis JCC. *arg.* §. *item lex Julia.* 9. *ubi Weſenb. & Dd. communiter tam antiqui, quam recentiores. Inſt. de public. Judic. l. ſi is, cui.* 7. *l. ſi ſervum. C. de furt. l. reſpiciendum.* 11. §. *furta. de pœn. l. homo liber. in pr.* § 1. *verſ. ut tamen. de acquir. rer. domin. Igneus. ad l.* 1. *n.* 9. *ad SC. Syllan. Chaſſanæus ad conſuet. Burgund. tit.* 1. *de Juſtit. fol.* 180. *Clar.* §. *furtum. n.* 22. *Zaſius in l. ejus qui.* §. *quas vero actiones. n.* 11. *ubi & Jaſon. n.* 7. *pulcherrime tractat hanc quæſtionem. Petr. Frider. Minden. in tract. de Mandat. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 20. *part.* 1.

Adſtipulantur præjudicia Parlamenti Pariſienſis, ubi ejusmodi Officiales, ſi magna pecunia ſumma Dominos ſuos defraudarunt, ſemper mortis pœnam ſubierunt, ut refert *Joh. Paponius in Arreſtis.*

Obgleich

Obgleich wir nun ebenmässig die letztere Meinung, dass nemlich die jenige Ambt-Leute so ihre Herrschafft wider Aydt und Pflichten, kundlich vernachtheilen, nach gestalt der Sachen, und Grösse der Summen, mit Leib-und Lebens-Straff, mortisve naturalis pœna zu straffen seyen, zu Recht mehres gegründet zu seyn erachten: So will es doch unsers Vermeinens, bey gegenwärtigen Fall noch an deme ermangeln, dass der peinlich Beklagte nicht allein keines vorsetzlichen Betrugs geständig seyn will, sondern so wohl in seinem gerichtlichen Einkommen, als andern Schrifften mit hohem Betheuren, alle diss Orts vorgelauffene Verbrechen auf ein durch Kranckheit und Blödigkeit verursachten Unfleiss, & ita ad culpam latam, quæ extraordinariam exigit pœnam, ziehen will, zugleich auch wider die Zeugen allerhand Einreden aufzubringeu sich unterfanget, und sonsten mehr andere Umbstände diss Orts zu befinden, die dess Herrn klagenden Anwaldts Vermuthungen und Anzeige, damit seines Beklagten begangener dolus verus beygebracht zu seyn, angezogen wird, umb etwas debilitirt oder geschwächt werden: Dañenhero noch zur Zeit ad pœnam ordinariam schwerlich zukommen ist.

Deme allem nach, und weil besonders anjetzo viel mehere Indicia, so wider den Beklagten militiren, dann hiebevor in puncto torturæ fürgebracht, enthalten, diss Orts der sicherste Weg zu seyn wir erachten, wann der gethane Beschluss ex officio rescindiret, klagendem Anwaldt Beweisung gestattet, und selbigem darauf ad partem die Andeutung gethan würde, dass, weilen peinlich Beklagter etlicher Bezüchtigung gar nicht gestehen, und bey selbigen, die er an-

gichtig, sich à dolo mit allerhand aufgesuchten Vermuthungen entschütten will, derohalben er mit Wiederhohlung aller Acten an dienstlichsten Orten, die Tortur begehren: Welchem Begehren dann per Sententiam statt zu thun, darauf die peinliche Frag mit gebührender Maass würcklich exequiret, und der Verhaffte aller geklagten Delictorum, mit allen Umb-Ständen, fürnehmlich ob er solche dolose oder fürsetzlich begangen, befraget werden solle. Darnach man sich der Straff halben, ob nemlich die pœna ordinaria statt, oder selbige umb etwas mitigiret werden möchte, leichtlich zu resolviren haben wird. Actum &c.

CONSILIUM TERTIUM.

Officialis pecuniam concreditam in proprios usus convertens, sed acceptam in rationes referens, quale delictum committat: & quomodo puniatur? Ubi de crimine residuorum.

WAs in der peinlichen Rechtfertigung, wider dene bey dem Herrn Verhafften, und gewesenen Verwalter zu E. gehandlet, auch von ihme zu seiner gesuchten Defension eingegeben worden, das haben wir aus wieder zugelegtem Gerichts-Protocoll, und hinc inde eingereichten Sihrifften, (so wir sambtlich mit allem Fleiss abgelesen) nach Nothdurfft vernommen, und so viel befunden, dass er peinlich Beklagte, gleichwohl seine Haupt-Rechnungen richtig verser-

verfertigt, und dieses, so er von Amptswegen empfangen, in die Einnahm gesetzt, jedoch ein über die Massen grosses, und in die --- 4000. fl sich erstreckendes Remanet (so er längst zuvor gehöriger Orten eingelieffert, oder doch mit der letzten Rechnung baar erstattet haben solte) hinterstellig verblieben, und in seinen eigenen Nutzen verwendet.

Damit er dann allein nicht wider die selbst verstandeneGebühr, sondern auch seinem Staat und geleisteten Aydt entgegen gehandlet, welche ihn dahin weisen, daſs er alles Einnehmen, so er von seinerPfleg wegen erhoben, getreulich bewahren, und in keinen Weg anders verwenden oder gebrauchen, und was an Geld bevor, solches zu jedemmahl, so das gefällt, und er bescheiden wird, überantworten solle.

Und wird dieses Verbrechen auch darmit hochbeschwert, weilen er Beklagter die Particularia, darauſs man seinen grossenRest leichtlich erkündigen kōñen, Falsch und Unrecht gemacht, unzweiffentlich allein zu diesem End, damit er solchen Rest wider die Gebühr noch länger gebrauchen, oder in Handen halten könne. Hierauf, und damit desto gründlicher erkündigt werden möchte, was massen er peinlich Beklagter abzustraffen, ist vorders wohl zuerwegen, was sein Verbrechen eigentlich vor ein Crimen seye. Da dann wir anders nicht befinden können, dann daſs solches pro crimine residuorum zu halten. Crimen enim residuorum est, pecuniæ publicæ alicui ad usum publicum datæ retentio, vel ad usus suos conversio, sive in solidum, sive ex parte. Nam quod in rationibus & pecuniis est reliqua, id in publicis proprie est residua: exinde dicta, quod apud

eum, cui administranda est data pecunia publica, resideat, ut ait *Marcellus in l. Julia. 4. §. lege. ff. ad L. Jul. pecul.* Hac itaque lege tenentur, qui pecuniam publicam sibi concreditam, in alios, quam oportuit, usus consumpserunt, quive eam, quæ apud ipsos ex publicis rationibus remansit, non restituerunt. *l. 2. & d. l. 4. §. 3. & l. 4. sacrilegii. §. eum quoque. 6. ubi gloss. ad l. Jul. pecul. Bonifac. de furt. §. 5. n. 72. & seqq.* Et in terminis *Paulus in d. l. Sacrilegii* respondet, eum, qui pecuniam publicam profitetur, sed post annum, & ita diutius retinet, L. Julia residuorum teneri. Pecuniam autem publicam profiteri & ultra terminum præscriptum retinere, plane idem est cum eo, welcher die völlige Einnahm in die Rechnung bringt, und hernach zu viel Remanet verbleibt. Und obwohl etliche Dd. der Meynung seynd, quod etiam peculatus sive furti publici crimine perfidi & dolosi officiales & administratores teneantur. *Clar. lib. 5. §. ult. quæst. 68. num. 30. Wes. in parat ad L. Jul. pecul. Angel. & Wesenb. in L. Jul. Inst. de publ. Judic.*

So wird doch solches von den Rechts-Gelährten fast gemeiniglich dergestalt erweitert, daß es alsdann allererst beschehe, wann selbige von dem gemeinen Geldt, so ad publicos usus reponirt, und nicht in ihrer Administration, sondern allein ihnen zu verwahren anvertrauet, etwas entwenden, oder doch wann sie ihre Rechnung verfälschen, und zuwenig in die Einnahm setzen, damit der Herr, deme sie gedienet, betrogen werde, und nicht wisse, was ihme gebühre.

Wann auch diese Distinction nicht in acht genom-

men

men würde, müste das Crimen peculatus & residuorum pro uno eodemque gehalten werden. Cum tamen in jure nostro, præsertim *in tit. ff. ad L. Jul. peculatus. &c.* duo hæcce crimina non solum accurate distinguantur, sed etiam diversas habeant pœnas. *l. 3. & l. 4. §. qua lege. 5. ff. dict. tit.* ubi depeculatores deportatione, de residuis autem damnati amplius tertia parte, quam debent, puniuntur, prout etiam fatetur *Petrus Caballus, Resolut. criminal. cent.* 1, *cas.* 99. *n.* 30. *& seqq. & pluribus Farinac. docet de furtis, Quæst.* 171. *n.* 57. *& seqq.* Quo etiam intuitu *Authores Consultationum Saxonic. in Edit. Friderici Mindani lib.* 5. *quæst.* 70. einen Unterscheid machen zwischen diesem Fall, da jemand sich eines Dings, welches der Herr noch in seinen Handen und Gewehren hat, ungebührlich und eygenthätlicher Weiss anmasset, und zwischen diesem Fall, da jemand Geldt oder sonst etwas contrectiret, so er vermög befohlener Administration in seine Hände und Verwaltung bekommet.

So gibt auch die natürliche Vernunfft selbsten an die Hand, dass dieses ein rechter arger und hochsträfflicher Diebstall seye, wann einer ihme anvertrautes Gut hinterhält, und nicht in die Rechnung bringt, solcher auch weit meheres delinquire, und viel härter abzustraffen, dann der jenige, welcher die Rechnungen ratione accepti recht aufgesetzt, doch hernach das eingenommene und selbst bekannte Geld anderwerts verwendet, also unverantwortlich zu viel in dem Remanet hinterstellig verbleibet.

Darumb dann auch *in Supra dicta Consultatione Saxonic. num.* 12. folgende Wort zu befinden: So

über die begangene Veruntreuung, auch die Ambts-Regißter und Bücher, wie bißweilen wohl geschicht, fürsetzlich verfälscht werden, veluti si proventus aut reditus aliquis, vel omnino, vel pro parte, dolose tamen omittatur, wird die Straff nicht unbillich geschärpffet: nam si integer reditus vel introitus dolo administratoris non describatur vel deleatur, præcisioni vel amputationi manus locus erit. §. *coges. in Auth. de Mandat. princ. Ludov. Rom. singul.* 379. *Cæpol. in Auth. Sed novo jure n.* 15. *C. de Serv. fugit.*

Et sic quod Officiales, Camerarii & similes, qui pecuniam ratione administrationis sibi concreditam, male ac perfide tractant, non incidant *in L. Juliam Peculatus* (sicque pecuniam publicam non furentur.) Sed *in L. Juliam de residuis* tantum committant, tradit *Angel. in* §. *sunt præterea. vers. fin. Instit. de publ. Judic. consentit Paris de Puteo de Syndic.* §. *syndicantur & Officiales de Subtractis. Kirchov. vol.* 4. *cons.* 24. *n.* 16.

Estque in eum sensum textus expressus *in supr. dict. l. Sacrilegii.* §. *Labeo. ad L. Jul. pec.* ubi *Paulus* ex *Labeonis* sententia peculatum definit: pecuniæ publicæ aut Sacræ furtum, non ab eo factum, cujus periculo fuit. Et ideo Ædituum, seu ædium custodem, in his, quæ ei tradita sunt, peculatum non admittere, diserte respondit.

Estque *l. unica C. de Crimin. pecul.* (ex eaque desumptus §. *item L. Julia peculatus.* 9. *Inst. de publ. Judic.*) ubi rescribitur: Judices, qui tempore administrationis pecunias publicas subtraxerant: *L.* Juliæ peculatus obnoxios esse, & capitali animad-

verſioni ſubdendos, von dieſem Fall zuverſtehen, ubi Judices pecunias, quas vel non adminiſtrant, ſubtraxerunt, vel licet eas adminiſtrent, tamen occultaverunt eo fine, ne unquam ad dominum pervenirent: non qui reſiduam & confeſſam pecuniam, haud congruo tempore ſolverunt. Id quod etiam ipſa proprietas verbi, *ſubtraxerant*, ſuggerere videtur.

So iſt ingleichem, was *in tit. Cod. de his, quæ ex publ. collat. illat. ſunt, non uſurp. lib.* 10. *& libr. eod. C. Qui ex publ. rat. mut. pec. accep.* verordnet; nicht de adminiſtratoribus, ac imprimis *l.* 2. *C. de his, qui ex publ. rat.* von denen zuvermercken, qui ex repoſitis theſauris Reipublicæ, quorum ſolum cuſtodiam, non vero adminiſtrationem habent, mutuam pecuniam concedunt.

Gleichmäſſiges wird auch *à Berlich. part.* 5. *concl. pract.* 57. beſtättiget, qui *n.* 13. ſcribit, ubi quis pecuniam publicam Principis vel civitatis non furatur, ſed pecuniam ſuo periculo & fidei commiſſam & concreditam duntaxat retinet in totum, vel pro parte intercipit, & in propriam utilitatem vertit, tunc L. Juliam de reſiduis ſibi locum vindicare.

Conſentit *Virgil. Pingiz. Quæſt.* 17. agens de Quæſtore quodam, qui tam male adminiſtravit res ſui domini, & eas in proprios uſus convertit, ut circiter 4000. fl. ſummam conſumpſerit, de qua domino ſuo rationem reddere non potuit, multo minus illud grande æs ei perſolvere aut reſtituere, neque vero eo contentus, pecuniam quoque penes ſe, tanquam Judicem depoſitam contrectavit,

& tanquam pro ſua expendit. Ubi tamen decidit, pœnæ corporali locum non eſſe, inter alia ita ſcribens : Talis officiarius vel Quæſtor & ſimiles adminiſtratores publicam pecuniam contrectantes, & in uſus ſuos convertentes, non poſſunt puniri in corpore, quia eorum periculo pecuniam recipiunt, & de ea rationem reddunt.

Et communis etiam eſt Dd. concluſio, quod adminiſtratio mitiget delictum. *l. multi ff. de publ. & vectig. Bald. in c.* 1. §. *injuria. verb. ſive furtum. n.* 10. *ſub fin. tit. de pac. Juram. firm. Tiraq. de pœn. temper. cauſ.* 58. *num.* 1. *poſt princ.* Dici quidem poſſet, huncce Officialem, cum inciderit in crimen reſiduorum, quod ſaltem æquale eſt crimini furti, debere ad minus puniri pœna ipſius furti, quod etiam dicitur commiſiſſe, *ſec. Cæpoll. Conſil.* 39. *in* 3. *dubio n.* 35. dicentem, quod qui tenetur de reſiduis, tenetur etiam furti, *per l. ob pecuniam.* 83. *ff. de furt. & per not. in l. unic. C. de Crim. pecul. ubi gloſſ.* quam ibi ſequitur *Salic. in* 2. *oppoſit.* Idem videtur ſentire *Bonifac. de Vitalin. in tract. de Malefic. rubr. ad L. Jul. pecul. in fin. ſub n.* 2. *verſ. ſed hodie.* quia contrectaſſe videtur pecuniam publicam : & furtum eſt contrectatio rei alienæ fraudulоſa, lucri faciendi cauſa, vel ipſius rei, vel etiam uſus ejus, vel poſſeſſionis, quod lege naturali prohibitum eſt admittere. *l.* 1. §. *fin. ff. de furt.* Utendo enim pecunia publica aliter, quam ſibi ſit conceſſum, imo contra præcepta legum municipalium, ſciens Principem, ſi hoc intelligeret, non conceſſurum plusquam veriſimiliter & probabiliter ac pro certo : Cum ſit res prohibita & mali exempli, utique videri poſſet furtum committere,

tere. *juxta l. ſi ut certo. §. quinimo. juncta ibi gloſſ. ff. commod.*

Attamen utcunque crimen reſiduorum furti habeat rationem, non tamen revera furtum, & tale eſt, quod mortis pœna puniatur: ut etiam in terminis noſtris *Matthias Colerus deciſ.* 207. ſcribit: Jure civili delinquentes in officio, ſubtrahendo, videlicet, id, quod debetur Magiſtratui, pœna furti teneri, idque ideo, quia furti pœna Jure Pandectarum arbitraria & pecuniaria erat. Jure autem moderno, quandoquidem pœna furti furca eſt, & ita criminalis, non eſt talis interpretatio, ſed mitior facienda. *Jaſ. in Auth. quas actiones, n.* 21. *&* 22. *C. de SS. Eccleſ. ubi Zaſ.*

Sicque etiam *Berlich. dict. concl.* 57. *n.* 27. tradit: Quæſtores, Præfectos & ſimiles officiales ex quorundam opinione, de jure civili furti teneri, ſed id ad noſtra tempora, ubi pœna furti eſt criminalis, & quidem capitalis, extendi non poſſe.

Et quamvis *Petrus Caballin. reſol. crim. caſ.* 99. *n.* 4. 40. 47. *& ſeqq.* tradat: Statutum puniens furtum, non ſolum locum habere in crimine peculatus, ſed & in crimine reſiduorum: Contrarium tamen placet *Farin. de Furt. Quæſt.* 71. *n.* 19. ubi ex *Vincent. de Franchis.* firmat, qui crimen peculatus, ſeu de reſiduis committit, non tamen proprie furtum perpetrare, præſertim ab eo, qui publicæ pecuniæ exactor, ſeu adminiſtrator exiſtit: cum tunc non adſit illa contractio de loco ad locum, quæ requiritur in furto.

Obwohl auch *in der peinlichen Halſs-Gerichts-Ordnung Artic.* 170. *verſehen, daſs*

welcher mit eines andern Gütern, die ihme in gutem Glauben zubehalten und zuverwahren gegeben seynd, williger und gefährlicher Weiss dem Glaubiger zu Schaden handelt, solche Missethat einem Diebstal gleich zustraffen seye.

So ist doch selbiges von diesen zuverstehen, so res alienas malitiose intervertiren, und den verum Dominum darumb zu bringen begehren, nicht von denjenigen, so solcher Güter sich allein wider Recht gebrauchen, und dass sie dieselbe bey sich haben, bekandtlich seyn. *Gravett. consil. 287. n. 2. vers. neganti enim depositum Boss. tract. de Furt. n. 45. vers. sed tamen. & num. seqq. Berlich. dict. concl. 57. n. 21.*

Da hingegen in unserm Fall einmahl peinlich Beklagter nicht gestehet, noch auch dessen überführet dass er etwas seiner gnädigsten Herrschafft abzutragen, zu intervertiren, oder auss dem Weg zuthun gemeint gewest seye: sondern es bestehet sein Delictum allein darinn, dass er das Ambt-Gelt gebraucht, viel zu lang bey sich behalten, auch ihm eingebildet, solches entweder nach und nach zu bezahlen, oder etwann einen guten Theil zu einer Güldt oder auf einen Zinss zurichten.

Wie dann auch unsers Vermeinens dieses nicht auss der acht zulassen, dass ihre Fürstl. Gn. umb solchen Aussstand wiederum bezahlt wird, wie peinlich Beklagter probabiliter berichtet, und solche Rechnung ihme, wie wir vermeinen, nicht genugsam umgestossen wird.

Tunc autem maxime Casserium sive officialem furtum committere, & ut furem puniendum esse, tradunt, quando Domini pecunias consumeret, & non

non ſufficientes haberet facultates pro ſolvendo pecuniam. Ac etiam *Petr. Caball. cent. 2. reſol. crim. caſ.* 136. ubi tradit: Caſſerium pecuniam ſibi concreditam in proprios uſus convertentem vere furti teneri *n.* 24. talem circumſtantiam imprimis perpendit, ut & *Garſ. Maſtril. deciſ.* 238. *n.* 11.

Wie nun hieroben angeregter maſſen de Jure civili das Crimen reſidui alſo geſtrafft wird, daſs einer den dritten Theil deſſen, ſo er dergeſtalt zuſpat lieſſert, noch darzu erſtatten muſs: Als iſt es nunmehr dahin gelangt, ut extraordinarie pro arbitratu puniatur, pro modo delicti, & delinquentium qualitate. *Bonifac. de Furt. §. alienæ rei.* 5. *n.* 78. ut etiam *Berlich. d. concluſ.* 17. *ubi num.* 30. ſcribit, & multos Authores adducit, qui dicunt, quod ejusmodi officiales doloſe & fraudulenter pecunias in proprios uſus convertentes, criminaliter quidem, non tamen pœna ordinaria, ſed extraordinaria pro arbitrio Judicis puniantur. Cui etiam opinioni ipſe ſuum calculum addit.

Wie nun bey denen Rechts-Gelährten mehrers dahin geſchloſſen wird, quod arbitrium Judicis non extendatur usque ad pœnam mortis vel corporalem, maxime ſi delictum tale ſit, cui de Jure non infligeretur pœna mortis. *Jul. Clar. lib.* 5. *§. fin. Quæſt.* 33. & 83. Qui communiorem, & ab ea in judicando & conſulendo non recedendum dicit. *Cævall. Opin. commun. contr. comm. Quæſt.* 304. *Boer. deciſ.* 317. *n.* 2. *Fachin.* 1. *conſil.* 99. *n.* 27. ubi ait, quando pœna eſt arbitraria vel extraordinaria, hoc modo nunquam poſſe Judicem pœnam mortis arbitrari & imponere, niſi atrox & grave ſit delictum. *Menoch.*

noch. de arbitr. Jud. qq. caſ. 86. in pr. Als können wir auch bey dieſem Fall, habita ratione omnium circumſtantiarum, ſo auſs denen Actis befindlich, unſers theils anders nicht erachten, dann daſs peinlich Beklagter allein mit ewiger Landsverweiſung, auch Bezahlung ſeiner Atzung, und von dem Herrn Anklägern auſsgelegten Koſtens Refuſion, zu condemniten ſeye.

Weilen dannoch die langwierige Gefängnus, und andere höchſte Ungelegenheit, darein Beklagter ſambt ſeinen Weib und Kindern geſtürzt wird, auch umb etwas anzuſehen, und eine mitigationem pœnæ verſchaffen.

Etenim cum quis diutius in carcere detinetur, clementius quoque puniendus eſt: ita videlicet, ut à pœna, quam pati debuiſſet, detrahatur, quod ob diuturnum carcerem paſſus eſt, textus eſt ſingularis *in l. omnes. C. de pœnis.* ubi tempus carceris computatur in tempore exilii. Nam, ut ibi dicitur, ſit ſatis imenſorum cruciatuum ſemel luiſſe ſupplicia, ne hi, qui diu privati ſunt auræ communis hauſtu & lucis aſpectu, non intra breve ſpacium catenarum ponderibus prægravati, etiam exilii pœnam ſuſtinere iterum compellantur. *Tiraq. de pœn. temper. cauſ.* 41.

Zu welchem auch dieſes kombt, daſs peinlich Beklagter ſich zu vor wohl gehalten, Ihrer Fürſtl. Gn. wie er vorgibt, und nicht widerſprochen wird, allerhand gefährliche Reyſen, auch mit Tranſportirung nahmhaffter Summen Geldts, verrichtet.

Vitam autem ante actam in minuendis pœnis conſiderandam eſſe, tradit *Tiraq. de pœn. temper. cauſ.* 51.

Und

Und obwohl bereits angeregter massen dieses Crimen residuorum hiermit aggraviret wird, in dem peinlich Beklagter seinem geschwornen Staat entgegen gehandlet, krafft dessen er das Ambt-Geldt nicht brauchen oder so lang hinter sich behalten sollen: So können wir doch unsers Theils nicht darfür halten, dass er peinlich Beklagter nach Anleitung der Halss-Gerichts-Ordnung mit Abhauung zweyer Finger zu straffen seye.

Cum Carolina sanctio Criminalis artic. 107. & alibi etiam de casibus specialibus loquatur, ideoque non debebat extendi, arg. traditorum *ab Hartm. Pistor. obs.* 151.

Et etiam pro Regula venditatur, quod perjurus puniatur extra ordinem pœna stellionatus, & arbitraria *Farinac. de Falsit. & simulat. Quæst.* 160. *num.* 32.

Et in terminis nostris *Virgil. Pingizer. dict. q.* 47. *n.* 8. & 9. scribit: criminalis constitutio Imperii non omnibus, sed iis duntaxat, qui Urphedam fregerunt, hanc pœnam imponit. Idcirco hæc pœna non videtur extendenda ad Quæstorem: quippe cum non omne perjurium puniatur hujusmodi pœna, sed jure communi aliæ pœnæ sint constitutæ, ut videlicet perjurus sit infamis, & insuper pœna extraordinaria puniri possit, quemadmodum copiose hoc probat *Covarr. in repet. cap. quamvis. de pact. in* 6. §. 7. *n.* 4.

Ob gleichwohl auch gantz unverantwortlich und hochstraffbar ist, dass peinlich Beklagter seine Particularia, wie er nicht in Abred seyn kan, zu dem Ende verfälschet, damit man sein grosses Remanet nicht so leicht-

leichtlich mercken, und er consequenter das Ambt-Geldt länger brauchen könne.

Attamen pœna falsi & hodie quoque arbitraria, & sic quandoque major, quandoque minor est juxta casuum diversitatem, & maxime exilium illi crimini imponi solet. *Farinac. de Falsitat. & simulat. Quæst.* 105. *num.* 21. & *seqq.* Zu dem befindet sich auss den Actis, dass diesem Delicto, wann nehmlich die Particularia mit der Haupt-Rechnung nicht übereinstimmen, ein gewise Geld-Straff, nehmlich --- 50. fl. præfigirt oder aufgesetzt seye.

Welchem allem nach, und weil sonderlich peinlich Beklagter in der Haupt-Rechnung kein Falsch gebraucht, oder etwas zu unterschlagen gemeint gewest, auch Ihre Fürstl. Gn. an ihme sich dess Residui noch zu erhohlen haben, (da hingegen andere Dd. inprimis *Petr. Caballus cent.* 1. *resolut. cas.* 99. ubi Camerario ob crimen residuorum mortis pœnam imponit, in eo casu redet, ubi Officialis ex arca seu capsa in loco officii retenta, aliquid surripit, & expectato opportuno tempore, ad propriam domum clam detulit, & insuper sciens se non solvendo esse, hoc fecit) Wir unsers Theils der Meynnng verbleiben, dass nachfolgende Urtheil, (doch in allweg salvo rectius sentientium Judicio) aussgesprochen werden möchte.

Urtheil.

Urtheil.

IN peinlicher Rechtfertigung sich verhaltend zwischen N. N. Anwalt, Klägern eins, Entgegen und wider N.N. gewesten Verwalter zu E. peinlich Beklagten andern Theils, ist auf Klag und Antwort, sein Beklagtens eygene Bekandtnuss, auch alles andere gerichtlich beschehen Fürbringen, nach gethanem Rechtsatz, genommen bedacht, und gehabten Raht, mit Urtheil zurecht erkennt, dass er peinlich Beklagter wegen geklagter Misshandlung, über allbereits aussgestandene Gefängnuss, dieses Fürstenthumbs und darzugehörigen Landen hiermit verwiesen, zumahl seine Atzung selbsten zubezahlen, auch dem Herrn Anklägern alle in dieser Sachen aufgewendete Unkosten gut zuthun schuldig seyn solle, &c. Woltens &c. Actum &c.

(L.S.)

FINIS.

HYPO-

HYPOTYPOSIS JURIS SUBDITORUM.

Aphorismus I.

QUemadmodum DEUS TER OPTIMUS MAXIMUS in prima rerum conditione statim dominii jus sibi vindicavit, ut merito dicatur, *Dominum tenere, esse proprium solius DEI*, ita ejus nomine homines hominibus præsident, & dominium rerum habere à divina procedit authoritate, à qua omnis potestas dependet: sic enim Spiritus Sanctus *Proverb.* 8. & ait, *Per me Reges regnant & legum conditores*, & idem Salomon 2. *Paralip.* 1. fatetur, *se Regem à Domino constitutum.* Non enim est potestas nisi à DEO *Rom.* 13. Quod singulari emphasi aliis exprimere voluit FRIDERICUS III. In der Reformation zu Franckfurt am Mayn Anno 1442. aufgericht in princ. Sintemahl Wir von GOttes Gnaden unverdienster Sachen zu der Würde dess Römischen Königlichen Gewalts erhöhet. Et *Maximilianus* in der Reformation die Frey-Schöpffen und das heimliche Gericht zu Westphalen betreffend, zu Worms Anno 1495. in princ. Nachdem Wir von GOttes Gnaden zu der Höhe Römischer Königlicher Würde unverdienst beruffen

beruffen und kommen seynd. Et Otto I. in Epistola ad Romanum Pontificem apud *Goldast. tom.* 1. *Constit. Imper. pag.* 220. respectu divinæ Clementiæ Imperatorem se dicit Augustum. *Non vengono dati a caso i Principe della terra, ma donati della maestà di Dio, che è il primo Principe, &c. Giuseppe Mattheacci ragionam. polit. pag.* 7. addatur *Carpzov. in tract. de Leg. Regia German. c.* 1. *sect.* 2. *n.* 44. 45. 46. & 47.

2. Principatu igitur ita constituto, quasi per consequentiam successit subjectio, qua Principes tam in personas quam res jus quoddam acquisiverunt, ut ex plenitudine potestatis imperent, vetent, permittant, puniant. *l. legis virtus. ff. de LL.* Unde emanare dicitur *Jus Superioritatis*, die Lands-Fürstliche Obrigkeit, Land-Ober- und Herrlichkeit, hohe Lands-Obrigkeit, cujus concessione omnis omnino in concessa ditione exercetur Jurisdictio, [Quo tempore Principes acquisiverint Jura territorialia. *vid. ap. Carpz. ad L. Reg. German. cap.* 1. *sect.* 12. *n.* 8. 9. & *seqq.* De præeminenti dominio Principis & Reipublicæ in subditos, eorumque bona, ac jus quæsitum. *vid. Tract. Jacobi Andr. Crusii, per tot.*] Et personæ, quibus imperatur, dicuntur *Subditi*, Unterthanen & quidem à subdendo, quasi personæ summæ alterius potestati subjectæ obligatæque. *Besold. de Jur. ordinibusque civ. cap.* 1. Quam rem ipso *Tacito Annal. lib.* 6. *c.* 8. *num.* 5. succinctius explicavit nemo, dum sic dicit: *Non est nostrum æstimare, quem supra cæteros, & quibus de causis extollas. Tibi summum rerum Judicium Dii dedere, nobis obsequii gloria relicta est.*

3. Etsi autem *sec. Warenmund. ab Erenberg. tract. de Fœder. lib. 2. c. 1. n. 40.* Subditum definire vel saltem describere *arg. l. 202. ff. de R. I.* Periculosum sit, tamen generalissime describi potest, * *Homo Jurisdictionalis, cui in omnibus à Domino Territorii præcipi ac mandari potest. Schwanmann. decis. 10. n. 31. pagin. 108.* Qui Subditus fit duobus modis, Origine & Domicilio (nam etsi etiam aliquis ratione contractus vel delicti forum sortiatur illius Principis vel Domini, sub quo contraxit vel deliquit, non propterea tamen & hoc ejus efficitur subditus. *Dec. in cap. ad nostram de appellat. num. 3. & consil. 661. n. 6. versic. in casu de quo. & consil. 550. n. 8. incip. Juridicam. Gail. de pignorat. cap. 15. n. 2.*) Origine censetur & fit subditus, qui natus est ex subdito Principis vel Magistratus etiam extra territorium: sequitur enim soboles conditionem parentum. [*l. 10. ff. de Senat.* non enim tam locus in quo, quam persona ex qua quis natus sit, inspicitur. *l. cum satis. 23. C. de agric. & censit.* qui enim nascitur ex Campanis, Campanus est. *l. 1. ff. ad municip.* Quod etiam locum habet in nepote, modo nascatur vivo avo. *§. fin. Instit. de patr. potest.*] *§. pen. Inst. de jur. personar. l. lex. naturæ. ff. de stat. homin. l. 1. §. 2. ff. ad municipal.* & quoad servitutem, dominium & libertatem, domino acquiritur. *Exod. cap. 21. vers. 2. 3. & seq. Levit. c. 25. vers. 40. 41. & seq. Deut. c. 15. vers. 12.* Domicilium, quod subditum constituit, est ubi quis tanquam subditus homove jurisdictionalis ejus loci fortunarum suarum sedem habet fixam: non enim contestatione, sed re & facto domici-

* *Descriptio Subditi.*

micilium inducitur, ipſa nimirum habitatione concurrente cum animi conteſtatione. *Wendelin. in Politic. lib. 2. c. 17. theſ. 2. Gail. 2. obſerv. 35. P. Frider. Mindan. de Mandat. lib. 2. c. 46. pag. mihi. 458.* Illi qui extra territorii limites habitant, licet Principis tuitione fruantur, civesque vocari mereantur, incolarum nomine rectius, quam ſubditorum indigitantur, uti hoc fuſius recenſet *Ritter. de Homagio. cap. 4. n. 95.* * Diverſa quoque à Subditis vaſallorum natura eſt, quos juramenta homagialia & fidelitatis diſcernunt. [De Subditis, Vaſallis & clientibus, & quænam inter hos ſit differentia *vid. ap. Arum. in Jur. publ. part. 2. Diſcurſ. 26. per tot.*]

4. Domicilium (ut hoc obiter addam) acquiritur etiam ſec. *Gail. prox. cit. loc. num.* 10. beneficio, lectura, adoptione, &c. De tempore vero, quo domicilium acquiratur, jus civile & paſſim conſuetudo Germaniæ non conveniunt: Jus enim civile *in l. 2. C. de incolis lib.* 10. requirit decem annos. In civitatibus autem Germaniæ plerumque incolatus ex conſuetudine vel ſtatuto poſt annum acquiritur, & non patiuntur advenam diutius ibi commorari, ſi lapſo anno jura civium redimere nolit, ** das Bürgerrecht in Jahr und Tag empfangen, quod propter communia onera civium ſummam habet æquitatem. *Gail. d. loc. num. 7. & 8.* In quibusdam locis receptum eſt, ut qui civis eſſe vult, & ex alio commigravit, teſtimoniales ab illo magiſtratu ſub quo degit, afferat, & ſua legalitate & bona gratia Principis, ac ſimul fidejuſſores præſtet, ſe legitime

* *Differentia inter ſubditum, incolam, & vaſallum.*
** *De jure civitatis*, vom Bürger-Recht.

gitime natum, nec illius hominem proprium esse, quod vulgo Mann-Recht vocant, Mann enim pro libero sumitur. Würtenberg. Land-Ordn. *fol.* 4. *Carpzov. Ipr. for. part.* 2. *constit.* 6. *def.* 15. *n.* 1. [Pro cautela hic notandum est, ut si quis petat domicilium habitationis, sine jure civitatis, wann einer in einem Ort wohnen, und doch nicht Bürger seyn will, tunc caute agit si caveat, se velle tantum ratione futurorum contractuum & delictorum ibi conveniri, non vero ratione contractuum jam alibi celebratorum, aut bonorum alibi sitorum. Cavere autem sibi potest per protestationem & literas Reversales. Sed tunc videbit Princeps aut Magistratus, an ei concedere tale quid velit, nec ne. Nam tempore receptionis in civem, potest Dominus apponere legem quam vult, Unde vulgo dici solet, quod contractus ex conventione legem accipiat. *per vulg.*

5. Civis creandi potestas competit Senatui & Magistratui municipali, citra jussum Domini territorialis, hoc enim non est de Regalibus Principis. *Petr. Anton. de Jur. Princ. cap.* 15. *n.* 1. *Gylman. tom.* 5. *Symphor. Relat.* 10. *fol.* 47. *n.* 1. 2. Et quidem cives senatui suo homagii juramentum vulgo den Bürger-Aydt præstare tenentur. *Knich. de jur. territor. c.* 3. *n.* 162. Quod juramentum ad heredes non est transitorium. *Socin. cons.* 84. *n.* 9. *vol.* 3. *Sichard. ad tit. C. de patrib. qui filios suos. distr. n.* 2. & 3. ubi adducit notabilem casum: Quod filiis ex eo, quod pater in loco aliquo emit jus civitatis das Bürger-Recht, & se ad certa onera tam personalia quam realia obligavit, non præjudicatur. Licet igitur parens præstiterit juramentum civitatis den Bürger-

ger-Aydt, tamen quando filius matrimonium init, laremque ſovet, vel etiam defuncto parente, juramentum præſtare cogitur, alioquin in civem vel ſubditum non recipitur, haud ſecus ac ſi advena in civem vel ſubditum adſumatur, qui pariter hoc juramentum exhibet. *Chopp. de civil. Paris. morib. lib. 2. tit. 7. n. 3. fol.* 283. Reſpectu vero Principis aut civitatis dictum juramentum ad heredes tranſitorium eſt. *Menoch. conſil.* 839. *lib.* 9. Cum ſubditi jurent Principi & ſuis heredibus: Conſuli Reipubl. & eorum ſucceſſoribus, als ihren Erb-Herren, ihrer Obrigkeit und deren Nachkommen. *Knich. de ſublim. territ. c.* 3. *n.* 252.

6. Illud dubio caret, quod civilitas acquiſita tranſeat in filios. *l. aſſumptio. §. filius. ubi Bart. n.* 3. *ad municipal.* Sic D. Paulus Romæ natus ſe civem Romanum fatetur. *Actor. c.* 22. *verſ.* 29. Quod mores noſtri fere ſequuntur, niſi contrarium per ſtatutum vel conſuetudinem introductum ſit: Nam in quibusdam locis conſuetudo eſt, daſs wann ein Stadt-Kind, ſo alias jure nativitatis & originario das Stadt-Recht hat, auſſer der Stadt eine zur Ehe nimbt, und auſſer der Stadt Hochzeit hält, und das Beylager nicht in der Stadt vollbringt, ſo hat er dardurch das Jus civitatis verlohren. Qualis conſuetudo Antverpiæ obſervatur. *videatur Jus municipale Antverpienſ. tit.* 37. *Vande binnen poorters tzy gehörede offt gebohren. artic.* 11. *Petr. Weſenb. conſil.* 1. *num.* 12. & 39. *Weben. in obſervat. Pract. verb. Gewonheit. pag. mihi.* 232. Wormatiæ Jus civitatis, das Bürger-Recht, perſonale jus eſt, & cum perſona extinguitur, und kan ein Ex-

 traneus

traneus per ſucceſſionem rerum deſſen nicht theilhafftig werden, ſondern nach der Stadt Worms Regalien, Herkommen und Gewonheit, muſs auch eines jeden Bürgers und Einwohners Sohn, ſie ſeyen von Adel oder nicht, nach ſeines Vatters oder Anteceſſoris Todt ſich mit einem E. Rath, da er ledigen Standes wäre, das jus tributarium zu vorders wiederum ſtellen, oder da er ſich zu eygener Hauſshaltung begeben wolte, umb das Bürger-Recht von neuem anſuchen, und ſich darzu der Gebühr qualificiren. Alsdann iſt ein ſolcher der Bürgerlichen Recht und Gerechtigkeit theilhafftig, auch der Rath ihn darbey zu handhaben, Ihn und das Seine zu ſchützen und zu ſchirmen ſchuldig. Plura hac de re, an ſc. Jus civitatis ſit jus reale vel perſonale, vel an jus civitatis nativitate materna vel paterna acquiratur. *vid. ap. Gylman. tom. 5. Symphor. relat.* 10. *fol.* 47. *in fin. à n.* 1. *usque ad* 6. Cui Ego addo ex Carpzovio. *deciſ. Saxon. I.* Quod Domicilium Originis naturale non tribuat locus nativitatis, ſed origo ac Domicilium patris. Et ex Petr. Peckio. *tract. de Jur. Siſtend. cap.* 5. *n.* 23. *p.* 60. Quod is qui natus eſt in aliqua civitate per quam mater tranſibat caſu, civis illius civitatis dici non Poſſit. *per text. & Dd. ibi allegatos.*

Quæſt. 7. In quæſtione: an & quando aliquis duarum civitatum civis eſſe poſſit? Diſtinguendi & conſtituendi ſunt *quatuor caſus:* quorum *Primus* eſt, quando quis eſt *civis originarius* unius civitatis: hic ſine controverſia effici non poteſt civis originarius alterius civitatis, cum origo ipſa tanquam quid naturale nequeat mutari. *l. aſſumſio in pr.*

C. de

C. de municip. & orig. lib. 10. Imo interdum pœnis afficitur, qui relicta & ementita patria, ſe alterius civitatis civem facit. Et primum quidem Conſtantinus *in l. ult. d. tit. de municip. & origin. lib.* 10. ſtatuit, hunc ſuſtinere debere utriusque civitatis onera. Cæterum hoc in caſu poteſt civis iſte originarius effici civis alterius civitatis electione, h. e. privilegio, ſecundum jus ipſum commune, quo non reperitur hoc prohibitum.

Secundus caſus eſt, quando quis *manumiſſione* factus eſt civis illius civitatis, in qua à Domino fuit manumiſſus, ſicuti ſtatuerunt Impp. Diocletian. & Maximin. *in l. Cives. C. de Incolis. lib.* 10. Hoc enim caſu civis iſte alia manumiſſione effici non poteſt civis alterius civitatis: Cum ſemel libertate donatus (niſi denuo in ſervitutem reincidat) manumitti amplius non poſſit. Civis tamen iſte privilegio effici poteſt alterius civitatis civis, quemadmodum à fortiori civi originario ſic permiſſum eſſe diximus.

Tertius eſt caſus, quando quis *adoptione* factus eſt civis, hic alia adoptione effici non poteſt civis alterius civitatis: cum donec eſt in adoptione, in alterius poteſtatem ſe conferre non poſſit, niſi fiat privilegio, ſicuti in duobus præcedentibus caſibus diximus.

Quartus caſus eſt, quando quis factus eſt civis *electione*, h. e. privilegio, *juxt. d. l. cives.* Hic poteſt alio privilegio civem ſe alterius civitatis facere: Cum in ejus ſit facultate, renunciare illi privilegio & electioni, arg. *l. ſi quis in conſcribendo.* 29. *C. de pact. c. ſuper hoc* 5. *x. de renunc. Giſan. in tract. de renunc.*

c. 2. p. 48. [Quamvis olim more Romanorum non licuerit injussu Principis ex una civitate in aliam comeare. *Panegyr. Flav. ad Constantin. Imper.* & bona metroicorum colonorum, qui sine rescripto sedem mutabant, fisco vindicata fuerint, *l. 4. C. de Jur. Fisc.* Cicero tamen *in Oratione pro Balbo*, ait: O jura præclara, atque divinitus jam inde à principio Romani nominis à majoribus nostris comparata, ne quis invitus civitate mutetur, neve in Civitate maneat, invitus &c. Quod de legibus saltem posterioribus Romanorum intelligit *Grot. de Jur. Bell. & Pac. l. 2. c. 5. n. 24.* Hodie de consuetudine Germaniæ Civitati ejusque Juri renunciare solum vertere, & patriam patria, civitatem civitate mutare, cuivis licet, etiam invito magistratu. *R. A. zu Augspurg. de Anno* 1555. §. *Wo aber unsern. Aur. Bull. cap.* 16. *& ibi Buxtorff. concl.* 69. *lit. f. Gail.* 2. *obs.* 36. *n.* 7. *& ibi Græven. consid.* 2. *n.* 3. *Besold. in thes. pract. verb. Abschoss.* Ratio consuetudinis receptæ est, ne libero homini facultas commodandi, ubi velit, adimatur, cum natura nos certo loco non adfixerit, quasi adscriptitios, sed totum orbem inhabitandi concesserit, ita ut patria sit, ubicunque animo bene est. *Knipschild. de Jurib. ac privil. civit. Imp. lib.* 2. *c.* 20. *num.* 2. cujus verba refert *Crusius de Jure detract. c.* 1. *n.* 9. *&* 11. Præterea receptio in subditum pro beneficio habetur, quod nemo invitus retinere tenetur. *Carpzov. part.* 3. *decis.* 290. *n.* 32. Nec statutum valere, quo quis prohibetur, ne domicilium mutet, volunt *per l.* 28. *l.* 71. §. 2. *de cond. & dem. Klock. de vectigal. concl.* 63. *Scheplitz. ad Consuet. Brandeb. part.* 4. *tit.* 2. Quamvis re-

ctius

ctius nobis contrarium statuere videantur *Klock. de contribut. c. 7. n. 242. Menoch. consil. 1176. Græven. 2. concl. 36. consid. 2. n. 6. & alii.*]

8. * Distinctiones subditorum adferuntur à variis variæ: distinguam ego primo in originarios & peregrinos. Originarios appello, qui ab originis ratione Jus civitatis obtinendæ assecuti sunt. Peregrini sunt, qui aliunde ad civitatem accesserunt, & suffragio consensuque reliquorum civium civitatis jus (quod est potestas utendi fruendi commodis, privilegiis & libertatibus civitatis) consecuti sunt. ** Ubi in parenthesi notandum, verbum *Peregrini* duplicem admittere significationem, ita ut nonnunquam designet eum, qui jus civitatis Romanæ amisit ex causa pœnæ, quales sunt illi, quibus aqua & igne interdictum est, aut qui deportati, adeoque de numero civium sunt exempti *l. 6. §. 2. ff. de hered. instit. l. 10. ff. de in jus vocando.* interdum denotet etiam eum, qui non sit civis Romanus ut in *l. 2. §. post aliquot 28. ff. de O. I. l. 9. §. 4. ff. de dolo mal.* licet igitur priori casu peregrini nec jus testandi, nec etiam ex testamentis quicquam capiendi habuerint. *l. 1. C. de hered. instit.* secus tamen in casu posteriori, ubi peregrinus pro extraneo accipitur, dicendum erit, *l. 9. & 11. C. de heredib. instit. vid. Harprecht. ad pr. Instit. de Testam. Ordin. num. 81. Gilck. ad l. 1. C. de hered. instit. n. 2.*

9. Peregrini iterum sunt vel Christiani vel Judæi: Christianos peregrinos quod attinet, illi an in numerum civium tuto recipi possint? *** inter

* *Subditi distinguuntur primo in originarios & Peregrinos.*
** *Peregrini.* *** *Quæstio.*

ter Politicos controversum est : Athenienses & Lacedæmonii in civitatem peregrinos non recipiebant, quia à peregrinis plerumque mores induci solent peregrini, & civium jura labefactari: unde quod locusta segeti , id civitati peregrinus esse dicitur. Diversum tamen aliis placuit. Unde *Cic. lib. 3. offic.* ait, Prohibere peregrinos inhumanum est. Et Theseus primum Athenas receptione peregrinorum populosissimas affecit. *Hodie quoque passim in civitates peregrini recipiuntur, sub certis tamen conditionibus & cautionibus: quarum *prima* est, si peregrini vitæ honestæ antea actæ testimoniis maxime sint conspicui, nec ob justas causas ex aliis Rebuspublicis exclusi sint, & in exilium ejecti, neque ignavi sint suci, impii & flagitiosi, qui morum suorum corruptela & contagione cives inficere possint. *Secundo*, si sint bonæ nationis, & tales, qui evidenter vel agris hortisque sedulo excolendis, vel opificiis utilibus exercendis, vel negotiationibus frequentandis, aliisque honestis studiis & artibus Rempublicam ditare, ornare & amplificare possint. *Tertio*, ut admittantur tum demum, cum evidens reipublicæ utilitas id requirit. *Quarto*, ne peregrinorum numerus nimis excrescat: nam magnus eorum numerus, civitati sæpe periculosus & exitiosus fuit, *Quinto*, ne facile ad honores, magistratus & munera publica admittantur, de qua cautione vide *Bodin. lib. 1. de Republ. cap. 6. Joh. Cas. lib. 5. sphær. civit. c. 1. circ. fin.* [An peregrini in bene constituta Republica publicis officiis præficiendi ? vid. pro

&

* *Quibus conditionibus peregrini in civitatem recipiendi.*

& contra disputatam hanc quæstionem apud *Job. Paul. Felwinger, in Explicatione Politica Rationis ditescendi, pag. mihi,* 226. 227. *& mult. seqq.*] *Sexto*, ut coerceantur certis legibus, ne novos mores introducant, & aliis civibus præjudicent. Ita facile vitantur incommoda, quæ timeri à peregrinis solent. Plura huc facientia vid. ap. Machiavell. *lib.* 1. *de Republ. c.* 26. *Henning. Arnisæ. doctr. polit. c.* 12. *p.* 275. 276.

10. * Judæi, quod ex stylo & consuetudine Germaniæ nomine civium & subditorum comprehendantur, plane inter Interppr. caret dubio. *Mynf. cent.* 5. *obs.* 6. *Schonb. lib.* 3. *politic. c.* 35. *pag. mihi* 257. ita ut etiam ob captum Judæum processus in Camera super pignoratione impetrari queant. vid. *Schwanman. in obser. Camer.* 67. *& in process. Cam. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 20. [In jure civili nulla est constituenda differentia inter Judæum & Christianum, nisi illa à lege posita sit. Quæ autem illa sint, quæ Judæis specialiter sint denegata & permissa, vid. ap. *Sprenger. in Fragment. Jur. publ. p.* 213.] Sunt enim Judæi jure territorii vermög der Lands-Fürstlichen Obrigkeit, sub tutela & protectione Regalia habentium (Schirms-Verwandten) *Aur. Bull. tit.* 9. *Reformation* guter Policey zu Augspurg, *de Anno* 1584. *tit.* Von Juden und ihrem Wucher, *ibi*, dass hinfüro niemand Juden aufzunehmen und zu halten gestattet werden soll, dann den jenigen, die von uns und dem H. Röm. Reich Regalia haben, oder insonderheit derhalben privilegirt seyn. *Et in Reformatione Francofurtana de Anno* 1577. *tit.* 20. ubi iisdem forma-

* *Judæi.*

formalibus repetitis adjicitur: Da aber jemandt darüber Juden aufnehmen würde, so sollen doch dieselbe an keinem Ort Sicherheit noch Geleydt haben, darneben von uns ernstlich eingesehen, vorgenom̃en und abgeschafft werden solle, &c. [Jus Judæos recipiendi an competat Nobilibus? *vid. Spreng. in Jur. publ. pag. mihi.* 315. & 316. * Sed quæritur: An Principes Imperii hoc Regale, Judæos in protectionem recipiendi, salva conscientia exercere possint? De qua quæstione vid. pro & contra disserentem *Limn. de Jur. publ. lib.* 3. *c.* 2. *an.* 16. *usque ad n.* 36. & *Synops Jur. publ. Spreng. c.* 11. *pag. mihi*, 263. & *seqq.* quibus addatur. *Weben. in obs. Pr. verb.* Juden, Judischheit, *pag.* 301. 302. & *seqq.* & *Balduin. in casib. conscient. lib.* 2. *c.* 6. *cas.* 5. [An Judæi protectionis beneficio digni censeri debeant. *vid. ap. Bürger. cent.* 3. *obs.* 79. *pag.* 113. Et de Judæorum, ad Christum Salvatorem nostrum, conversione. *Besold. in Tract. polit. de Jure ordinibusque Civium. pag.* 51. 52. *n.* & *seqq.* Hoc certum est, Judæos pejores esse aliis infidelibus, & ideo non facile tolerandi propter execranda crimina quibus illustres illos historia notat, & ob horrendum illum, quem ultimo anni die habent à juramentis præstitis absolvendi modum, quem refert. *Gregor. Tolosan. in Syntagm. Jur. lib.* 50. *cap.* 10. *n.* 14. *ex libr. Thalmud. p.* 3. *cap.* 4. hinc & felix dicitur Respublica, ubi nec *Abraham, Nimrod & Naaman.* Et omnes Patres Veteres de extirpandis illorum Synagogis consenserunt. *lib.* 5. *Epistol. Ambros.* 29. Et Paulus Diaconus *l.* 4. *c.* 50. testatur, Judæos circa *Annum Christi* 600. ab omnibus congressibus Christianorum exclusos

* *Quæstio.*

exclusos fuisse: Concrematas illorum antiquitus Synagogas fuisse constat ex *l.* 14. *C. de Judæis.* Sub Ferdinando ex Hispania usque ad 120000. ejectos testatur *Sabellicus* circa A. C. 1493. Ejiciebantur etiam sub Philippo Pulchro ex Gallia. Anglia Regum tempore semper illis portam occlusit. Dania sub moderno Rege Friderico III. eliminati sunt. Ex Marchionatu Brandeburgico illos Joachimus I Elector expulit, nec Suecia hoc hominum genus tolerare didicit: Nec Basileæ, nec Argentorati, nec Norimbergæ, nec in pluribus aliis locis tolerantur.

11. Subditos ulterius distinguo in immediatos & mediatos [Principes & status Germaniæ, licet Imperio subjecti sint, vix tamen vere ac proprie Imperatoris subditi dici poterunt. Igitur cum Politicis omnibus hic distinguere debemus inter *mere Subditos*, qui superiori simpliciter sunt subjecti, nullamque potestatem parem obtinent: *& inter mixtos sive non mere subditos*, qui simul in Reipublicæ curam & partem potestatis sunt adsumpti. *Cellar. l.* 2. *Pol. c.* 18. *n.* 2. Jam ergo Status, ut singuli considerati Imperatoris mere subditi dici nequeunt, utpote quum partem Reipubl. Imperii constituant, & cum Imperatore coimperent. Neque obstat, quod Status Imperatori Juramentum fidelitatis ratione feudorum præstent: Illud enim subjectionem non importat. *Cellar. cit. loc.* Unde etiam Electores & Principes literis ad Imperatorem datis non simpliciter subscribunt: Euer Käyserl. Majest. Unterthanen, sed cum apposito, ut nunc curialia se habent: Euer Käyserl. Majest. unterthäniger und gehorsamer Chur-Fürst, Fürst &c.

Multo

Multo minus Imperii Status, ut universi in Imperii Comitiis considerati, Imperatoris subditi dici poterunt, quia hoc respectu, si non plus, certe dimidium Majestatis Imperii participant. Imperium enim nostrum hodiernum est Respubl. mixta, in qua in omnibus majestatis juribus Status coimperant, ut patet *ex art.* 8. *Instrum. pac.* §. *Gaudeant.* Omnino itaque in jure Imperii publico distinguendum inter Imperii Status, & inter Imperii mere subditos, Stände und Unterthanen. Illud ad Principes, Comites, Barones & Civitates: hoc ad immediatos subditos, v. g. Nobiles Sueviæ, Franconiæ & in tractu Rheni, & ad omnes mediate Subditos erit extendendum.] Immediatos in * Status Imperii & Nobiles immediatos. Status Imperii sunt Electores tam Ecclesiastici quam Seculares, Principes, Duces, Marchiones, Comites & Barones Imperii, Cui & Imperatori ratione suarum possessionem in Imperio sitarum, & hinc provenientium certorum onerum subsunt, & se Imperii Subditos agnoscunt. Onera autem, quæ Status Imperii Imperatori & Imperio præstant, sunt: I. Ut teneantur investituram petere Principatuum suorum ab Imperatore intra præscriptum terminum debita cum reverentia. De quo pluribus videri potest *D. Carpz. ad L. Reg. German. cap.* 10. *sect.* 9. II. Jurant Status Imperii Imperatori & Imperio fidelitatem, cujus Juramenti tenorem adducit *Warenm. ab Erenberg. Meditam. pro Fœder. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 6. *p.* 108. ubi inter alia: Wir N. N. schweren dem Allerdurchläuchtigsten Röm.

* *Status imperii.*

Röm. Käyser, &c. und dem Reich, treu, hold, gehorsam und gewertig zu seyn. III. Sunt Imperii Status etiam in aliis, quam ad Jurisdictionem feudalem pertinentibus, Imperatori Imperioque subditi, neque solum feudi, sed & personæ nomine obligati, *Rosenthal. de Feud. cap. 5. concluſ.* 13. *& concl.* 78. *Besold. de Apellat. cap.* 2. *n.* 20. Quod, ut alia taceam, inde patet, cum in ipsum Imperatorem Imperiumque crimen læsæ majestatis possit committere, quæ nota est Subditi, non vero vasalli. IV. Coguntur vocati comparere vel per se, vel per legatos suos ad Comitia propriis sumptibus. R. A. zu Trier und Cöln. *de Ann.* 1512. §. Nach den Chur-Fürsten und Fürsten, &c. nisi justam absentiæ causam prætendere possint. [De conventibus & Comitiis Veterum Germanorum. *vid. Tacit. de Mor. German. cap.* 11. *& Conring. in Dissert. de Civib. & Urbib. Imperii.* De hodiernis Comitiis, deque eorum personis coeuntibus & consultantibus, de modo coeundi & consultandi, & de negotiis in Comitiorum deliberationem venientibus. *vid. Author. Dess aussführlichen Berichts, wie es auf Reichs-Tagen pflegt herzugehen. Arum. & Bertram. in Tract. de Comitiis Joh. Staricii Comitiorum fidus Achates. Comitiologiæ Ratisbonensis de Anno* 1654. & qui omnium optime hanc rem ad præsens seculum tractat *Dn. Eitel Friderich von Heerden, In der Grundveste dess H. Röm. Reichs.*] V. Sunt obligati, summa diligentia Imperii negotia perpendere, Sie seynd schuldig dess Reichs fürfallende Sachen mit schuldigem Fleiss zu berathschlagen. R. A. zu Regensp. *de Anno* 1576. §. *Wann dann die Chur-Fürstliche Räthe, &c.* VI. *Sie seynd in dess*

Reichs Hülff gehörig. R. A. zu Speyer. de Anno 1544. §. *Und damit nun. &c.* In utilitatem Imperii emergente neceſſitate contribuunt alia ut & pecuniaria ſubſidia, ſua ex Camera & proventibus. *R. A. zu Cöln und Trier de Anno* 1512. §. *Nach den Chur-Fürſten, &c. R. A. zu Speyer. de Anno* 1542. §. *Und nachdem der Chur-Fürſten ihrer Unterthanen hierinnen gantz verſchonet, &c. Modeſt. Piſtor. conſil.* 9. *num.* 8.

12. * Collectas autem, quas Status imperii Imperio contribuunt, ſunt vel ordinariæ vel Extraordinariæ: Ordinariæ ſunt, quæ à lege certam, ſive quotannis, ſive caſu determinato emergente, recurrentem, ſtatutam, ſive regularem habent præſtationem, quo refero den Anſchlag deſs Römer-Zugs, darinnen ein jeder Stand eine gewiſſe Anzahl Volcks zu Roſs und Fuſs zu halten verpflichtet: Ut & contributionem zu Unterhaltung deſs Cammer-Gerichts R. A. zu Augſpurg *de Anno* 1566. §. Damit auch, &c. Extraordinariæ collectæ ſunt eæ, quæ extra ordinem imponuntur, authoritate Imperatoris, propter imminentem neceſſitatem. *Regn. Sixtin. de Regal. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 12. *Roſenthal. de feud. cap.* 5. *concl.* 83. *n.* 6. quorſum refero die Türcken-Steuer, quia iſta perpetuam non habet obligationem, ſed caſu emergente, antequam ea introducatur, de eadem in Comitiis Statuum exquirendus conſenſus, quo opus non foret, ſi ordinaria eſſet *vid. Gail.* 2. *obſerv.* 53. *per tot. Petr. Heig. lib.* 1.

Q. Q. 17.

* *Collectæ Ordinariæ & Extraordinariæ. Immediatorum.*

Q. Q. 17. *n.* 39. *& seqq. Joh. Wurmser. Exerc.* 6. *ad Jus Publ. q.* 2. *Hahn.. ad Wesenb. de muner. & honor. n.* 1. *& seqq. & Mundius de Muner. & honor. in proleg. n.* 17. *& seqq.* [An in hac materia collectarum obtineat pluralitas votorum? Illud nondum *in instrum. Pacis* decisum, sed in sequentia Comitia nempe Ann. 1653. & 54. rejectum. In hisce Comitiis mota est quidem hæc Quæstio, attamen minime decisa, in dem dass disfalls mit dem Käyser einstimmige Chur-Fürstl. Collegium sich weder mit denen im Fürsten-Rath, Catholischer Seiten, (welche zwar der affirmativæ beygepflichter, jedoch mit dem Beding', dass vor allen Dingen ein billichmässiger gleicher Fuss der gemeinen Reichs-Oblagen zumachen, und darauf die Matricul zu reduciren) noch mit denen Evangelischen in ihrer beständig behaupten Distinction inter collectas necessarias & voluntarias vergleichen, vielweniger zugeben wollen, dass deren absonderliche Meynung dem Reichs-Bedencken an die Käyserl. Majest. einverleibet werden solte, worüber diese Quæstio gäntzlich ersitzend und unerledigt blieben, ut testatur *Eitel Frider. von Heerden. in Columm. Imper. p.* 286. *add. Strauch. Diss.* 7. *Exot. th.* 3. *Myler. ad Rumelin. p.* 2. *Diss.* 3. *ad A. B. th.* 20. *p.* 414. *in προβουλία Comitior. de Anno* 1652. Monzambano hanc quæstionem tali distinctione resolvit, an, quæ conferuntur, ad totius Imperii salutem spectent, an vero in gratiam duntaxat & peculiarem usum Imperatoris tendant. Ista nemo bonus civis defugerit: circa hæc suæ quemque liberalitati modum statuere par fuerit. *Hæc ille.* Sed vix credo, quod hæc distinctio omnibus sit ad palatum.]

13. * Nobiles immediati, die freye Reichs von Adel, die freye Reichs-Ritterschafft (qui ratione loci seu territorii, ubi degunt, in tres distribuuntur Classes, *Franconicam, Suevicam & Rhenanam. R. A. de Anno* 1542. §. *Demnach haben wir,* [Equites Franconiæ in 6. loca dividuntur. 1. Odenwald. 2. Steigerwald. 3. Gebürg, 4. Altemühl. 5. Die Buchen oder Bannach. 6. Die Köhn und Wahrn. Suevi in 5. loca. 1. In Hegau, Boden-See und Algau. 2. An der Donau. 3. Am Cocher. 4. Am Schwartz-Wald oder Necker. 5. In Kraitzgau. Equites Rhenani in proprie Rhenanos & Wedderavicos. Sub Rhenana classe continetur die Wetterau und derselben zugehörige Oerter, so seinen Anfang am Hagenauer Forst gehabt, und sich, auf selbiger Seiten deß Rheins biß an das Ertz-Stifft Cöln erstrecket, auf der andern Seiten deß Rheins, deß Orts gegen Mäyntz über, da der Mayn in den Rhein fleust, biß gegen Aschaffenburg, von dannen wieder herum von Gelnhausen, folgends hierüber auf den Löhnstrom, auf beyden Seiten den Westerwald hinab biß an den Rhein, und allda den Rhein wieder hinauf und hinab, biß in das Land zu Bergen gehend. *Simon. Gunth. de privil. Rhen. Nobil. princ.* 4. *n.* 1. *priv.* 6. *n.* 1. *privil.* 7. *n.* 1. *& privil.* 8. *n.* 1.] etiamsi Imperii Status non sunt, *Deput. Absch. de ann.* 1564. *Und wollen Wir, als Röm. Käyser, gegen denen, so nicht Stände deß Heiligen Reichs, jedoch dem Reich immediate unterworffen, &c. Reinking. de Regim. sec. lib.* 1. *class.* 5. *c.* 10. *n.* 1. Tamen immediate Imperio subsunt

* *Nobiles immediati.*

ſunt, ut Status, ita, ut nullum Statutum pro Domino aut Magiſtratu agnoſcant, quam Imperatorem, cui parent. *R. A. zu Augſpurg. de Ann.* 1555. §. *Und in ſolchen Frieden, &c.* Et hinc ut Status Imperii ſua ſubeunt onera, coguntur enim ſarcinam ſubire non ſolum Turcicarum collectarum, *R. A. zu Augſpurg. de Anno* 1500. *tit. Was man mit der Ritterſchafft, &c.* Verum etiam tenentur zu Schutz und Schirm gemeiner Sicherheit in gewiſſer Anzahl den Creyſen zuzuziehen. R. A. zu Worms. de *Anno* 1566. §. Und Wir als Röm. Käyſer. Und R. Abſchied zu Augſpurg. *de Anno* 1566. §. Und Wir als Röm. Käyſer, &c. Nec Nobilium immedietati aliquid detrahit, quod aliquis ſit Principis alicujus Vaſallus. Nam feudum non dat Imperium Domino feudi in Vaſallum, ſed conceſſio feudi eſt contractus reciprocus inter Dominum & Vaſallum. *c.* 1. *in Uſib. feud. de form. Fidelit.* ex quo contractu nullum reſultat Imperium in Vaſallum. *Gail. de pignorat. cap.* 15. *n.* 3.

* Etſi autem hæc ita ſeſe regulariter habeant, videmus tamen plurimos immediatos Nobiles in Imperio Romano, qui ratione Rerum Principi homagium præſtant, ratione autem ſuæ perſonæ omnino liberi, & nemini niſi Cæſari ſubjecti ſunt: Eosdemque conſtitutionibus Imperii haud ſecus ut alios immediatos uti, infinitis præjudiciis demonſtrari poteſt. *videatur Wehen. in obſervat. pract. verb. Lands - Fürſtlich- Obrigkeit, pag. mihi,* 465. *& ſepq.* Nobiles etiam bona à Ruſticis empta (vulgo *Bauer-Güter* rebus ſuis feudalibus libe-

* *Exceptiones.*

ris incorporare non possunt, quin debitas collectas de illis solvant, *Natta. consil.* 460. *n.* 16. *Cravett. consil.* 642. *n.* 4. [De unione & incorporatione bonorum *vid. Tract. Fritschii. per tot. ubi Membr.* 5. §. 6. de hac ipsa quæstione tractat. Cui addatur *Besold. in thes. pract. verb. Steuer. Weben. in obs. practic. verb. Dingnotul. & Balthasar. in tract. de Oper. Rustic. cap.* 8. *pag.* 149. 150. *& mult. seqq.*] Cum & Ecclesia emtrix hoc facere teneatur. *c. si tributum.* 11. *q.* 1. *c. tributa.* 23. *q.* 8. *Surd. decis.* 262. *n.* 4. *Menoch. cons.* 444. *num.* 22. *lib.* 5. Ratio est, quod qui sentit commodum, sentire etiam debet onus: Cum igitur Nobiles participes sint commodorum communitatis, aller gemeiner Recht und Nutzungen, æquum est, eos non respuere servitia, maxime vicina, Nachbardienste, Gemeindienste. Si enim illa paganica naturam nobilis allodii induerent, per illam transformationem à collectis liberarentur, quæ exemptio tanquam odiosa & stricti juris extra suam causam non est extendenda, utpote, quæ malam induceret consequentiam, & plurimas pareret difficultates, sic enim Nobiles imprimis belli tempore plurima rusticorum bona vili precio compararent, [An emptio & venditio bonorum temporibus bellicis pro parvo pretio celebrata, valida sit? Et de invalidis & multis vitiis laborantibus venditionibus seu cessionibus, quæ præteritis bellicis temporibus intricatissimis & exulceratissimis frequentissimæ fuerunt. *vid. Bürger. cent.* 1. *obs.* 27. *&* 29. *& cent.* 2. *obs.* 41. *add. Sprenger. in Tract. qui inscribitur Bonus Princeps. pag.* 373. 374. *& seqq.*] per quod præjudicium aliis, quos onus collectandi

magis

magis gravaret, adduceretur. *l. actores. C. de Exact. trib. l. 2. C. Sine cens. & reliq. Victor. de Exempt. Imp. concl. 18. Bidenbach. q. nob. n. 2* [Obtendit ab antiquo in Ducatu Bremensi Ordo Equestris tale privilegium, quod bona à se acquisita paganica, die Bauren-Güter, fiant Equestria, Ritter-Güter, inde potiuntur horum jure & immunitate. At quia dudum controversia facta est, etsi nondum plene decisa, tamen effecit, ut post illam quæsita in possessionem ejus vel quasi pervenire non permittantur. *vid. Mev. part. 4. decis. 106. n. 1.*] Wann auch schon der Eygenthumb eines Hofs frey ist, weilen er einigen von Adel zuhört, so kan doch der Colonus als ein Bürger besteurt werden, ratione scilicet utilis sui Dominii, ut loquitur *Besold. in thesaur. Pract. verb. Steuer.* Ad hæc ejusmodi Nobiles immediati propter delictum commissum à territorii Domino, ubi deliquerunt, puniri possunt. Cum Reipublicæ intersit, ne delicta maneant impunita, ac forum quis non modo ratione originis & contractus, sed & propter maleficium sortiatur. Siquidem delictum Jurisdictionem ei tribuit, qui eam alias non haberet. *Gail. de pignor. Imp. c. 3. n. 11. & c. 14. n. 3. & 4. & c. 15. n. 2. & 3. & de Arrest. cap. 7. n. 12. Gylman. tom. 2. Symphor. part. 2. vot. 4. n. 36. fol.* 41. ubi hæc sententia ampliatur, ut nimirum ad Judicem loci commissi delicti remissio debeat fieri: [Hæ remissiones frequentiores sunt inter pares, aut minoris ad majorem, non ècontra: Und liessern die Fürsten nicht bald einem von Adel einen Maleficanten. *Besold. in thes. pract. verb. Liefferung der Maleficanten. pag. mihi,* 603. Ob ein Fürst denen Edel-

Leuthen die Durchführung ihrer Maleficanten gestatten müsse, oder ihnen solche wehren könne? Im Fall auch der Ubelthäter, der Enden, da man ihn durchführet, den Landsherrn umb Mittheilung Rechtens und Gerechtigkeit anrüffe, ob sich der Dominus Territorii seiner anzunehmen hätte? *v. Bidenbach. q.* 11. *Valent. Riemer. de Jurisd. c.* 3. *b. Weben, in Consil. Francon.* 92. & *Besold. in Tr. de Jure Rerum. fol.* 273.] adde quos citat *Dn. Tabor. in Barbos. Augment. verb. Exemptio. axiom.* 4. & *Spreng. in Synops. Jur. publ. pag. m.* 175. ubi tractat quæstionem: *An Status Imperii in inferioris Principis territorio delinquens, forum ratione delicti sortiatur?*

15. *Nobiles mediati, quorum supra mentionem fecimus, in multis sunt deterioris conditionis, quam immediati: tenentur enim ut Landsassen in Krafft der Lands-Fürstlichen Obrigkeit (quæ solummodo ad Landsassios vere ac proprie accommodari potest) ratione omnium causarum etiam non feudalium coram Domino comparere. *Cluten. Syllog. rer. quotid. th.* 26. *lit. K.* Müssen auf Land-Tagen erscheinen. *Gail. de arrest. Imper. cap.* 7. *n.* 14. [Subditi vocati ad conventus Provinciales, Land-Täge, comparere tenentur. *Meichsner. decis. Camer.* 5. *n.* 47. & 52. *n.* 3. Et sicuti comparitio in Comitiis Imperii publicis, immediatum civem ac Statum esse arguit, ita hæc Landsassium & subditum. *Reinkingk. de Regim. secul. & Eccles. lib.* 1. *class.* 5. *c.* 1. *n.* 14. & *c.* 4. *n.* 101. *Becker. in Jur. publ. pag.* 116. Differentiam autem inter Comitia Imperii & Conventus Provinciales

* *Nobiles mediati* Landsassen *dicti.*

ciales, *vid. ap. Burgoldenſ. in diſcurs. ad Inſtrum. Pac. pag. mihi, 621. 622. & ſeqq.*] und müſſen auch bey ihrem Lands-Fürſten Recht geben, und Recht nehmen, tam in perſonalibus, active & paſſive, ſive immediate in aula, ſive in curia provinciali cauſa ventiletur, ut appellatio poſtea ad Principem devolvatur. Hujusmodi nobiles mediati ſunt in Saxonia, Bavaria, Haſſia, & Weſtphalia, qui tamen non uno modo ſe ſubjiciunt. *Beſold. in theſ. Pract. verb. Landſaſs. & Limn. in Jur. publ. lib. 6. cap.* 4. Sed quæritur, quid cauſæ ſit, quod Nobiles in jam dictis territoriis habitantes plerumque pro Landſaſſiis: Illi vero qui in Suevia, Franconia & ad tractum Rheni larem ſovent, pro immediatis habeantur? Ad quod Reſp. hoc exinde dimanare, quod Carolus Magnus, Henricus Auceps & alii prædictas provincias occupatas (in quibus moderno ſeculo Landſaſſiatus viget) Imperio non incorporarint, prout factum cum Rhenanis Provinciis, Suevia & Franconia, ſed potius aliis titulo Principatus vel Ducatus conceſſerint, eo fine, quo populi illi rebellione feroces melius à ſuis Dominis in abſentia Imperatoris coerceri poſſent. Et quamvis Clodovæus M, Galliarum Rex in devictis Rhenanis Provinciis & Francicis omnes pene effecerit ſervos, vulgo Leibeigene dictos, ſuos tamen Francos pro præſtita bellica opera generoſa libertate donavit. Nec obſtat, quod moderatores Franciæ & Sueviæ illarum Provinciarum Duces appellati ſint: Nam 1. omne argumentum à denominatione petitum, eſt ficulneum. 2. Quamvis dicti fuerint Duces, omnes tamen in ſuo Ducatu habitantes ſuo

Imperio subjicere non potuerunt. 3. Nihil communius est Principibus, quam augustos usurpare titulos, [Quid sentiendum de Titulis & Insigniis Principum, daß sie sich von Ländern schreiben, so sie nicht haben. *vid. Pipre des Intentions, cap. 8. Besold. de Monarch. fol. 10. & in thes. Pract. verb. Herrschafft. & verb. Titul. Limn. de Jur. publ. lib. 4. c. 6. n. 40. & Carpzov. in Jurpr. Consist. lib. 2. tit. 25. def.* 417.] quod imprimis Angliæ Reges consueverunt: Dux Sabaudiæ se Cypri Regem appellat. Sic Bethlehem Gabor Hungariæ Princeps dicebatur, in qua tamen nihil juris habebat: Hinc illi Duces Sueviæ rectius Duces in Suevia & Franconia appellarentur. *Besold. thes. Pract. verb. Reichs-Ständt.*

16. *Porro subditi mediati vel eminentioris conditionis sunt, vel inferioris: Inter subditos eminentioris conditionis refero *Literatos* & *Milites*: Literati sunt vel Theologi, Jurisperiti, Medici vel Philosophi: Inferioris conditionis subditos distinguam in certos ordines: Primum locum tribuam mercatoribus: Secundo ordini adscribo Artifices: In tertio ordine colloco agricolas & Pastores: Quartum ordinem tenent Tabernarii seu Caupones: Quintum ordinem do illis, qui ex eo vivunt, quod alios vehant, qui sunt vel Aurigæ vel Nautæ: Sexti gradus sunt Mercenarii, bajuli & alii ejusmodi operarii: tandem omnium Politicorum consensu inter infimos collocantur Pantomimi, histriones, ludiones, Tibicines, & alia admodum sordida opera exercentes, veluti libitinarii,

* *Alia divisio subditorum.*

tinarii, Veſpillones & Carnifices. De quibus omnibus ordine aliquid dicam.

17. In ordine Facultatum, ut vocant, * Theologiam qui profitentur, merito primi ſunt. Nam cum una ſcientia altera melior præſtantiorque ſit, vel ratione objecti, vel ratione medii, & modo procedendi, *Pererius lib.* 1. *Phyſic. p.* 15. vel utilitate, certitudine & complexione. *Joſeph. Unicorn. de Mathemat. artic. ultim. pag.* 35. quis dubitabit, Theologiam reliquas ſcientias longis ſuperare paraſangis. Maximo ſane Theologi honore digni, qui myſteriorum divinorum diſpenſatores, 1. *Corinth.* 4. quorum labra cuſtodiunt ſcientiam. *Malach.* 2. qui fidem, & bonam conſcientiam plantant ac rigant, DEO feliciter incrementum largiente. 1. *ad Corinth.* 1. 1. *ad Timoth.* 4. [Dieſes iſt aber (*dicit Reinkingk in der Bibliſchen Polic. lib.* 1. *ax.* 1.) nicht dahin zuverſtehen, daſs darum der Geiſtliche Stand, mit einem Herrſchenden Gewalt über den Weltlichen, Käyſer, Könige, Fürſten, Herren und Republicen geſetzet, und über dieſelbe und andere dominiren ſolte, wider die Lehr *S. Petri in ſeiner* 1. *Epiſtol. c.* 5. *v.* 3. Eleganter admodum *Eraſmus in Præfat. paraphraſt. Novi Teſtamenti.* Ut non decet, *inquit*, Laicum ſeditioſe rebellare presbyteris ſuis, ne confundatur ordo, quem Paulus vult eſſe in corpore Chriſti; Ita non decet Sacerdotes exercere Tyrannidem in gregem: alioqui iis erit imputanda ſeditio. Ergo quoties Paſtores funguntur officio ſuo, reverenter ſunt audiendi, tanquam Angeli Dei, per quos nobis loquitur Chriſtus.] Noverint

* *Theologi.*

verint autem, se intra Cancellos suos esse debere constrictos: meminerint, absurdissimum esse, si causarum secularium peritos se ostenderint. *Capit. cum ad verum. distinct. 96. c. sacerdotibus. in fin. & tot. tit. Ne cleric. & Monach. sec. neg. se immisc. Novell. Leon. 86. l. repetita. vers. absurd. C. de Episc. & cleric. Carpzov. Jurispr. Eccles. lib. 1. tit. 5. defin. 63. 64. & seq.* talium enim curiositas publicis magistratus Edictis refrenanda est: ut eorum, qui foris quidem præ se ferunt modestiam, intus fastu & ambitione nimis turgent, dealbatis sepulchris similes: suntque in aliorum vitiis lyncei, in suis talpa cœciores: sive ut loquitur *Cobares apud Curtium lib. 7. cap. 7.* in suo quisque negotio hebetior est, quam in alieno: Nempe privati odii pertinacia tales stipulat, ac maledictis proscindere solent immerentes, *Schonborn. lib. 3. politic. cap. 40.* [In officio Elenchtico ministri Ecclesiæ modestia utantur, nec quenquam pro concione ex privatis affectibus perstringant, vel injurias contra eum evomant. *sec. Carpzov. Ipr. consist. lib. 1. def. 66.* Quomodo autem procedendum adversus Ministros Ecclesiæ rixosos & convitiatores, docet *Idem Carpz. dict. tr. lib. 3. def. 98. & Berlich. concl. pract. 59. part. 5. n. 31. & conclus. 60. n. 8.*] Quo pertinet *die Nieder-Hessische Reformation-Ordnung de Anno* 1656. *capit. 2. Von der Prediger Leben und Wandel. ibi, Dieweil auch vonnöthen, und einem Christlichen Lehrer wohl anstehet, dass er eines erbarlichen, aufrichtigen und unsträfflichen Lebens, Wesens und Wandels seye, und seinen Pfarr-Kindern mit gutem Exempel vorgehe, da-*

mit

mit er nicht mit bösem ärgerlichen Leben das jenige wieder zerstöre, was er mit guter Lehr erbauet hat, &c.

18. * Etsi autem secundum Jus Canonicum Clerici seu personæ Ecclesiasticæ se Magistratus secularis subditos non agnoscant, nec apud secularem Judicem conveniri queant, per text. *in cap.* 1. *&* 2. *c. si diligenti.* §. *fin. & in cap. significasti. de for. compet. Et in c.* 2. *& c. clerici de Judic. Gail.* 1. *obs.* 37. Hodie tamen ex constitutione Pac. Religiosæ Anno 1555. confirmatæ, Omnis Jurisdictio Pontificis Ecclesiastica est suspensa, & Principes vel Domini territoriorum Jura habent Episcopalia, & proinde coram iis eorumque Consistoriis causæ clericorum personales tractandæ erunt. *Carpzov. lib.* 6. *Respons. Elect. tit.* 4. *Respons.* 42. *num.* 22. *& Jpr. Eccles. lib.* 3. *tit.* 1. *def.* 3. *Christoph. Besold. part.* 4. *consil.* 172. *n.* 38. *Caspar. Klock. tom.* 1. *consil.* 41. *n.* 6. *Rittersh. in differ. Jur. Civil. & Canonic. lib.* 5. *cap.* 4. *per tot. præcipue circ. fin.*

19. ** Si Ministri Ecclesiæ actionibus realibus conveniantur, non gaudent foro consistorii privilegiato, sed coram judice seculari, sub quo res sitæ sunt, conveniri possunt: Cujus ratio haud obscura est, quia ministri Ecclesiæ respectu bonorum suorum sustinent personam privati, quorum intuitu cives æque sunt Reipublicæ atque alii, ideo privilegium fori ipsis ratione officii Ecclesiastici indultum ad bona immobilia & actiones reales nequaquam

* *De foro personarum Ecclesiasticarum in personalibus actionibus.* ** *Quid in realibus?*

quaquam extendi debet. *Frideric. Balduin. de caſ. conſcient. lib.* 4. *cap.* 12. *caſ.* 14. *Reinkingk de Regimin. ſecul. & Eccleſ. lib.* 3. *claſſ.* 1. *cap.* 10. *n.* 14. Atque hinc etiam ratione bonorum patrimonialium immunes haud ſunt à tributis & oneribus publicis, *Reinking. dict. c.* 10. *n.* 15. *Gerhard. in loc. Magiſtr. Polit.* §. 440. *pag.* 1238. Quid juris, ſi perſonæ Eccleſiaſticæ propter crimen aliquod conveniantur, quod pœnam meretur capitalem vel corporis afflictivam? Conſulendus eſt Dn. *Carpz. Ipr. Eccleſ. dict. lib.* 3. *titul.* 1. *def.* 5. Cui addere lubet *ſupra alleg. Nieder-Heſſiſche Reformation-Ordnung.* §. 2. ubi ſequentia hac de re habentur: Was delicta graviora, als Criminal-Sachen, die eine Leibs-Straff auf ſich hätten, betrifft, die wollen Wir Uns von Lands-Fürſtlicher Obrigkeit wegen zu ſtraffen, hiermit vorbehalten haben. Darum auch Unſere Beampten eines jeden Orts Macht haben ſollen, nach denen Predigern und Schuldienern, die dergleichen Laſter, ſo, wie obſtehet, Straff deſs Lebens auf ſich trügen, würcklich begangen hätten, zu greiffen, die in Unſere Hafft zu bringen, die Sachen an Uns gelangen zu laſſen, und darüber Befelchs und Beſcheids zugewarten, Aber ſonſten in levioribus delictis, ſoll keiner Unſerer Beampten Macht haben einigen Prediger anzugreiffen, oder in Hafften zuziehen, ohn Unſer deſs Fürſten beſondern Befelch. Was ſonſten die Erkäntnüs über ſolche der Prediger und Schuldiener delicta leviora, wie auch Sachen, welche eygentlich und Hauptſächlich ihre eigene Güter, als etwa eine angefallene Erbſchafft, getroffenen Kauffſchlag, gemachten Tauſch, nachſtehende Schuld

und

und dergleichẽ Civil-Händel betreffen, anlangt, ſollen dieſelbe vor Unſere Cantzleyen ohne Mittel gebracht und daſelbſt cognoſcirt und entſcheiden werden.

20. * Jurisperiti ſunt legum humanarum Antiſtites, eodemque ſenſu appellantur Juſtitiæ Sacerdotes: Eorum officium eſt Juſtitiam colere, æquum ab iniquo ſeparare, licitum ab illicito diſcernere, bonos non ſolum metu pœnarum, verum etiam præmiorum exhortatione afficere, veram non ſimulatam Philoſophiam affectare, ſec. *Ulpianum in l. 1. ff. de Juſtit. & Jur.* Sine his Ariſt. *lib.* 3. *politic. cap.* 8. affirmat, civitatem recte feliciterque adminiſtrari non poſſe. vid. *Henning. Arniſæ. lib.* 1. *doctr. politic. cap.* 12. *pag.* 306. 307. *&* 308. Jurisconſultus enim, *at de perfectis loquor*, Delphicum eſt Oraculum, cujus ex tripode & publicam & privatam petere ſalutem cuivis integrum: Imo vero JCtus per omnes omnium ſcientiarum præceptiones diſcurrit, & à primis Grammatices Elementis per linguarum ſtudia vagatur, Logicæ & Rhetoricæ campos, Phyſices vireta, Arithmetices & Logicæ tabulas, Geometriæ, Aſtronomiæ circulos, Ethices, Politices, Hiſtoriarum Porticus, Theologiæ caſtra, & quicquid denique nobilium eſt diſciplinarum, peragrat. His omnibus cum Juſtinianeo exercitu mixtis, aciem inſtruit juſtam contra quoscunque adverſariorum inſultus, pro clientibus atque Reipublicæ ſalute, nunquam non victricem: Eſt etiam in conſilio cautus, in Patrocinio fidelis, in Judicio Juſtus, ut de talento ſibi credito quorunque tempore DEO & hominibus reddere

poſſit

* *Jurisperiti.*

possit rationem, ut loquitur *Specul. in* §. *fin. in fin. de Advocat.* Fretus DEO, res difficillimas & penitus desperatas aggreditur. *l. Deo Authore.* §. *Hocque. vers. res quidem. De vet. Jur. enucl.* dicens:

Consilium ut justo prosit, noceatque maligno,
Tu mentem atque manum dirige CHRISTE meam!
Ne mea Justitiæ & Juri Responsa repugnent.
Author da Juris Justitiæque DEUS!

21. * Facessat igitur *asinorum illorum ruditus, Jurist böser Christ* (Dicax hoc & maledicum vulgatissimum dicterium allegatur *à Winthero. L. 1. Parthen. litigiosi c. 7. n. 33. & Valentino Archimæo in Epistolis post pericula Oratoria impressis, Epist.* 53. Et illud putant ex ipso *Cujacio* stabiliri, qui *Papyrico Massonio teste, in ejus vita*, Religionem non pertinere ad rationem Edicti perpetui asserebat: Et iisdem fere verbis *Viglium Zuichemum* & ipsum Jurisconsultum dixisse: Bonum Jurisconsultum, malum esse Christianum, testis est *Metteran lib. Histor. Belg. ad fin.* Sed hoc dicterium potius est convitium, quam veriverbium, & taxat solum impios & atheos Jurisperitos. Wohin gehöret: Als jener Rechts-Gelährte zu Dreßden den Herrn Taubmann fragte, was die Rechtsgelährte zu Witteberg guts machten? bekam er diese schertzhaffte Antwort: Daß man ihrer drey entgliedert hätte, und zwar alles bey ihnen funden, aber das *Gewissen* wäre nicht vorhanden gewesen. *Deß schmeckende Anleitung zur Höfflichkeit. fol.* 39. *Dn. Johan. Bechstad. in præfat. sui libelli de Bello*

* *Abusus Jurisprudentiæ notatur.*

Bello dilucidat *ex Luthero* elegantiſſime verum ſenſum hujus dicterii. *vide etiam Walther, de privileg. Doctor. pag.* 163. Lt. B. als er etlich 100. floren. in Jure verſtudiret, und nur einen alten Märckiſchen Groſchen erpracticiret, hat er ihme dennoch ein Gewiſſen darüber gemacht. Diſtinctio igitur facienda eſt inter Artes Advocatorum ex ſola ſolertia procedentes, & artes cum dolo, mendacio, ſimilique vitio conjunctas, quas doloſas vocant artes *Impp. in l. 6. c. ſolut. matrim.* vulgo Hilpersgriff vocantur. Et harum uſus cordatis Advocatis nullatenus conceditur.] Cui oppono tritum illud poetæ:

Uſus habet laudem, crimen abuſus habet.

Annon & multa contra Theologos evomuntur, multa Medicis objiciuntur? quis tamen ſanæ mentis S. Scripturam ut cauſam hæreſium, & Medicinam cauſam morborum cenſebit? Certe nullus, niſi qui & ipſe hereſeos labe commaculatus ſit, ac talis, qui helleboro opus habeat. Nullo quoque colore negari poteſt, plures olim ex Philoſophorum Scholis prodiiſſe hæreticorum patronos, quam ex Equo Trajano milites: *Sed artificum vitia artibus imputanda non eſſe*, norunt etiam pueri. Dolendum quidem eſt, hac noſtra ætate ſcientiæ plus ſatis eſſe, conſcientiæ parum. Hinc & tot abuſus Jurisprudentiæ irrpeſêre, tot *cautelæ*, imo *ſutelæ*, ut is primas in foro tenere videatur, qui *Sycophanta Legum acutiſſimus*: Interim ſancta, res eſt Jurisprudentia, & non niſi ſancte, hoc eſt, integra conſcientia, candide & ſincere tractari vult. *Georg. Remus in Not. ad Conſtit. Crimin. Carol. V. cap.* 1. *lit. e.* Igitur.

Tu

Tu quod jura petunt, facias, pietatis amore,
Nec metuas quemquam, quisquis obesse velit.

22. Cum autem boni Jurisperiti sit, ut subditos ad obediendum Magistratui instruat. *Berlich. part.* 1. *concl. pract.* 9. *n.* 43. merito coercitione digni sunt, qui subditos contra suum Magistratum concitant vel rebelles & resistentes defendunt, *argument. l. fin. C. de postul. Carpzov. Jurispr. for. part.* 1. *constit.* 1. *def.* 21. *num.* 3. Quod tamen non extendendum, quando subditi favorabiliter & probabiliter justam litigandi causam habent, tunc enim Jurisperitis etiam contra Magistratum, patrocinium præstare impune licitum est. Dd. jamjam alleg. loc. quibus addatur *Ayrer in suo processs. part.* 1. *cap.* 5. *observ.* 1.

23. * Medici sunt, qui salutaribus remediis corpora humana morbis afflicta curant: quorum extat egregia commendatio *Ecclesiast.* 38. *in princ. Honora Medicum propter necessitatem. Etenim illum creavit Altissimus. A DEO est omnis Medela.* [Hæc non sunt intelligenda de Medicastris & Empiricis illis, qui sola brutaque experientia, non rationibus utuntur, qui non tantum nesciunt pharmaca recte præparare, sed confecta nulla habita ratione causæ morbi aut ætatis vel temporis magno ægrotantium periculo exhibent, quorum est Professio vasis jactura figulinam stolide exercere, ut vulgatum fert proverbium. De quibus recte intelligitur illud *Augustini*: Quam multi vocantur Medici, qui curare non norunt, *tom.* 9. *in Epist.*

* *Medici.*

in Epist. 1. *Joh.* Qui uno collyrio oculos omnium curare nituntur. De quibus *Rodericus Castellanus* bene dixit: Latrones, Sicarii, venefici inhumaniter homines occidunt, sed hi imperiti impostores & mendaces humaniter, officiose & solenniter interimunt. Sed hæc accipi debent de probatis graduatisque Medicis, qui scientiæ suæ Academica possunt proferre documenta, quos quidem laus sua manet, dum dicitur: Sanitatis Author Deus, Dei instrumentum natura, utriusque Minister Medicus. *Rhodig.* 29. 11. Qui Deo duce & luce, atque natura astite, causas morborum subtiliter indagant, progressum impediunt, fideliter curant, feliciter sanant, per quorum manus beneficium fati ad homines pervenire putavit *Seneca.* Qua de causa non probo, quæ acerba nimis invectiva in illos scripsit *Agripp. de vanit. scient. cap. de Medic.* Paucisque tangit *Limn. de Jur. publ. lib.* 6. *c.* 1. *n.* 18. *inf.* Ipsa harum calumniarum numeratio apud doctos & sapientes refutatio est. Als jener Gelährte eines Medici spottete, *Syrach* nenne die Aertzt gleichwohl nur *Flicker*: Ja, sagte der Medicus, wann kein *Lapp* zerrissen wäre, so dörffte der *Altreiß* nichts flicken.] Vide *Melchior Jun. quæst. polit.* 61. *pag.* 108. *Et Petr. Gregor. lib.* 17. *de Republ. cap.* 8. Sanat quidem solus languores DEUS: Idem tamen de frugalitatis solio produxit in largitate sua medicinam, Benignus, Gloriosus & Excelsus, ut *Mesue* alicubi inquit. Unde non immerito *Erophilus*, teste *Galeno lib.* 6. *de composit. medicament. sec. loc.* salutares DEI manus pharmaca nominabat. RACHEL, quamvis fœ-

cunditatem obtinuerat à DEO, non tamen prius concepit, quam poma Mandragoræ, à ſorore accepta, deguſtaſſet. *Gen.* 30. *Joſeph. antiquit.* 1. *cap.* 28. TOBIAS, non prius recuperabat viſum, quam felle piſcis caligantes oculos inunxiſſet. *Tob.* 6. *verſ.* 9. EZECHIÆ vitam prorogavit DEUS, ſed noluit absque emplaſtro de ficubus apoſtema ejus curari. 2. *Reg. cap.* 20. *verſ.* 6. & 7. Quamvis etiam ſine mediis, ut in omnibus, ita & in ſanitate reſtituenda, DEUS agere poſſit, (cum prima cauſa facile ſuppleat deficientiam ſecundarum) plerumque tamen mediis utitur, ut ſcilicet Ipſe naturæ & medicaminum Auctor, in operibus naturæ glorificetur. Dominus ex terra creavit medicamenta, quæ prudens homo non faſtidit. *Siracid. cap.* 38. *verſ.* 1. & *ſeqq.* [Quid ſentiendum de iis, qui per verba certa morbos curant, aut alia mira efficere videntur. *vid. ap. Balduin. lib.* 3. *caſ. conſcient. cap.* 5. *caſ.* 3. *per tot.*] SALVATOR ISPE, non Jureconſultum, non Rhetorem, non Philoſophum, ſed Medicum ſe profeſſus, negat Medico opus eſſe iis, qui bene habent: Sputum enim terræ mixtum illivit oculis cœci. Ipſa neceſſitas quoque medicinam ſatis commendat, ægrotare enim incipimus, mox ubi nati ſumus. Qui vero rem familiarem adminiſtrant, & Reipublicæ præſunt, curare ſuorum valetudinem debent: Cumque per ſe id præſtare non poſſint, Medicos & quidem Exploratos Jure civitatis, immunitatibusque merito donant. vid. *Briſon.* 2. *antiquit. cap.* 3. Conſulantur autem Medici ita, ut non deſpiciatur DEUS: Aſt primo omnium Deus oretur, avertat ſe à delicto

ægro-

ægrotus, &c. *Siracides cap.* 38. *verſ.* 9. *& ſeq.*

24. * Officium autem medicorum eſt, nihil horum, quæ ad utilitatem & curam ægri pertinent, omittere, etiamſi non omnino curetur, id eſt ſanetur ſemper æger. Nam ut canit *Ovid. lib.* 1. *de Ponto.*

Non eſt in Medico, ſemper relevetur ut æger.
Interdum docta plus valet arte malum.

Imprimis Medicus ægrotum ad implorationem auxilii Chriſti, ad confeſſionem & pœnitentiam invitare, nec temere reconvaleſcentiæ ſpem facere debet, *cap. cum infirmitas.* 13. *de pœnitent. & remiſſ. Speckhan. cent.* 1. *quæſt.* 30. [Mentiuntur interdum Medici *ſibi*, dum nimium ſibi tribuunt, & ultra fatum quid poſſe falſo imaginantur, ac quod Dei ſingulari gratiæ acceptum ferre deberent, ſuæ ridicule dant arti ac ſcientiæ, quorum è numero *Menocrates ille*, qui cum deſperatos quosdam valetudini reſtituiſſet, ſcripſit hæc verba *ad Philippum Regem Macedoniæ : Menecrates Jupiter* Philippo ſalutem. Tu quidem Macedoniæ Rex. Ego artis Medendi. Tu potes, quando libet, interficere. Ego vero ægrotantes & ſanos usque ad ſenectutem ſine ægritudine ſervare, ſi mihi paruerint. Tu Macedonibus ſtipatus incedis; At Ego omnibus vel poſteris, ſiquidem ego Jupiter vitam illis præbeo. Cui *Philippus* reſcripſit : Philippus Menecrati ſalutem, Conſulo ut Antyciras te conferas, innuens hominem eſſe inſanum. *Ath. lib.* 7. *c.* 13. *Ælian. lib.* 1. Mentiuntur & aliis, quibus ob lucellum in morbis deſperatis ſanitatem falſo promittunt,

* *Officium Medicorum.*

mittunt, unde *Plato* dixit: Medicis non aliis mendacia concedenda esse, cum medicorum quasi sit proprium, ægrotos consolari, ipsisque convalescentiam, sive id verum, sive falsum sit, ad extremum usque agonem promittere. *Guicciard. in hor. recreativ.* Quos salse *Lucripetas Medicos* appellat *Apulejus in libro, quem de herbis inscripsit.* Cum audacis mendacisque sui promissi arguuntur, ad sacram illam Medicorum anchoram confugiunt, *contra vim mortis &c.* Eoque audaciores in hoc sunt, quod sciunt, non tantum hoc communi palliolo se tegi, sed & ideo felices, ut dixit *Nicocles*, quod successus quidem illorum sol intueatur, errores & mendacia autem tellus operiat. *Max. Serm.* 50. Mentimur & nobis ipsis de Medicorum auxiliari manu: dum illis quandoque plus æquo & Christiano fidimus, invocantes prius Medicum, quam Deum: unde dicitur Medico tres esse facies, Dei, hominis atque dæmonis: quod ita affert Poeta ille Anglicus:

Intrantis medici facies tres esse videntur
Ægrotanti: Hominis, Dæmonis, atque Dei.
Quamprimum accessit Medicus, dixitque salutem,
En Deus, aut custos Angelus, æger ait.
Cum morbum medicina fugaverit, Ecce homo clamat,
Cum poscit medicus præmia, vade Satan.]

Nemo ergo se suosque Medicis Judæis committat, tum, quia mortem appetere videtur, qui à * Judæo sanitatem exquirit: Cum sine auxilio Christi Salvatoris se sanum fieri posse opinetur. *Can. quia 7. caus. 26. q. 2.* tum, quia Judæi omnes Christi sunt inimici,

* *Quid sentiendum de Medicis Judæis?*

inimici, fideique Christianæ hostes, blasphemique nominis Christi, nec non pejores omnibus gentibus ac Sodomitis. *c. licet universis.* 23. *de Testib. c.* 1. *c. cum sit nimis.* 16. *de Judæis can. nonne* 37. *caus.* 1. *q.* 1. tum, quia sub excommunicationis pœna prohibitum est, ne in suis infirmitatibus alicujus Judæi Medici utantur. *c. nullus.* 13. 28. *q.* 1.

25. * Ajunt quidam, illum Medicum, de quo confidunt infirmi, worzu der Patient eine gute Confidentz und Vertrauen hat, plus ægritudines sanare: hocque accidere, quoniam sanitatis formam anima Medici continet, ac vehementi ægrotorum imaginatione concepta, virtutem male valentem roborans, debilitet morborum causam. *Galeottus de doctrin. promisc. c.* 15. & *Roderic. à Castro, in Medico-Politic. lib.* 2. *c. ult.* Et ideo dicunt, Medicum nisi accersitum, ægrum visitare non debere: cum si non vocatus accedat, certus esse de illa confidentia non possit. *Id l.* 3. *c.* 13.

26. ** Medicus, qui se in medicina peritum asserit, tria singulis in morbis se scire præsupponit, *præterita* videlicet, i. e. unde morbus originem traxerit, *Præsentia*, h. e. quo in statu & gradu morbus existat, & *futura*, i. e. an curabilis sit, nec ne, *Card. Florent. in cap. ad aures. de Ætat. & qualit.* Ejusque notitia cognoscitur exinde, si non solum morbi causas sciat exprimere, *sec. Hyppocrat. in prolegom. prognostici*, sed & noverit opportuno tempore languentibus medicinam præbere; properata enim nimis, vel retardata remedia raro prodesse,

 colli-

* *Quid operetur confidentia infirmi.* ** *Peritus Medicus quæ scire debeat.*

colligitur *ex Canon. absit.* 23. *dist.* 50. juxta illud Poetæ.

Temporibus medicina valet, data tempore prosunt,
Et data non apto tempore vina nocent.

Neque etiam sola scientia sufficit, sed cum diligentia & solertia conjuncta esse debet. *d. cap. ad aures. ibique Panorm. de ætat. & qualit. cap. tua nos.* 19. *vers. Si tamen causa. de Homicid.* [Videamus quid jura nostra de Medicorum Judiciis sentiant, cum sit Medicorum Judicium utcunque incertum, fallax mendaxque, desperati siquidem à Medicis sæpe pristinæ restituuntur sanitati, vice versa, eorum opinione salvati, non raro moriuntur. *Mynf. cent.* 6. *obs.* 34. *n.* 10. *Gail.* 2. *obs.* 111. *n.* 14. Quod & ipsi confitentur Medici, huic incertitudini ex mente *Hippocratis* tres assignando causas, quæ monstra Medico operanti occurrentia dicuntur: *Occasio præceps, experimentum periculosum, & Judicium difficile.* Magno proh dolor! nostro malo omnes experimur, quam sint lubrica admodum atque fallacia Medicorum de morbis Judicia atque experimentationes, post *Royz. decis. Lithuan.* 1. *num.* 73. *Pruckmann. Consil.* 22. *n.* 170. *vol.* 1. Adeoque illorum Judicium non juramentum, sed simpliciter assertorium esse debet, ne in perjurium incidant, ut habet *Bald. in l. comparationes. n.* 3. *inf. ff. de fide Instrum. Gail. & Mynf. dd. loc.* Non itaque satis est, ut Medicus bonam Medicinam Canonice præparet, sed eum advertere etiam oportet, ne aromatarius vel pharmacopola, quid pro quo misceat: aut pharmacum ex corruptis & vetustis speciebus, quæ magis nocere, quam prodesse solent, con-

conficiat. Illud quoque diligentis Medici officio incumbit, ne à latere ægroti facile diſcedat, ſi morbum ingraveſcere animadvertat. *Hoſtienſ. in Summ. ſub. tit. de ætat. & qualit.* §. *Ordo.* Siquidem Medicus quilibet ad ſuam conſcientiam recurrere debet. *arg. d. c. aures. & cap. unic. de homicid. l. illicitas. 6. §. ſicuti. 7. ff. de offic. præſid. Socin. ad cap. Ad audientiam. de homicid. n.* 31. Cum propter illorum imperitiam ſæpius homines intereant. *cap. exhibita.* 22. *de homicid. Benedict. Curt. Symphor. de arreſt. amor.* 22. *p.* 685. Ideoque ſi Medicus ſervum imperite necuerit, tenebitur actione *L. Aquilæ, l.* 7. §. 8. *ff. ad L. Aquil.* ſicut enim eventus mortalitatis ei imputari nequit, ita quod per imperitiam commiſit, imputari debet: prætextu quippe humanæ frugalitatis delictum decipientis, periculo hominis innoxium eſſe non debet. *l.* 6. §. 7. *de offic. Præſid. Colleg. Argent. lib.* 9. *tit.* 2. *th.* 27. Sicuti etiam ſi medicamentis perperam uſus fuerit, *l.* 8. *pr. d. tit.* vel medicamenta per vim, vel ore vel clyſtere infuderit. *l.* 9. §. 1. *d. t.* vel ſi malo veneno unxerit, L. Aquilia teneri dicitur, in *d. l.* 9. §. 1. imo ſi doloſe medicamentis ſuis infirmum interfeciſſet, pro criminis qualitate pœna capitali puniri poteſt. *l. neceſſarios.* 5. *ad SC. Syllan. l. ejusdem.* 3. *ff. ad L. Jul. de Sicar. Ordin. Crimin. Carol. V. art.* 134. [An medicus ob perperam adhibita medicamenta, & inſecutam mortem teneatur, & quomodo. *Heig.* 2. *q.* 26. *Eberh. Speckh. cent. q.* 24. *Ludov. Gilhauſ. in arb. Judic. crim. tit.* 12. *de homic. n.* 55.]

27. * Sed anne vitæ humanæ terminus arte medica

* *Quæſtio.*

dica prorogari poteſt? Qua de re in utramque partem diſputat *Johannes Hartmann. Diſputat. Chymico-Medica.* 8. *à princ.* & *Barthol. Muſcul. de Succeſſ. convent. claſſ.* 1. *membr.* 3. *ad fin.* Et ſane providentiam divinam, quæ univerſaliter non ſolum genera ſingulorum, ſed etiam ſingula generum, ac minutiſſima cuncta, ipſosque capillos concernit, falli & mutari non poſſe, Theologis lubentiſſime Medici concedunt: Sed quod attinet terminos vitæ naturales, præfixos à natura, tam univerſali, quam particulari, & domeſtica ſemini inſita pro cujusque temperamento, corporis ſtructura & principiis vitæ firmioribus vel infirmioribus diſcrepantes: in iis, ut abrumpendis libido voluntatis humanæ, ita dilatandis & propagandis, prudentia artis plurimum facit. Loquimur nempe de terminis naturalibus vitæ, mortemque philoſophice conſideramus, illam humidi & calidi primigeniti conſumptionem. Hocque & *Parcelſum* innuere agunt: dum dicit, mortem ex illorum reſolutione per induſtriam Medici impediri poſſe, minime illam, quæ eſt ex accidente. Sic & *Marſilius Ficinus. lib.* 2. *de vita producenda cap. ult.* ſcribit, obitum naturalem differri poſſe, cum Machinis Aſtrologiæ, tum & præſidiis Medicorum: Tandemque addit: non te pigeat perquirere à Medicis, quæ naturaliter tua ſit diæta, & ab Aſtrologis, quæ ſtella vitæ faveat; & quando hæc bene ſe habet, & ad eam Luna, compone, quæ didiceris prodeſſe. Dubium certe in eo nullum eſt, ſobrios, abſtinentes, & pios, centeſimum quandoque excedere annum. Nam & *Galenum*

(quam-

(quamquam ſe quater laboraſſe tertiana, & ſemel cauſone ſeu æſtuanti febre, fateatur *in lib. de tremor. & frigor.*) centum & quadraginta annos, (alii centum & ſeptuaginta malunt) vixiſſe *Suidas* tradit: tantaque eum in cibo & potu uſum abſtinentia ajunt, ut nunquam comederit vel biberit ad ſatietatem: neque ſuadente etiam patre, crudum quid unquam deguſtarit, tandemque ſine aliquo morbo, ſolo ſenectutis defecerit maraſmo. Idemque *Galenus* alicubi ſcribit: ſe ſola victus bona ratione effeciſſe, ut vitam longo tempore viveret ſanam. De Xenophilo Muſico *Plinius lib.* 17. *c.* 50. refert: quod propter eandem corporis ſui curam, & cognitionem (qua ſola conſtare valetudinem *Cicero* dixit) ſine ullo corporis incommodo, vixerit centum & quinque annos. Hieronym. Brunſuicus Medicus Argentinenſis, vitam ad annos centum illæſa valetudine produxit: adhibito Medicamento, quod deſcribit *Ranzovius tract. de conſervanda valetudine. cap.* 27. Henricus Salmuth. *in Reſponſ. Jur. Pro matr. Princip. cum virgin. Nobil. pag. mihi,* 185. *circ. med.* quando tractat hanc quæſtionem: *An naturalis vitæ periodus prolongari poſſit?* Reſponder: *Illud ſane extra controverſiam eſſe puto, poſſe frugalitate & temperantia ſenectutem, ſi non producere, at certe tolerabiliorem & minus gravem reddere.* [Certe frugalitas & ſobrietas, optima eſt hominis Medicina, *ex apophthegmate Pyrrhiniculi Vaſconis. vide Lycoſt. apophth. fol.* 4. Unde *Owenus lib.* 3. *Epigr.* 123.

Vivere naturæ ſi convenienter amarent
Mortales, Medica nil opus eſſet ope.

Si saperent homines, rixis avidisque carerent
Litibus, & queruli garrulitate fori.
Sic incumpositus post scrinia Bartolus iret.
Et mus illectum roderet Hippocratem.]

Cui addatur Abraham Schultetus *in der Vorrede über die Außlegung der Sonntäglichen Texten.* Ubi quærit & pertractat: Ob deß Menschen Leben und Todt, in seiner, deß Menschen, oder in GOttes Händen stehe? Oder ob GOtt bey sich beschlossen, wie lang ein jeder Mensch leben solle, und welchen Tag oder Stund, an welchem Ort, und durch was vor eine Kranckheit, er einen oder den andern von diesem Leben abfordern wolle? Oder aber: Ob ihm der Mensch selbst sein Leben verlängern oder verkürtzen könne? Alia ratio fuit longævitatis *Patriarcharum*, eorum ante diluvium imprimis, de qua Petr. Messias *lib.* 1. *variarum Lectionum, cap.* 1. *&* 2. quamque in dubium vocare, impium esse videtur. Neque ullo modo audiendi sunt, qui putant aliter annos illis temporibus computatos, ut pluribus evincunt, *Franciscus Floridus Sabinus, Syllog. lect. Subcis. pap.* 3. apud Gruterum *tom.* 1. *Lampad. artium. fol.* 1096. *Casp.* Dornav. *in Mathusalach vivace.*

28. Medicus non gratis, sed condigna mercede præstita mederi tenetur, *Joh. Harprecht. ad Instit. disput.* 12. *in supplement. lit. h.* Tum, quia nemo suis stipendiis militare cogitur, maxime divitibus. *gloss. in c.* 1. *verb. inseras distinct.* 83. *Speculat, in rubr. de Salar.* §. *postremo.* 4. *n.* 2. *vers. quid si infirmus dives.* Tum, quia & JCtus justum consilium & Patrocinium licite vendere potest, nec gratis consulere aut

postulare

poſtulare compellitur. *can. non licet.* 69. *cauſ.* 11. *quæſt.* 3. *Ripa in tract. de Peſte. cap. de remed. ad curand. peſt. numer.* 4. *late Speckhan. cent.* 1. *quæſt.* 33. Quod tamen limita in Pauperibus Principum ſubditis, his enim gratis mederi Medicus debet, & præmium à DEO expectare. *gloſſ. & Præpoſ. in cap. prim. diſtinct.* 83. cum non debeat apud Medicum plus valere pecunia, quam vita morituri. *can. non ſatis.* 14. *in fin. diſtinct.* 86. *add. Gail.* 1. *obſervat.* 43. *num.* 13. *Hontheim. lib.* 4. *de art. Notar. cap.* 77. *num.* 47. Si Medicus per ſtipulationis cautionem ſibi non proſpexit de Salario, non habet aliam vitam, quam ut petat Salarium officio Judicis, vid. *Claſſ. Oldendorpii in præfat. de offic. Judic.* ſi vero convenerit de Salario, competit actio in factum. ſec. *alleg. Ayrers in ſuo proceſſ. pag. mihi.* 21. *n.* 15. 16. *& ſeqq.* [An medico, curato ſemel ægroto, & in priſtinum morbum recidente, novum Salarium debeatur, an vero ægrotum recidivantem, pro eodem Salario curare debeat. *vid. Speck. cent.* 1. *q.* 33.]

29. * Philoſophi ſunt artium liberalium inferiorum periti: illos in Rempublicam eſſe recipiendos, nemo ſuæ mentis unquam dubitavit: Nam finis Philoſophiæ in virtutum actione poſitus eſt. *Ariſt.* 1. *th.* 7. *&* 13.

Paulatim vitia atque errores excutit omnes.
Juvenal. Sat. 13.

Nunquam illa ſatis digne laudari poteſt, cui qui paret, omne tempus ætatis poteſt ſine moleſtia degere. *Cicero in Caton. Majore.* Philoſophi plerumque olim fuerunt Regum & Principum informatores

* *Philoſophi.*

tores [Wie viel an guter Education der jenigen, so Land und Leuthe regieren sollen, gelegen seye? *vid. ap. Reinkingk. in der Bibl. Policey. lib. 2. ax. 9. Besold. inter Tractat. polit. de Educat. cap. 3. pag. 9. & seqq. Nicol. Caussin. in Dissert. ad libr. Regum. Dissert. 13. Cominæ. lib. 1. Histor. Ubi de Educatione Ludovici XI. Regis Galliæ agit. adde Me in Addit. ad Hippolyt. à collib. Principem. cap. 5. pag. 121. 122. & seq.*] sufficiat nobis Exemplum Philippi Regis Macedoniæ, qui sibi gratulabatur, quod iis temporibus natus esset filius Alexander, quibus uti posset Aristotele præceptore. Quoad immunitates illorum differentiam faciunt inter Philosophos & Philosophiæ Doctores. Hi certam habent à lege immunitatem, illi incertam, & ex facto pendentem. *l. professio sext. C. de muner. patrimon. lib.* 10. inprimis quod ad patrimonialia attinet: Nam & in personalibus plurima exiguntur, ut Philosophus excusetur. (1.) Ut sit probatus decreto Ordinis. *l.* 8. *C. de profess. & Medic. lib.* 10. (2.) Ut se adolescentibus utilem præbeat. *l.* 2. *C. eod.* (2.) Ut in Patria sua doceat, non in aliena. *Cujac. ad l.* 6. *§. Grammatici.* 1. *de Excus.* [S. Apostolus Paulus *ad Coloss. cap.* 2. dum cautiores illos in iis, quæ fidei sunt, reddere tentat, hac præmonitione usus est: *Videte, ne quis vos seducat per Philosophiam, & inanem fallaciam hominum.* Ac si Philosophia cum integritate & simplicitate fidei Christianæ non bene conveniat. Et prioribus seculis Ecclesiæ, *Philosophiam* male audiisse apud Christianos, vulgatum est. *Tertullian. libr. de Præscript.* totus est in exagitanda philosophia, à qua hæreses & subornari & proficisci ab enu-

meratione docet. *Philosophos* idcirco *Patriarchas hæreticorum* vocat, adversus *Hermogenem.* Idem *B. Irenæus. lib.* 1. *c.* 19. *S. Chrysostom. hom.* 7. *in* 1. *Cor.* & 65. *in Johan.* Sed quoniam *Philosophiæ* nomen longissime patet, ut suo ambitu disciplinas, & artes, quæ *liberales* vocantur, complecti certum, omnes has scientias Apostolum damnare voluisse, nullus SS. Patrum dixit, ac proinde quid intellexerit, docet *Filesac. Select. lib.* 1. *c. ult.* ubi, quæ partes *Philosophiæ* damnatæ, ac quæ probatæ, ac Christianæ Philosophiæ quomodo usui esse possint, item, quod Philosophia Christiana necessaria & utilis sit, rationibus demonstrat. Vide quoque, *Baron. in Annalib. de Anno Christi* 411. *n.* 13.] His etiam annumerantur GRAMMATICI, *l. ult.* §. *ult. de muner. & honor. l.* 11. *C. de Profess. & Medic.* Quod nomen alibi usurpatur generalius, ut in *l.* 6. §. 1. *de Excus.* aliquando specialius. *l.* 1. *princ. de var. & Extraordin. cognit.* Ita ut aliis Professoribus literarum opponatur. *l.* 2. 6. & 11. *dict. tit. C. de Profess. & Medic.* Quo sensu Grammaticum describit *Seneca Epist.* 88. *ibi:* Grammaticus circa curam sermonis versatur, & si latius evagari vult, circa historias: Jam ut longissime fines suos proferat circa carmina. *Idem Epistol.* Eos latini sermonis custodes vocat. Ex quibus locis apparet, titulum illum olim fuisse honoratum: quamquam posterioribus temporibus ita in contemptum abierit una cum bonis literis, ut nemo Magistellorum hodie valde hoc elogio gaudeat. vid. *Gissens. in Præfat. Grammatic. & quæ in Belgio inter Lucium verum, & Alexium à Massalia, sub titulo* Speciminis controversiæ, quæ est de mutui aliena-

alienatione, *inter JCtos & quosdam Grammatico-Sophiſtas, agitata ſunt.*

29. * Tandem inter eminentioris conditionis ſubditos refero *Milites*, qui militiæ laude ac fide viri ſunt excellentes, & privatim victum ex miniſteriis bellicis quærunt: Militum autem Status per ſe non eſt malus, & quilibet in eo ſalva conſcientia vivere poteſt, modo ſec. Johannem Baptiſtam *Luc. 3. verſ. 14.* aſſignatis ſuis Stipendiis contentus ſit, & in hoc omnes vires impendat, ut DEO creatori & Gubernatori ſuo ſupremo placeat, nec in aliquid, quo Illum, à quo omnis victoria dependet, offendat, conſentiat. [Hodiernorum militum mores adeo corrupti ſunt, ut nullus miles fortis habeatur, militiæque aptus, qui graviter & gnaviter non plaſphemat. *Nevizan. in Sylv. nupt. pag. 97. Tiber. Decian. tom. 2. Tract. crimin. lib. 6. c. 2. n. 24.* Quod facto proprio ſatis demonſtrarunt iſti apud *Dinothum*, Sacra Biblia in profluentem projicientes, ſimulque vociferantes: *En veritatem omnium Cacodæmonum ſubmerſam. libr. 2. Hiſtor. Galliæ. pag. 152.* Increpet Diabolus, ô os ſacrilegum & blasphemum!] Abſit igitur à milite omnis incontinentia tam in *verbis* quam in *factis*: In *verbis*, ne DEUM vel hominem buccis improbis alloquatur: In *factis*, ut nimirum ſit intentus, ad Ducis ſui non ſignum modo, ſed & nutum, & ſit Patiens in omnibus bellicis actionibus. Arma enim Præſidio & ſolatio Reipublicæ inventa, non debent converti in ejus excidium & deſolationem, ſive ut Pontifex *in cap. in quibusdam 12. x. de pœn.* loquitur: Quod ad de-

* *Milites.*

ad defenſionis ſubſidium eſt inventum, ad depreſſionis diſpendium non debet retorqueri: quod facillime contigit, niſi certis repagulis coerceantur manus armatorum. [Alias deprædatio, depopulatio agrorum & territoriorum per incendia & rapinas, ſunt belli adjunctum, quo nomine miſera bella nuncupat *B. Auguſtinus lib.* 2. *de Civit. Dei cap.* 25. *&* *libr.* 3. *c.* 10. *adde Albericum Gentilem lib.* 2. *de Jure Belli c.* 23. *Pomponius Lætus* teſtatur, hæc eſſe militum ſemina, rapere, ſtuprare, necare, incendere, ſatis edoctus, quorum ſcelera indomita abhorrendam fecerint conſuetudinem, *in Compend. hiſtor. Rom. de Nemeſi Dea. pag. mihi* 302. Unde etiam in hodiernam vere meritoque ita invehit *Joh. Jov. Pontanus lib.* 1. *Amor. p. m.* 3304.

Militiæ quondam partes ac jura fuerunt,
Tutari patriæ dulcia tecta ſuæ.
A ſociis arcere minas, pepuliſſe tyrannos
Hoſtis & incurſus continuiſſe vagos;
At nunc quid bello petitur, niſi præda? nec hoſtem,
Sed ſocium vita eſt exſpoliaſſe decus.

Salubertimum & humano generi neceſſarium ignis eſt Elementum, ac incuſtodite habitus, irreparabile afferre conſuevit detrimentum. Non minus imminet hominibus periculum à gladio ſtricto, manibus, quæ furore aguntur, permiſſo: quam civibus ab iis armis atque militibus, qui tramite haud quaquam Regio, via minime militari incedunt, ſed ſpretis legum directionibus ſuo arbitrio, aut ingeniis truculentorum Præfectorum palantes relinquuntur. Ja der Krieg iſt mit einander unglückſeelig, wann nicht vorhin gut Regiment, recht

Gericht

Gericht und Handhabung ist, auf denen, als Grund-Pfosten, alle Reiche und Gewälte ruhen. Legitur *in Recess. Imper. de Anno* 1500. *pr. v. Omphal. im ersten Bedencken. per tot.*

30. *Quod militia sit dignitas, est *text. in l. inter alias* 12. *C. de Palatin. lib.* 12. Militia enim & decurionatus æquiparantur, præsertim quoad honores. l. *veteranis.* 3. *ff. de privileg. veter.* & decurionatum esse dignitatem patet ex *l. fin. ff. de decur. l. Spurii* 6. *in princ. eod.* Unde etiam refertur inter species honoris. *l. quamvis.* 51. *princ. C. de decur. lib.* 10. *l.* 3. *C. de re milit. argum. l.* 8. *pr. ff. de excus. tutor.* Et vocatur exercitium nobile. *Francisc. Bursat. consil.* 62. *num.* 25. *lib.* 1. *Nolden. de stat. Nobil. cap.* 3. *num.* 27. repræsentat publicam honestatem etiam in humiliori gradu. *l. Colonos* 19. *C. de Agricol.* & quilibet titulus honorarius etiam sine aliqua potestate & Jurisdictione dignitas dicitur. *l. fin. C. de dignit. l. fin. C. ut dign. Ordin. serv. text. in c. accessissent.* 8. *Extr. de Constitut.* Quapropter quod à quibusdam infertur militiam dignitatem non esse, ut volunt *Bart. per l. fin. C qui milit. non poss. l. C. de Jurisd.* id intelligendum erit de primis quatuor gradibus dignitatis à jure potissimum consideratis, quos refert post *gloss. in §. cum quæ Instit. in procem. Lucas de Penn. in rubr. in fin. C. de dignit. ubi vide.*

31. ** Milites pro varietate delictorum varie puniuntur: Inter delicta autem eorum numeratur, segnitia, contumacia & similia, de quibus ordine dicemus: Segnitia est, detrectare munus militiæ semel

* *Militia an sit dignitas.* ** *De variis delictis militaribus, eorumque pœnâ.*

ſemel ſuſceptum, *l.* 4. §. *qui poſt. de Re militar.* Caligatus, qui metu hoſtis languorem ſimulat, pœna proditionis punitur. *l. omne.* 6. §. *Exploratores. dict. tit.* Deſiſtens à cujusvis præpoſiti vel præſidis excubatione, tanquam deſertor punitur. *l. deſertores.* 3. §. *ſi præſidis de Re milit. Decian. lib.* 7. *cap.* 15. Contumacia omnis militis erga præſidem vel ducem, pœna capitali punitur. *d. l.* 6. §. *contumacia.* [Qui in militia ſui ſuperioris Imperio obedire detrectat, aut tergiverſatur, atrociter delinquit; Et pro re nata capitaliter plectendus eſt. *vid. Bürger. cent.* 1. *obſ.* 93. *per tot. ibique alleg.*] ſimiliter rem prohibitam faciens, vel mandata non obſervans, eadem pœna afficitur. *l.* 3. §. *in bello. d. tit.* Irreverens miles, vel ſuperiori caſtiganti reſiſtens, aut manum eidem inferens, capite punitur. *l. milit.* 13. §. *irreverens. l.* 6. §. 1. *de Re milit.* Præpoſitum ſuum protegere & defendere nolens cum poſſet, eo occiſo, capite punitur. *d. l.* 3. §. *ult. d. l.* 6. §. *fin.* Seditionem atrocem militum concitans, capite punitur, querelam concitans, gradu militiæ dejicitur: Legio deficiens, pœna exauctorationis afficitur. *d. l.* 3. §. *qui ſeditionem.* Miles turbator pacis, capite punitur. *l. ult.* §. *fin. de re milit.* Deſertor dicitur, qui belli tempore abeſt à ſignis. *l.* 1. §. *deſertor. C. de deſert. lib.* 12. *l.* 3. §. *deſertor. de Re milit.* quive relictis caſtris, ad deprædationem & latrocinia ſe contulit. *l. ult. C. de deſertor.* [Transfuga majorem pœnam meretur, quam deſertor: Et utrum deſertionis crimen aboleatur, ſi legio ipſius eſſe deſinat. *vid. Bürger. cent.* 2. *obſ.* 23. 24. & 25.] Ille nec manifeſtus, hic manifeſtus deſertor appellatur. *l.* 2. *C. Quand. lic. unic.* & qui

per prolixum tempus vagus reducitur. *d.l.* 3. *§. desertor.* pœna arbitraria & nonnunquam capitali afficitur. *l. non omnes.* 5. §. *ult. de re milit. Petr. Gregor. lib.* 11. *de Republ. cap.* 7. Qui excubias palatii deseruit, capite punitur. *l.* 11. *tribuni. C. de re milit. l. nemo.* 13. §. *si quos. l.* 3. §. *emansor. de re milit.* [Miles qui excubias neglexerit, quomodo coerceatur. *v. Hering. de Jure Burgorum c.* 1. *n.* 244. *& seqq.*] Vagantes seu emansores milites, qui non diu erraverunt, redeuntes sponte, vel comprehensi levius, quam desertores, puniuntur. *d.l.* 3. §. *emansor.* excusationes emansorum admittuntur. *l.* 4. §. *ult. l.* 3. §. *si ad diem. l.* 14. *de re milit.* Tempore expeditionis nulli discedendi potestas datur, contra faciens, capite plectitur. *l.* 1. *C. de commeat. lib.* 12. In exploratione manens, hostibus insistentibus, aut à fossa tunc recedens, plectitur capite. *l.* 3. §. 16. *de Re milit.* Stationis munus relinquens, plus quam emansor est, & pœna arbitraria punitur. *d. l.* 3. §. *qui stationis.* Qui relictis militaribus castris, se ad prædationes vel latrocinia contulerit, pœna severiori est puniendus. *l.* 3. *C. de desertorib.* [Utrum officiales ex delictis militum conveniri, & ad reparationem damnorum illatorum constringi debeant. *vid. Bürger. cent.* 2. *obs.* 38. *& cent.* 4. *obs.* 5.] Transfugiens ad hostes exautoratus, torquetur & capite punitur. *l.* 38. *si quis.* §. 1. *de pœn. l.* 8. §. *hostes. d.* 1. Pariam relinquens, malo consilio & animo prodendi, in hostium numero habetur. *l.* 19. *de captiv. & postlim. reversl. l.* 3. §. 16. *de re milit.* & bestiis objicitur. *d. l.* 3. §. 16. Transfuga & ille dicitur, qui per induciarum tempus ad eos, cum quibus nulla amicitia est, fide suscepta, transfugit.

l. 19.

l. 19. §. *transfugam. de captiv. & post l. reverſ.* Cæterum qui captus, non potuit redire, transfuga non eſt, *l.* 5. §. *qui captus. de re milit.* Proditores & conſiliorum exploratores atque renunciatores capite puniuntur. *l.* 6. §. *explorator. l.* 7. *de re milit.* [Prodere eſt aliud actu oſtendere, aliud animo gerere. *l.* 1. *ff. de Prævaric. Blanc. de Indic. n.* 192. Et *ſec. Baldum. in conſ.* 361. *lib.* 4. Proditor tripliciter ſumitur. 1. Qui prodit Principem ſeu rempublicam. 2. Qui prodit amicum vel ſocium occidendo vel vulnerando. 3. Qui prodit eum, quem in fidem ſuſcepit. *Latiſſ. Decian. in Tract. crim. lib.* 7. *cap.* 29. *tom.* 2. *& cap.* 31. *Bart. in l. reſpiciendum.* §. *delinquunt. ff. de pœn. Guid. Pap. deciſ.* 191. *n.* 5. Fiunt autem proditiones literis clam transmiſſis, ignotis plerumque characteribus ſcriptis, quales docet *Hieron. Card. de Subtilitat. & Trittenhemius in Steganographia.* Et quæ ſint ſigna proditoris. *vid. Luc. de Penna. in l. Servum Domini. C. de delat. lib.* 1. *late Gloſſ. in cap. Clericus* 64. *diſtinct. Covarr. var. reſol. lib.* 2. *c. fin. n.* 7. Ex multis & variis capitibus proditoria macula & nota alicui inuri poteſt, prout oſtendit *eleg. Bürger. cent.* 2. *obſ.* 23. *pag.* 262. Et nemo ſe poteſt à proditione præcavere : Nam inſidiæ, quæ non poſſunt prævideri, ſunt caſus fortuiti, & culpam non arguunt, cum nemo divinare poſſit. *Bürger. cent.* 3. *obſ.* 72. Proditor, qui denunciat ſecreta hoſtibus, quomodo puniatur. *vid. ap. Schneidw. in Tract. de feud. part.* 5. *n.* 77. An autem ei, qui proditor & rebellis aliquando fuit, impune ſemper objici proditoria & infamatoria macula, poſſit, ſi crimen illud à principe remiſſum, aut transactione extinctum ſit, *vide Bürger. cent.* 3.

 obſ.

obs. 69.] Omnia arma sua alienans, æquiparatur desertori. *l.* 14. §. *arma. de re milit.* arma amittens vel alienans, capite punitur. *l. desertor.* §. *milit. de re milit.* Arma aliena subtrahens, gradu militiæ pellitur. *d.l.* 3. §. *qui aliena.* Fugam in acie prior spectantibus militibus, faciens, capite punitur. *d.l.* 6. §. *qui in acie.* Lege Mosaica meticulosus domi manere poterat, nec invitus militare cogebatur. *Deut. cap.* 20. 8. 9. *Judic. cap.* 7. *vers.* 3. Non hosti, sed alii injuriam inferens, punitur. *Deut. cap.* 20. *vers.* 10. & *seqq.* 2. *Chron. c.* 28. *v.* 10. *Prov. c.* 20. 22. Qui agmen excessit, fustibus ceditur, vel militiam mutare cogitur, *l.* 8. §. *in bello de re milit.* Qui vallum transcendit, aut per murum castra ingreditur, capite punitur, si quis vero fossam transiliit, militia rejicitur. *d.l.* 8 §. *in bello. l. fin. de rer. divis.* Miles se ipsum vulnerans, mortem sibi injicere tentans, doloris impatientia, tædio vitæ, morbo, aut furore, aut pudore, ignominia notatur. *d. l.* 6. *l.* 38. §. *fin. de pœn.* Commilitonem vulnerans lapide, militia rejicitur, gladio vero lædens, capite punitur. *l.* 6. §. *si quis de re milit.* Miles alia præter arma sua tractans, pœna arbitraria punitur, *l. nemo.* 13. *l.* 15. *C. de re milit. Novell.* 116. Ludicram artem exercens, vel se ipsum vendens, capite punitur. *l. quadam.* 14. *de pœn.* Provincialibus per vim aliquid auferens, capite punitur. *vid. Petr. Gregor. d. lib.* 11. *c.* 7. [Ablata à militibus præsidiariis, ubicunque reperiuntur, absque refusione pretii vindicari possunt. Et milites rusticos concutientes, & eos insolenter damnificantes, non excusantur à peccato & restitutione damnorum, ob hoc, & quod stipendia eis

non

non solvantur, aut subtrahantur. *vid. Bürger. cent.* 1. *obs.* 56. *& cent.* 2. *obs.* 93. Auf wie vielerley Art und Weiss sonsten, die Soldaten Partiten zu machen pflegen tradit. *Memorial. Oecon. pract. pag.* 271.] ubi multis exemplis id probat, adde *Num. cap.* 21. *vers.* 21. *Deut. cap.* 20. *vers.* 26. De variis pœnis militaribus refert plura *Alexand. ab Alexand. lib.* 2. *genial. dier. cap.* 13. *Decian. lib.* 7. *crim. cap.* 15. *Deut. c.* 20. *Exod. cap.* 21. *Levit. cap.* 14. *vers.* 20. Delinquunt quoque milites, antequam nomen dederunt, qui nimirum militiam detrectant, *l. qui cum*, *§. qui post. de re milit.* qui filium suum militiæ subtrahit. *l. si is cum quo. Commun. divid. Valer. Maxim. lib.* 6. *cap.* 3. Qui sciens se esse inhabilem, legi tamen & describi se patitur. *l.* 4. §. 1. *de re milit. l. qui status. l. ab omni. dict. tit.* Qui eo animo nomen militiæ dedit, ut percussione & concussione adversarium suum vexaret, *d. l.* 4. *§. non omnis.* Qui metu criminis, & supplicii meriti, nomen militiæ dedit. *l. qui metu. de re milit.* Duces militum delinquunt, dum numerum militum mentiuntur, & eorum, qui non sunt, stipendia recipiunt. *l. fin. §. hoc autem. C. de offic. Præfect. Prætor.* [Theologorum & Politicorum est sententia, quam verissimam puto. Regem, qui quæ debet stipendia militibus, non solvit, aut Generalem, qui defraudat milites pecuniis competentibus, non tantum militibus teneri de damnis inde secutis, sed & subditis suis & vicinis, quos inedia coacti milites male habuerunt, & damnificarunt. *Bürger. cent.* 2. *obs.* 33. *pag.* 276. De pecuniis illis suppletoriis, quæ vulgo vocantur *Recrouten- oder Remontirungs-Gelter.* Idem *dict. cent.* 2. *obs.* 78.]

 32.* Ad

32. * Ad remunerandam militum operam, & communem exercitus utilitatem, inter alia privilegia. & hoc militibus indultum est, ne alibi, quam apud suum Magistratum militum conveniantur. *l. Magistr.* 6. *C. de Jurisd. omnium Judic.* quia alias facile à malitia abstrahentur. Unde Juvenal.

Legibus antiquis (ait) *castrorum & more Camilli*
Servato, miles ne vallum litiget extra.

Et hæc de causa civili indistincte vera sunt: At in causa criminali plurimum refert, delictum militare sit & proprium, an vero commune. In proprio delicto idem, quod in causis civilibus, obtinet, *l. de militibus.* 9. *ff. de custod. reor. l. desertorem.* 3. *ff. ne re milit.* At in communi delicto, ut in furto, homicidio, & similibus, coram iis recte conveniuntur, apud quos tale delictum contractum ostenditur. Nam Div. Severus & Antoninus rescripserunt, militem si quid gravius admiserit, ibi pœna plecti debere, ubi facinus admissum est. *l.* 3. *in pr. ff. de re milit. l. ult. ff. de accusat. fac. l.* 1. C. *ad* L. *Corn. de Sicar. vid. Enenckel. lib.* 2. *privil.* 5. *n.* 5. *&* 15. *Petr. Theod. in colleg. crimin. disp.* 4. *th.* 3. *lit. b.*] De Judiciis militaribus. Item, de Requisitis zu einem Stand-Kriegs- und Malefitz-Recht. Item, si vota sint paria, ut quidam absolutionem, quidam condemnationem rei concludant, pro qua parte sit ferenda sententia. Item, ad Judicium militare, quales personæ adhibendæ. *vid. ap. Bürger. cent.* 2. *obs.* 97. 98. 99. *&* 100.]

33. ** Hucusque de subditis eminentioris conditionis,

* *Ubi milites sint conveniendi cum in civilibus, tum in criminalibus.* ** *Mercatores.*

tionis, ſequuntur juſto ordine ſubditi inferioris conditionis, inter quos primum locum tenent Mercatores, qui ſunt ſubditi ex mercimoniis victitantes, quorum negotiatio eſt vel diffuſa vel reſtricta: Illa honeſtior eorum eſt, qui majori quantitate merces, ut vulgo ajunt, integras aliis divendunt precio tolerabiliore, die in Groſs handlen: Iſta aliquanto vilior eorum eſt, qui à mercatoribus mercantur, & illico minutim vendunt: Prioris generis mercatores, olim in Patrià ſua decurionatum & alios honores petere poterant. *l.* 12.*ff. de Decurionat.* Inter hos olim erat *Solon* & *Thales*: Hodie iis abundat Italia, Hiſpania, Belgium & nobilia multa Germaniæ Emporia: [Mercatura Holandiæ ordinibus ſanguis & vita *ſec. Klock. de Ærario. l.* 2. *c.* 25. *n.* 56. Hi fere ſoli orbis divitias accumulant, & rerum gerendarum nervos in manibus habent. De poſterioris generis Mercatoribus dicit *Cicero*: Illos nihil proficere, niſi admodum mentiantur. Quos ita depingit Sachs.

Von Lügen, Triegen ich mich nehr,
Recht und Fug mich nicht kümmert ſehr,
Böſs Waar geb ich vor recht und gut
Aufs theuerſt ſtracks nach meinem Muth,
Ich ſchwer, es iſt kein Mangel dran,
Und ſeh ich hiebey den Himmel an,
Dem Geitz bin ich ergeben gantz,
Und ſchäm mich gantz keiner Finantz,
Mir Liſt und Lügen, wie ich kan,
Betrieg ich manchen ehrlichen Mann.

[De propolis (von Vorkäuffern) qui quæ in ur-

bem venalia deferunt rustici, omnia coemunt, ut carius ea civibus vendant. vid. elegant. *Tabor. in Præsid. debit. pag.* 239. *& seqq.*] * Quæ tamen iniquior est censura, si omnes promiscue notet. Cum Respublica iis commode carere non possit, Mercatores enim & Negotiatores sunt in Reipublicæ corpore, veluti ministri, bajuli, pedes, qui transferunt reliquis necessaria, inquit *Petr. Gregor. lib.* 4. *de Republ. c.* 7. *p.* 195. [adde quæ de utilitate comodis & commerciorum tradunt *Hugo Grot. de Mari libero in princ. Marquard. de Jur. Merc. & Grot. lib.* 2. *de Jur. Pac. & Bell. cap.* 2. *n.* 13.] Unde verissima est *Aristotelis* sententia. *Negotiatione suppleri id, quod naturæ deest, quo commode omnibus sufficiat.* vid. *Mare liberum, sive dissert. de Jure, quod Batavis competit, ad Indican. commerc. cap.* 8. Quo pertinent *Platonis* verba à *Calistr. in l.* 2. *ff. de Nund.* allegata: indiget civitas pluribus utique rusticis, & aliis opificibus, & ministratoribus, itemque his, qui invehant & evehant singula, hi autem sunt Negotiatores. vid. *Hippolit. à Collibus in increment. urbium. cap.* 14. *& Stracc. de mercatura part.* 2. *num.* 16. Wie theuer aber ein Kauffmann seine Waaren geben solle, damit er sein Gewissen mit Ubersatz nicht beschwere, sich für Süuden hüte, und seelig werden könne. vid. *Hanss Just Winckelmanns Christlichen Kauffmanns-Spiegel. pag.* 70. *quæst.* 4. *& Frideric. Balduin. in cas. conscient. lib.* 4. *cap.* 3. *cas.* 7. *per tot.*

34. **Hic lubet quærere: An Princeps & Mercatura fiscum suum augere possit? Sane aliarum rerum

* *Mercatorum in republica necessitas.* ** *Quæstio.*

rerum mercatura (*propediem in monopolium exitura*) pecunias in fiscum cogendi, ratio regularis non est. Quod si enim Nobilitati minus convenit. *l.* 3. *C. de Commerc. l.* 31. *C. de Locat. l. fin. C. de Resc. vendit. Carpz. lib.* 4. *tit.* 4. *Respons.* 37. quanto magis nobilitate majoribus indignum est, lucrum ex omni occasione odorari? Principibus dico & Rebuspubl. quibus cura sublimior, quam isthæc moliendi, adnata præsumitur. At vero quibus cum precio omnia honesta videntur, hanc vel illam vocem, quod Patribus olim quæstus omnis indecoratus visus sit, persunctoriam habent, quos inter numeratus olim *Helius Pertinax Imper. Roman.* Qui lignariæ negotiationi (Holtz-Händel) [De Regali Jure Grutiæ, vulgo Flötz-Recht. *vid. Tract. Abasv. Fritschii per tot.* Et von Flötz-Rechnung, und wie selbige einzurichten. *vid. Memoriale Oecon. pract. pag.* 165. *& seqq.*] pertinaciter tam ante quam post adeptum Imperium, incubuisse dicitur, num ut delassatam juvaret Rempublicam? non liquet. [Lusitaniæ Reges, cum angustis regni finibus continerentur, nec jura suæ majestatis satis commode tueri, nec subditos rodere vellent, mercaturam abundantissimam, sine contumelia ac majestatis suæ diminutione exercuisse legimus. *Becker. in Jur. publ. pag.* 235. *adde Obrechtum im Politischen Bedencken. pag.* 111. *n.* 15.] Ita enim in hypotheseos quæstione, ubi indigentiam pecuniarum publicam, vel quod ab antiquo ita fuerit observatum, addes, Non resisto, quin si optio detur, mercatorem mallem, ait *Andius sine bono* (Scopticum Cujacii in Johan. Bodinum Anagramma) quam ty-

 rannum

rannum, & Patricios viros negotiari, quam prædari, 6. *de Republ.* 2. *fol.* 1016. Meminit equidem *l.* 1. *C. de commerc.* Negotiatoris Imperaroris domeſtici, ſicut & 2. *Paralip.* 1. *verſ.* 16. Regibus Iſrael Mercatores proprii velut officiarii tribuuntur. Verum his non in Compendium, ſed ne diſpendium, difficilius neceſſaria comparando, incurrant, uſi, non abuſi ſunt: Vere enim abuſum dixerim, ubi dignitas & ratio publica aliter, quam extremis hiſce fulcris ſubſiſtere poteſt. Et verendum, ut nummorum additio, honoris ſubtractione vel multiplicatio fiſci, publici ſtatus diviſione (dura Arithmetica) compenſetur. Animus enim lucris aſſuetus, vix abſtinet, quin in ſeriis Reipubl. etiam negotietur. Unde profliganda honorum & officiorum mercatura, quam optimus quivis in extrema Indiæ proſcribit, nimis crudum ſcilicet Fiſci nutrimentum. vid *Novell.* 8. *pr. l. fin.* C. *ad* L. *Jul. Repetund. add. Argentoratenſes.* 1. *conſil.* 10. *n.* 37. 38. *& ſeqq. & Lath. de Cenſ. lib.* 3. *c.* 13. *per tot.* Quod autem Edicto vel Privilegio Principis Commercia ad certa loca perſonasve reſtringi poſſint, tradit *Carpzov. lib.* 1. *tit.* 5. *Reſponſ.* 42. ubi *n.* 3. habet, quod ex utilitate Reipublicæ quandoque admittantur monopolia: Principibus tamen ullum competit Jus protimiſeos in cibariis vel mercibus edilibus Subditorum, quas venales ad forum deferunt, *ſec. Carpzov. Ipr. for. part.* 2. *conſtit.* 5. *def.* 10. *ibique alleg.* Plura ad hanc materiam pertinentia invenies *in Notis ad Diſcurſ. meum Jurid. de Rationar. n.* 39.

35. Ad inferioris conditionis Subditos in ſecundo ordine collocantur *Artifices*: Qui ſunt vel

ſuperio-

ſuperiores vel ſordidiores: Superiores ſunt *Typographi.* [De origine Typographiæ. *vid. Bornit. de rerum ſuffic. fol.* 164. *Serrar. in Mogunt. lib.* 1. *cap.* 37. *Majol. tom.* 1. *colloq. ult. fol.* 423. *Meteran. in der Niederländiſchen hiſtori lib.* 4. *fol.* 218. *ſub Anno Chr.* 1573. *Middendorp. de Academ. lib.* 1. *c.* 22. *Herman. Hugon. de origin. ſcribend. cap.* 34. *Beſold. in tract. de Jur. Bell.* Huc etiam facit elegans Tractatus *von Erfindung der Buchdruckerey, in Straſsburg Anno* 1640. *in 4to editus.* addatur *Schonborn. lib.* 3. *polit. c.* 49. *per tot.*] *Pictores* (ubi in parentheſi nota, Operas Pictorias eſſe operas fabriles. *l.* 26. §. 12. *verſ. ſed ſi non operæ. ff. de condict. indebit.* Niſi animi tantum cauſa artem pictoriam quis exerceat *l.* 8. *C. de Medic. l. ult. C. de Excuſ. artif. Schonborn. lib.* 3. *polit. cap.* 5. *Tiraquell. de Nobilit. cap.* 34. *n.* 2. *Nolden. de Statu Nobil. cap.* 17. *n.* 162.) *Aurifabri, Architecti, Sculptores.* Inferiores ſunt, qui vilioribus & craſſioribus artificiis ſeu Opificiis ſunt dediti, cujusmodi ſunt *Sutores, Alutarii, &c.* * Artificibus & Opificibus carere nequit Reſpublica: Ideo ſedulo Principes in id anniti decet, ut ſuas civitates inſignibus Magiſtris reddant celebres. [Artifex eſt, qui artem intelligit, & eam ad uſum ſeu utilitatem hominum, ſive publicam ſive privatam accommodat. Ut autem Subditi certo utantur artifice, Magiſtratus ex certa cauſa eos cogere poteſt. *ſec. alleg. à Carpzov. Ipr. for. part.* 2. *conſtit.* 4. *def.* 12.] De quo axiomate prolixius diſſerentem vide *Carpz.* 1. *conſil.* 47. *n.* 1. 5. *& ſeqq. usque ad n.* 7. Eorum etiam uſus maximus eſt in æſtimatione

* *Reſpublica artificibus carere nequit.*

tione rerum immobilium (si res mobilis eſt, verum precium rei illud eſſe exiſtimatur, quanti tempore emptionis communiter valuit, vulgo nach dem gemeinen Marck-Kauff. *l. precia. pr. ad L. Falcid. c.* 1. *de Empt. & vendit.* ita ut non attendatur unius aut alterius in foro publico precium, ſed quanti communiter vendatur. *Afflict. deciſ.* 316. *n.* 5. *Weſenb. conſil.* 99. *n.* 18. *Kirch-Hof. conſil.* 17. *n.* 28.) Si enim precium rei immobilis neque lege, ſtatuto aut conſuetudine loci definitum, neque inter partes conventum eſt, tunc ſolent eligi artifices die Schätzer, als Zimmerleut, Meurer, Steinmetzen, Baurs- und Ackerleut, quibus æſtimatio injungi ſolet, pro rei qualitate. Et quicquid ejusmodi artifices in ſua arte judicarunt, firmum inconcuſſumque manere debet. *Nov.* 7. *c.* 3. §. *ſcire autem. l.* 1. §. 1. *de ventr. inſpic. l. nemini.* 11. §. 1. *C. de Advocat. diverſ. Jud. Gail.* 2. *obſ.* 111. *n.* 8. *Beſold.* 1. *conſ.* 19. *n.* 64. *Pinell. de reſcind. vendit. p.* 3. *cap.* 4. *n.* 6. *Berlich. p.* 1. *concl.* 59. *n.* 25. Quod tamen tum demum verum eſt, ſi in præſentia partium juraverunt. *l.* 20. §. *omnes C. de fid. inſtrument. l.* 6. §. *Hic illud verſ. mobilium, C. de ſec. nupt. Carpzov. part.* 1. *conſtit.* 26. *def.* 5. & *part.* 4. *conſtit.* 33. *defin.* 5. *Rulant. in tract. de commiſſ. & commiſſion. p.* 1. *lib.* 4. *c.* 7. *n.* 7. maxime veritatis, nam quando credulitatis tantum juravere, de qua re vid. *Gail. dict. obſ.* 111. *n.* 13. & *ſeqq. Mynſ.* 6. *obſ.* 31. non videtur tranſire eorum arbitrium in rem Judicatam. *cap. fraternitatis. ubi gloſſ. in verb. per errorem. x. de frigid. & malefic. Gail. d. obſer.* 111. *n.* 16. [Variantibus teſtibus in æſtimatione precii, illud quod medium eſt inter utrumque attendi debet

bet. *Gail. de pignorat. cap.* 18. *num.* 10. Alias illud cenſetur juſtum rerum pretium, quod à Magiſtratu taxatum & definitum eſt. *per text. in l.* 1. §. *cura carnis. ubi Dd. ff. de offic. Præf. Urb. l. Imperat.* 3. *ff. ad L. Jul. De Annona. Alber. de Statut. part.* 2. *quæſt.* 69. *Molin. de Uſur. Quæſt.* 58. *n.* 404. *Dinner. de Juſto rer. precio defin. c.* 2.] Plura de taxatione & æſtimatione bonorum tam allodialium quam feudalium, in executionibus, locationibus & venditionibus. *vid. Berlich. part.* 1. *concl. pract.* 83. *per tot.* Et quomodo ac quot modis artifices in Camera Imperiali deputentur. *vid. Rulant. d. p.* 1. *l.* 4. *c.* 3. 4. 5. *& mult. ſeqq. ibique alleg.*

36. * In bene conſtitutis Rebuspublicis plerumque artifices ejusdem artis, vitæ, ſtudii & profeſſionis, ſolent ad commune quid habendum. *l.* 1. §. 1. *ff. Quod cujusque univerſ. nom. l.* 1. *C. de SS. Eccl. l.* 193. §. 4. *de verb. ſign.* certa inſtituere collegia, quæ ne ſint periculoſa Reipublicæ, Princeps det operam, ne qua ſint collegia, niſi ſuo conſenſu ac ſcitu conſtituta, & diligenter animadvertat, ac ſevere prohibeat omnes coitiones & conventicula clandeſtina, nec permittat ullum collegium à Subditis inſtitui, cui ipſe non præſit ſua authoritate per perſonam aliquam à ſe ipſo delegatam. *Keckerm. lib.* 1. *politic. c.* 15. *p.* 261. Statuta etiam inter Collegiatos den Zunfft-Brüdern condita de conſuetudine à Magiſtratu debent confirmari. Die Innungen und Zünfften ſollen durch den Ober-Herrn confirmirt und beſtättiget werden. *Schneidw. ad* §. 3. *Inſt. de I. N. G. & C. Bronchorſt.* 1. *nant.* 5. *l. fin.* §. 1. *C. de LL. Gail.* 1. *de P. P. c.* 6. *n.* 10. *Carpzov. lib.* 1. *Reſponſ.* 48. *per*

* *De Collegiis artificum.*

per tot. tit. [Statuta opificum de causis ad opificium spectantibus, (si sunt secundum, vel præter Jus) confirmatione superioris non indigere, de Romano Jure certissimum est, cum à lege ipsa confirmentur. *l. ult. ibique Dd. ff. de Jurisd. omn. Judic. l. 2. §. ult. C. de const. per Hahn. ad Wesenb. tit. de Legib. n. 3. verb. Decreta.* Praxis tamen hodierna Germaniæ ubique fere contrarium induxit, quatenus ejusmodi statuta à superiore omnino confirmanda. Unde hodie per modum privilegii, vi ac Jure Superioritatis territorialis, Krafft Lands-Fürstlicher Obrigkeit, concedi ac confirmari solent. *Weben. in obs. Pract. verb. Zunfft. & verb. Güldenmeister.*] Et ligant ejusmodi statuta (die Innungs Articul, solummodo eos, qui sunt ex numero collegii, die Zunfftgenossen, etiam in alio foro, quam in foro collegii quoad decisiones causarum, non autem quoad modum procedendi in Judicio. *l. si fundus. ff. de Evict. gl. in l. ex ea de postul.* nam quilibet stylus servari debet in suo Judicio.

37. * Talia autem statuta debent esse rationabilia, cum valeant ut lex, legis autem anima est ratio: hinc merito reprobatur illud, quibus prohibent opifices, ne quod unus cepit, alter perficiat, dass, was einer auss den Zunfftgenossen zu arbeiten angefangen, der ander nicht aussmachen dörffe. *l. unic. C. de monopol. Dan. Moller. lib. 2. semestr. cap. 15. Matth. Stephan. de Jurisd. lib. 2. p. 2. cap. 18. Carpzov. Ipr. for. part. 2. constit. 6. def. 11. n. 3.* [De Satutis ac consuetudinibus quibusdam Opificum licitis, illicitis & irrationabilibus. *vid. Fritsch. in Tract.*

* *Statuta artificum debent esse rationabilia.*

Tract. de Collegiis Opif. eorumque Juribus, Statutis ac privilegiis part. 2. cap. 4. & 5. per tot.] In multis etiam Opificiis non recipiuntur Bader, Barbierer, Müller, Leinweber, Schaff-Hirten, Hirten, Zöllner, Pfeiffer, Spilleut, und dergleichen Handwercks-LeuteKinder, dafs sie kein Zünfftig-Handwerck lernen mögen. Sed & hæc consuetudo ut irrationabilis & odiosissima reprobata & abrogata est per R. *A. zu Augspurg. Anno* 1548. §. *Von Handwercks-Söhnen, &c. fol.* 61. *Policey-Ordnung Carol. V. cap.* 37. Sublatis omnibus statutis & consuetudinibus in contrarium. *Mynf.* 4. *observ.* 31. *ubi Arnold de Reyer. in addit.* Non autem improbo statuta & consuetudines Opificum, Sartorum, Sutorum, & aliorum, der Zünfften und Innungen, *ne quis eorum extra Opificium ducat uxorem*, sondern ins Ampt freyhen mufs, si modo quædam adsit, cum qua licite matrimonium contrahere possit. *Matth. Stephan. lib.* 2. *de Jurisd. part.* 2. *cap.* 8. *n.* 45. *& seqq.* Quia per ea opificia recte conservantur. *arg.* §. 1. *Instit. de Nupt.* Ubi non nisi cives Romani inter se matrimonia contrahere possunt. Nec per ejusmodi consuetudinem impeditur libertas matrimoii, cum adsit electio ex multis, quamnam amet, vel in uxorem ducere placeat: at ubi electio, ibi libertas & libera voluntas. Pro circumstantiis tamen ego etiam Judicis arbitrium interponendum putarem cum *Wehen. in observ. pract. verb. Freyen ins Ampt. pag. mihi* 173.

38. * Si artifici alicui Juvenis aliquis locatus fuerit, ein Lehr-Jung auf- und angedinget, ut in artificio

* *Quæstio.*

tificio instrueretur, cum pacto, ut per aliquot annos maneret apud eundem, und die Lehr-Jahre aufsstehen solte, dann sonsten hätte er nicht redlich ausgelernet: Si tunc Ille infra hos annos aufugeret, deinde reversus fuerit, *quaeritur*, an ad integrum tempus debeat manere, de novo incipiendo, vel tantum totidem diebus, quot abfuit? Qui casus potest decidi ex *l. servus qui testamento.* §. 5. *de stat. liber.* Cujus hæc sunt verba: *Servus cum heredi annorum septum operas dedisset, liber esse jussus erat. Is servus fugerat, & annum in fuga fecerat. Cum septem anni præteriissent, respondit, non esse liberum. Non enim fugitivum operas domino dedisse. Quare nisi totidem dies, quot abfuisset, servisset! non fore liberum. Sed etsi ita scriptum esset, ut tum liber esset, cum septem annis servisset, potuisse liberum esse, si tempus fugæ reversus servisset.*

39. * Opificio alieno nullus artifex uti debet, ne officia turbentur. *l. consulta.* 23. *ibi, absurdum est, si promiscuis artibus rerum turbentur officia, & aliis creditum alius subtrahat. C. de testam. l. quicunque,* 2. *C. de Execut. & Exaction. lib.* 12. *cap. singula. distinct.* 89. Exemplum est in Fabricensibus. *l.* 3. *C. de Fabric. lib.* 11. Quin & puniendus venit, qui alterius officio sese immiscet, prout videre est ap. *Carpzov.* 1. *consil.* 47. *n.* 9. & 10. Cui add. *Berlich. part.* 1. *decis.* 26. ubi tractat casum de Ephippiariis Sattlern, & frenariis den Riemern. Interim Dominus Subditos suos cogere potest, ut uno ac certo utantur artifice, prout hoc in terminis tradit *Carpzov. Ipr. for. part.* 2. *constit.* 4. *def.* 12. *per ibi alleg.*

40. In

* *Opificia non debent confundi.*

40. * In tertio ordine ſupra collocavimus *Agricolas & Paſtores* : Illorum vitæ genus com̃endatur nobis I. Ab *Antiquitate*. II. *Honeſtate*. III. *Neceſſitate*, & IV. Utilitate. [Imperii ſubditi mediati, & quidem infimi ordinis, qui non ſunt Status Provinciales, ſunt *Ruſtici*, ruri in pagis viventes, quorum paſſim hodie eſt miſerrima conditio. Ruſticus dicitur is, qui in rure habitat, & terram laborat ſeminando, vineas fodiendo & laborando, aut quid ſimile faciendo. De his *Donatus* in ſuis ad Ælium Lampridium ſcriptis ita loquitur: *Ruſtici animalia ſunt media inter bruta & homines, plus rationis expertes, quam capaces, quod norunt illi, qui malo ſuo genio acti, cum illis converſari coguntur*. Hæc ille ſatis acerbo Judicio ita ſcribit. Dolendum ſane maximam partem ruſticorum rationis quaſi privatos vitam degere, ſed unde hoc eſt? Quare non melius educationis plebeculæ rureſtris cura habetur? Non ſufficit ex Ruſticorum corio ſibi tantum ligulas *per horribilia Italiæ ſecreta* comparare noſſe; Sed Majeſtas id operam imprimis dare debet, ut & corpori & animæ ruſticorum & reliquorum civium, non modo in hac civili, ſed etiam in vere altera vitali vita æternum bene ſit. Non ſine gemitu perlegi rythmos Germ. quos *Olearius in Itinerario Rutheno Perſico* de Ruſticis in Livonia refert. Sunt autem tales.

Ick bin en Lieffländer Bur,
Min leuen werd my ſur,
Ick ſtige up den Bercken Boom,

Oo Un

* *Agricolæ.*

Un haue darob Sadel en Toom,
Ick binne mine Schau mit Baste,
Un spicke usem Junckern de Caste,
Ick geue usem Pfarrern sine Pflicht,
Un weet von GOtt un seinem Worte nicht.

Cæterum hodie rustici tanquam bestiæ tractantur? Imo miseri, & omni potius favore quam odio digni illi homines ad perum & succum usque callidis Machiavelli artibus, in multis Provinciis excutiuntur, & in tantum ad incitas rediguntur, ut stipem tandem petere cogantur. Pertinent huc rythmi, quamvis non adeo venusti, rei veritatem tamen exprimentes, quos de rusticorum querela *Weinhemii* in Palatinatu legi:

Der Käyser will haben sein Treu und Pflicht,
Der Pastor will haben sein frey Quit,
Der Edelman spricht ich bin frey,
Der Jud treibt seine Wucherey,
Der Soldat spricht ich gebe nichts,
Der Bettelmann spricht ich hab nichts,
Da spricht der Baur, das muss GOtt walten!
Muss ich diese all erhalten,
So geb ich mich gedultig darein,
Und wollens also zu frieden seyn..

Antiquitatem quod attinet, constat ex *Genesi*, Adamum protoplastum culturæ agrorum operam dedisse: Et quod agriculturæ studium in S. Literis summo loco habitum fuerit, ejus divina eloquia passim testimonia perhibent. Saulem in Regem Electum tamen non puduit agriculturam exercere. 1. *Sam.* 11. *vers.* 5. Quod Exemplum sit nobis instar omnium. Quoad *Honestatem*: *vid.*

Schonborn.

Schonborn. lib. 3. politic. c. 46. p. m. 279. De *Necessitate* nullum habet dubium, quia agricolæ alimenta Reipublicæ necessaria suppeditant: Nam ut natus infans sine nutricis lacte non potest ali, neque ad vitæ crescentis gradus perduci: sic nec civitas sine agrorum fructibus in mœnibus affluentibus crescere potest, nec sine abundantia cibi frequentiam habere, populumque sine copia tueri. *Vitruv. lib. 2. de Architect. Camerar. cent. prim. Operar. subcisivar. cap. 5. Jacob. Bornit. lib. 1. de Præmiis. c. 11.* De *Utilitate* & oblectatione Agriculturæ *Cicero* variis quidem locis, cumprimis *de Senectute* sive *in Catone Majore* disserit: *Mea*, inquiens, *sententia, haud scio, hac an ulla vita beatior possit esse: neque solum officio, quod hominum generi universo cultura agrorum est salutaris, sed & delectatione, quam dixi, & saturitate, copiaque omnium rerum, quæ ad victum hominum, ad cultum etiam Deorum pertinent: Ut quoniam hæc quidam desiderant, in gratiam jam cum voluptate redeamus, semper enim boni assiduique Domini referta cella vinaria, olearia, mellearia & penuaria est, villaque tota locuples est: abundat porco, hædo, agno, gallina, lacte, caseo, melle.* Et paulo post *d. l. Quid de pratorum viriditate, aut arborum ordinibus, aut vinearum olivetorumque specie dicam, brevi expediam: Agro bene culto, nil potest esse, nec usu uberius, nec specie ornatius.* Ut de hac tanta agricolarum felicitate merito exclamet *Virgil. libr. 2. Georgic.*

O fortunatos nimium, sua si bona norint,
Agricolas, quibus ipsa procul discordibus armis,
Fundit humo facilem victum justissima tellus.

Quamvis non ignorem, quod mundus, cum jam declinet, & ad ſenium pervenerit, proinde & tellus effœta, fructus ad homines alendos, tam ſuaves & bonos edere non poſſit, quam antea. *Job. Spina. lib. 5. de Tranquill. anim. pag.* 213. Eaque ſterilitas aut ex rigoribus nimiis aut caloribus provenit ſecundum *Lactantii Vaticinium cap.* 11. *in Epit. divinar. Inſtitut.* Et ut ex conjecturis extremorum temporum *Chunmanni Flinsbachii* patet, de quibus *Wolff. cent.* 16. *Lect. memor. ac pag.* 782. *conjectur.* 6. Quod primis mundi temporibus tanta fuerit omnium proventuum ubertas, ut nunc rerum natura plane degeneraſſe videatur. atque *Geneſis* 26. *verſ.* 12. dicatur, quod Ager Iſaac centuplum protulerit fructum, nunc vero optumi agri vix decuplum proferant. *Audivi ego à Senibus*, inquit dictus Author *d. l. viris fide dignis & agriculturæ peritis, fertilitatem vinearum, agrorum, hortorum, arborum, &c. ſeculo tantum ipſorum aliquid diminutam, obſervatum eſſe.* [Was ein Verwalter bey dem Ackerbau in acht nehmen ſolle? *vid. Memor. Oecon. pract. pag.* 40.]

41. * Cum igitur omnium ſubditorum utiliſſimi maximeque neceſſarii ſint agricolæ, quibus tanquam fundamento tota Reipublicæ machina innititur. ſec. *Amirat. lib.* 12. *diſſert. politic. in Tacit. diſcurſ.* 3. *pag.* 174. *in princ.* merito ſovendi & tuendi inprimis, neque negligendi, ſed contra vim omnem & injuriam ſtudioſa cura vindicandi, *Chriſtoph. Beſold. claſſ.* 1. *diſput. Politic.* 11. *theſ.* 74. [De vaſtationibus Regionum hoſtilium temperandis.

* *De ſecuritate agricolis præſtanda.*

randis. *vid. eleg. Bürger. cent.* 1. *obſ.* 89. *per tot. pag.* 200.] De eorum ergo ſecuritate extat admodum memoranda *Aureliani Cæſaris* Epiſtola militaris ad ſuum Vicarium *ap. Flav. Vopiſcum in D. Aurelian. cap.* 7. *tom.* 1. *Hiſtor. Auguſt. pag.* 417. *Edit. Gruteria.* quæ eſt hujusmodi: *Si vis tribunus eſſe, imo ſi vis vivere, manu militum contine. Nemo pullum alienum rapiat, ovem nemo contingat. Uvam nullus auferat, SEGETEM NEMO DETERAT, oleum, ſal, lignum nemo exigat. Annona ſua contentus ſit. De præda hoſtis,* NON DE LACHRYMIS PROVINCIALIBUS HABEAT. Aurea hæc ſententia, quando in verba ſua adigunt milites, ſingulis, ab Impp. Exercituum eſſet præfigenda, ut ne latum quidem unguem eandem relinquerent. vid. *Camerar. Cent.* 1. *operar. ſubciſivar. cap.* 5. *Petr. Gregor. Tholoſ. lib.* 4. *de Republ. cap.* 8. Et hinc conſuetudinem iſtam laudat *Sichard. C. tit. Quæ res pignor. oblig. poſſ. n.* 5. quam olim inoleviſſe dicit, ut boni Duces belli, quorum tamen etiam eſt perrarus captus, ſoleant initio, cum juramentis obligant milites, quod nos vocamus, wann ſie den Artickels-Brieff ſchweren, in articulis proponere, quod milites debeant abſtinere à rebus ſacris, à perſonis religioſis, à viduis & virginibus, ac poſtremo ruſticis nullam injuriam inferre. Quantum Reipublicæ interſit, ut iſte mos reduceretur, boni omnes norunt. Romani etiam in agricolarum favorem multa induxerunt, ſancientes, tempore meſſis, cæterarumque ipſorum occupationum, ne in jus vocari poſſent, adeoque ne labores eorum irriti fierent, caverunt, ut capitalem pœnam,

quicunque eorum fruges meterent, corrumperentve, subirent. Edixerunt quoque, ne boves, aratra, vomeres, rastra, cæteraque instrumenta divendi possint. Extat FRIDERICI II. IMPER. Constitutio *in fin. lib. 5. feud. tit. 17. de statut. & consuetud. contr. libert. Eccles. edit.* §. 11. *n.* de immunitate Agricolar. quæ sic habet: *Agricultores & circa rusticitatem occupati, dum villis insident, dum agros colunt, securi sint quacunque parte terrarum, ita ut nullus inveniatur tam audax, qui personas vel boves, agrorum instrumenta, aut si quid aliud sit, quod ad operam rusticalem pertinet, invadere, capere aut violenter auferre, præsumat: Si quis autem hujusmodi statutum, ausu temerario violare præsumpserit, in quadruplum ablata restituat, infamiam ipso jure incurrat, Imperiali animadversione nihilominus puniendus.* Vide similem ejusdem Friderici II. Imper. Constitutionem contra devastantes hortos & vineas apud *Petr. de Vineis. lib. 5. Epistol.* 20. Quæ constitutiones adeo validæ sunt, ut nec sub generali obligatione pignoris instrumenta rustica contineantur. *l.* 7. *l.* 8. *C. Quæ res pign. obligari poss.* Quod licet de consuetudine in jumentis aratoriis non admittat *Herman. Meyrer. lib.* 1. *de præfer. credit. tit.* 5. *n.* 5. Nos tamen propter expressum in *d. l.* 8. quæ nunquam ea comprehendit, quæ ad agriculturam pertinent, divortium à *Meyrero* facimus, per ea, quæ tradit *Fortunat. Garsias. Hispan. ad l. Idem quia.* 4. *ff. de pact. n.* 14. *& seqq. Menoch. lib.* 2. *de A. I. Q. cas.* 378. *Renat. Choppin. lib.* 1. *de privileg. rustic. cap.* 7. *Sichard. ad tit. C. Quæ res pignor. oblig. poss. n.* 5. Neque proprietario concessum, ut instrumen-

instrumentorum rusticorum tacita hypotheca gaudeat, cum secundum *Menoch. rem. 3. de adipisc. poss. n.* 45. alia via cautum sit Domino, cui fructus, qui in prædiis nascuntur, tametsi nihil dictum sit, tacite pignoris nomine obligati intelligantur. *l. 7. ff. in quib. caus. pign. tacit. contrah.*

42. Immunes etiam à Vectigalium præstatione sunt res, quæ ruris exercendi gratia vehuntur, cujusmodi sunt res omnes, quæ ad rem rusticam & ad ipsam agriculturam pertinent, ut, e. g. fructus ad seminandum & alia quævis instrumenta. *l. Universi. 5. C. de Vectigal. & commmiss. add. Klock. in disceptat. de Jur. Vectigal. th. 61. Lit. B. Henric. Zoesius in Comment. ad. tit. ff. de Publican. Vectigal. & commiss. n. 6. Sixtin. in tract. de Regalib. lib. 2. cap. 6. n. 127.* Idque propter agriculturæ, ut rei maxime necessariæ, favorem, cujus intuitu, quam varia concessa sunt privilegia, quæ multis capitibus persequitur. *Anton. de Guevarr. in tract. German.* * *Vom Hoff-Leben, und Lob dess Feldbaus. a cap. 7. ad finem usque. l. si quis. 2. ff. de Nundin. l. omnes. 7. C. de fer. l. nunquam. 1. C. de Agric. & censit. & Colon. lib. 11. l. Emphyteuticar. i. 1. cum l. seq. C. de collat. fundor. patrim. & emphyt. lib. eod. Renat. Choppin. in sua tract. de privil. rustic. per tot.*

De pœnis illorum, qui aratra spoliant, furantur & auferunt, *vid. Berlich. part. 5. concl. pract. 49.* Et qui arbores fructiferas, plantas, herbas, fructus, & quid aliud ex hortis vel aliunde furantur. *concl. 52. & 53. P.H. O. Carol. V. art. 167. ibique Dd.* Ubi occasionaliter quærunt, An recte faciant belli Duces,

 qui

* *Remissive de privilegiis agriculturæ concessis.*

qui milites ſuos in caſtris degentes propter rem parvi admodum precii, puta aliquot poma decerpta, vel uvas ex hortis, vel vineis ablatas pœna capitali animadvertunt, & illos, lite nulla conteſtata, ſtrangulant? *Vid. Hunn. diſput. crim.* 1. *concl.* 65.

43. * Huc pertinet quæſtio: An Magi & Venefici eorum arte, & dæmonis ſuffragio non ſolum imbres, pluvias, tonitrua, grandines & fulgura excitare, ſed etiam erucas, bruchos, locuſtas, ranas, buſones, mures, pediculos, & id genus alias beſtias facere & in FRUGES immittere poſſint? Negative concludit. *Joh. Wier. tract. de præſtig. dæmon. lib.* 3. *cap.* 16. *incip. Singulari inſuper ratione per tot. Jahan. Georg. Gœdelman. tract. de Mag. Veneſ. & Lamiis. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 3. *& ſeqq. Ludov. Gilhauſ. in ſua arbor. Judic. crimin. cap.* 2. *tit.* 17. *n.* 16. *Senec. lib. de natur. quæſt.* 4. Contraria opinio tamen verior eſt. Tum 1. per text. *in LL.* 12. *Tabul.* quarum verba ita ſonant: *Qui fruges excantaſſet, pœnas dato, neve alienam ſegetem pellexeris excantando, ne incantanto, ne agrum deſruganto.* Tum 2. per text. *in l.* 3. §. *Medicos.* 3. *verſ. non autem ſi incantavit. ff. de Extraord. cognit.* & per text. clarum & expreſſ. in *l. eorum eſt ſcientia* 4. §. 1. *verſ. ne maturis vindemiis metuerentur imbres, aut ventis grandinisque lapidatione quaterentur. l. multi magicis* 6. *C. de Maleſic. & Mathemat.* Et tradit in ſpecie *Paul. Chirland.* (ubi elegantem rationem affert) *tract. de Sortileg. q.* 6. *n.* 17. *Nicol. Remig.* (ubi quædam exempla ex confeſſione Sagarum affert) *tract. de dæmonolatria. lib.* 2. *cap. per tot. Johann. Bodin tract. Dæmonoma-*

* *Quæſtio.*

*monomania lib.cap.*8. Ubi varios etiam caſus & præjudicia recenſet, add. *Exod. c.*7. *verſ.* 19. *& ſeqq. & cap.* 8. *v.* 6. *& ſeqq. ibique Theolog.*

44. * Poſt Agricolarum multitudinem optimus eſt populus, ubi Paſtores ſunt, & vivunt ex animalibus: In multis autem hæc Paſtoritia vita, agriculturæ convenientiam habet: Utrique enim corporibus exercitati ad bellicas expeditiones utiliſſimi ſunt. *Cato in princ. de Re Ruſtic. Plin. lib.* 18. *c.* 5. ac potentes ſub dio conſiſtere. Fuit utraque vita ruſtica, agicolæ & Paſtoritia, communis antiquis Hebræis, & gentibus præcipua, & poſt bello pacem adeptam veluti portus tranquillitatis, tum Principibus, tum ſubditis: ut manibus quoque Imperatorum ars illa tractaretur, ſive ob utilitatem, ſive ob voluptatem animi vel corporis *Plinius lib.* 18. *tit.* 3. *& Varro. lib.* 2. *de Re Ruſtic.* ubi ſcribit: Quod greges & armenta paſcere neminem pudere debeat, cum Illuſtriſſimus quisque antiquorum Paſtor fuerit, & à plurimo pecore pleroſque apud vetuſtiſſimos laudem habuiſſe. *Patric. lib.* 5. *de Republ. Inſtit. tit.* 9. *pag.* 254. Inter laudes *P. Quintii ponit. Cicero orat.* 1. *pag.* 3. Quod fuerit ei pecuaria res ampla & ruſtica, ſane bene culta & fructuoſa. Fuit hæc vita ruſtica antiquitus innocentiſſima & ſimplex: quamquam poſtea, & nunc, evaſerit fallaciſſima. Cujus rationem vel eam potiſſimam putarem, quod experientia didicerint, urbanos illorum ſimplicitate abuſos: & quod ipſi etiam nimium urbes frequentantes, dolos & improbos mores plebis urbanæ facile didicerint,

 & ejus

* *Paſtores.*

& ejus exemplo vitam deformaverint innocentem, & tandem callidiores evaſerint. [Was ein Verwalter bey der Vieh-Zucht, ſonderlich bey denen Schäfſereyen in acht zunehmen habe. *vid. Memorial. Oecon. pract. pag.* 50. & 56.]

45. Ut paſcuum eſt duplex, privatum ſcilicet & publicum. *Rubric. Cod. de paſc. public. & privat.* (Privatum eſt, quod competit alicui privato jure proprio, quia emit illam ſervitutem, vel alio modo acquiſivit, tantum pro paſcendis ſuis pecoribus. Publicum dicitur, quando Univerſitas alicujus villæ vel civitatis habet fundos, prata vel ſylvas paſcuas, in quibus omnes & ſinguli de Univerſitate ſimul ſua pecora paſcere poſſunt. [Numne dominium locorum incultorum, quibus in Germania noſtra Ruſtici utuntur, pro paſcuis publicis, vulge gemeine Weyden und Angere, &c. pertineat ad Ruſticos vel eorum Dominos. *vid. Koppen. part.* 2. *Quæſt.* 3.] ita & * Paſtores ſunt *privati* vel *publici.* Privati paſtoris vel cuſtodis electio non ſemper eſt penes dominum pecoris: Et quidem de *Jure Saxonico* nemini licet ſegregatim ſua pecora paſcere, quo communi paſtori precium minuatur, niſi habeat tres manſos. Es mag niemand einen ſonderlichen Hirten haben, ſo er dem gemeinen Hirten ſeinen Lohn darmit mindere, er habe dann drey Huffen Lands, die ſein eigen oder ſein Lehen ſeyn, (i. e. quos poſſideat jure proprietatis allodialis, vel jure feudi, ut Vaſallus) *Landr. lib.* 2. *art.* 54. Niſi aliud de conſuetudine ſit introductum, quæ conſuetudo tunc ita eſt interpretanda,

* *Paſtores privati vel publici.*

tanda, daſs der jenige mit ſeinen Schaffen und Viehe auf ſeinen eygenen Huffen und Aeckern bleibe, und andere nicht betreibe. [An Dominus fundi, in quo Ruſticis, vel aliis poſt Feſtum Michaelis (zur offenen Zeit) jus paſcendi competit, poſſit ante illud tempus, præſertim poſt reſectionem graminum, in eodem fundo ſua pecora paſcere, & alios excludere. *vid. Berlich. part. 2. deciſ.* 201. *Zoeſ. ad tit. ff. ſi quadrup. pauper. fæciſſ. dicat. in fin. & Thom. in Tract. de Nox. anim. cap.* 1 ſ. *n.* 20. & 23.] Publicus Paſtor ſi conducitur ad paſcenda pecora, tunc ille tenetur ad ejus ſolutionem, ſi in ſua cuſtodia aliquid amiſerit, vel aliud damnum ſua culpa dederit, ut eſt text. *in l. ſi quis fundum. §. Imperator. cum ſeq. ff. locat. ibique Dd. & Bart. in l. ſi quis ex argentariis. §. an vero heredi. ff. Edend. add. Vivius. deciſ.* 280. *quem allegat. Beſold. in theſ. Pract. verb. Hirten.* Nullum ergo hac in re aſſenſum meretur *Collector anonymus Obſervationum Cameralium Anno* 1601. *Francofurti ad Mœnum editarum*, qui *Tit. Opilio. pag.* 241. in caſu damni incuria & negligentia opilionis dati, non opilionem, ſed communitatem ſolum vult condemnari debere, ut damnum reſarciat, aut noxæ dedat. Subtili ratione: Licet enim, ait, communitas non juſſerit, tamen tacite ratum habuit. E. damnum illud non in opilionem, tanquam perſonam privatam, declinatum eſt, ſed in Univerſitatem. Quid per iſtam ratihabitionem intelligat, non conſtat ſatis. Si ſolum communitatis ſilentium, negamus hoc ad ratihabitionem ſufficere. Conſentire in delictum (civile præſertim aut privatum) non videtur, qui poſt delictum

com-

commissum, ubi impedire amplius non potest, tacet, neque prodit delinquentem. Pessimam vero conditionem Universitatum, si, quod minister deliquit, non à persona privata profectum, sed quasi publico id factum sit nomine, existimetur! Verius, factum officialis tum demum censeri factum domini, quando bene agit, non item, quando male. *arg. l. creditor.* 60. §. *fin. ff. mand. Paris. de Puteo. de Syndicat. c. an delinquens posuit. n.* 5. *pag.* 116. Si conniventiam intelligat Author in ipso facto intercedentem, aut approbationem & defensionem facti, non noxalis decerni debebat actio, sed directa in solidum. *arg. l. in lege.* 44. §. 1. *ff. ad L. Aquil.*

48. * Pastor ad restitutionem ovium conventus, si dicat, eas naturaliter periisse, quætitur, an sit audiendus? Puto quod non: Quia non sufficit probare oves mortuas esse, eo quod privatim mercedem accepit pro custodia, qui enim officium privatum exercet, mercedem sui laboris accipiendo, tenetur etiam de levissima culpa. Nec sufficit illi probare mortem vel casum, nisi simul probet ipsum in culpa mortis non fuisse, vel casum absque ejus culpa contigisse, *ex text. in l. qui mercedem. ubi gl. quam Paul. & alii sequuntur. ibi. ff. locat. gloss. etiam in l. cum ita legatur. §. species. ff. de Legat.* 2. Ne excusaretur Pastor, si diceret, quod Lupus comedit oves *cap. quamvis. de Reg. Jur. in* 6. *Alexand. consil.* 158. *vol.* 2. *Barbatia consil.* 91. *vol.* 3. *vers. capio quintam. Anton. Gomez. variar. resol. cap.* 30. *num.* 20. *Crotus,* qui hanc sententiam dixit valde utilem in praxi, *in tract. de Testib. part.* 9. *n.* 402. *Sebastian.*

* *Quæstio.*

baſtian. de Medicis in tract. de caſ. & peric. part. 2. quæſt. 10. num. 3. Burſat. conſil. 53. num. 32. vol. 1. & licet ab opinione diſcedat *Corneus conſil. 136. volum. 1.* Illam tamen communem concluſionem dicit *Vincent. Carrotius in tract. de Locat. cap. de Imperitia caprarii num. 3. & Ambroſ. de Vignate in tract. de Uſur. num. 179.* Et hanc conclusionem in tantum veram eſſe reputant præfati Doctores, ut dicant, quod etiamſi Caprarius vel paſtor pelles mortuorum capitum ad dominum reducat, adhuc ex hoc mortem fortuitam non probet, niſi & probet caſum, mortem, vel interitum ipſarum ovium vel caprarum, absque ejus culpa contigiſſe. Et quidem hæc ſententia valde juri & rationi conſona videtur, quia ſi reductio pellis ſufficiens probatio mortis ovis reputaretur, maxima aperiretur via fraudibus & malitiis paſtorum: hi enim ſæpe interficerent oves & capras pro ipſornm victu, & de delicto, & perfidia ſua, afferendo pelles ad dominum, excuſarentur, quod utique Dd. non probant, maxime *Bald. in l. cum ita §. ſpecies ff. de legat. 2. Alex. conſil. 158. lib. 2. num. 3. Vincent. Carrot. ubi ſupr. num. 5. optime Rebuff. in l. Sylva cædua 30. §. paſcua. verſ. & quis non debet. de verb. Signific. pag. pag. 264.* [Wie vielerley Untreu die Schäffer bey denen Schaaffen und deren Hütung zu verrichten pflegen, *vid. Memorial. Oecon. pract. pag. 83.*]

47. * Sed dubium erit, qualiter Paſtor ovium mortem probare debeat? Dicendum videtur, quod clare, & evidenter illam probare teneatur, *arg. text. in l. ſi creditor. C. de pignorat. action. ibi*, vel non

* *Mortem ovium qualiter Paſtor probare debeat.*

non probat manifestis rationibus. facit, quia in his quæ non solent evenire de facili, sine culpa, dolo, furto, vel fuga eorum, qui tenentur rem custodire, non sufficit probare casum, nisi & probetur, quod sine culpa custodis casus evenit. *Bart. in l. si quis ex argentariis. §. an vero. ff. de pact. Ant. Gomez. loc. supr. citat. Vincent. Garr. ubi supr. num. 6.* Sed his non obstantibus in proposita quæstione tenendum sentio, quod sufficiat probare mortem ovium, vel caprarum, seu aliarum pecudum, per signa & conjecturas verisimiles, e. g. quod in Regione illa, ubi oves pascebant, & mortuæ dicuntur, illo anno communiter mortua fuerit tertia vel quarta pars gregum vel aliorum pecorum, quæ gregatim pascebant. Pro qua sententia adducunt *Dd. in l. quod ad præsens. C. de murilegu. lib.* 11. Vel si constaret de signis scabiei, vel ronnæ, vel aliarum infirmitatum, quibus mediantibus mortuas oves fuisse profitetur: [Qui habet servitutem pascendi, non debet uti pascuis cum pecoribus morbosis, ne animalia contagione afficiantur & pereant. *Schneidw. ad princ. Instit. de Servit. præd. rustic. num.* 41.] Quod tamen intelligunt verum, dummodo constet, quod talis Pastor non fuit culpa, illas non curando, vel non separando scabiosam ab aliis bene valentibus. *arg. text. in cap. resecandæ.* 24. *quæst.* 3. Hoc enim ex officio facere necesse habet, quia alias totus grex periret, ut inquit, *Juven. Satyr,* 1.

Morbida facta pecus, totum corrumpit ovile,
Ne maculet socias, est separanda grege.

Et plura in proposito tradit *Cœpoll. de Servit. rustic. cap.* 9.

cap. 9. n.20. Ripa de Peste. part. 3. in princ. vers. primum remedium. Vel si doceret de vi hostium, vel impetu aquarum. *Nicol. Boer. in tract. de custod. clavium. n. 13. vers. 10. & in l. si quis ex argentariis. §. an nec heredi. ff. de Edend. n. 33.* ubi dicit. Quod si in libro rationum pastoris scriptum esset, quod tot oves, capræ, seu armenta in itineribus vel pascuis perierunt, tali libro fides adhibenda sit, si cum hoc concurrat probatio, quod eodem tempore etiam similis numerus ovium, (sine pastorum culpa) in regione illa periit, & hoc justissimum reputat, quia sicut creditur duci de morte militis, eodem modo credendum est pastori de morte ovium. * Adverte tamen, quod non sufficeret solum pastoris juramentum ad probandum, mortem ovium sine ejus culpa intervenisse, quia cum pastor conveniatur jure actionis & non officio Judicis, non sufficit probatio per juramentum duntaxat. *Mascard. de probat. concl. 273. n. 17.* nisi damnum esset minimum, & Pastor esset homo bonæ vitæ, opinionis & famæ: tali enim casu, ex suo solo juramento mors ovis probatur, nisi dominus contrarium probaverit: Et quidem justissime hoc constitutum fuit, quia durum esset nimis, si pastor de qualibet ove ex grege mortua testes teneretur adhibere. Alii tamen in casu, de quo agimus, distinguendum reputant, an oves vel capræ, vel aliud ex animantibus, quæ non gregatim pascuntur, fuerit amissum. Et primo casu locum habeat sententia superius relata, circa probationem amissionis, mortis, & interitus, ta-

lium

* *Pastoris juramentum an sufficiat ad ovium mortem probandam.*

lium capitum, ex doctrinis *supra* proxime citatis. Secundo vero casu, quando amissa, vel mortua esset vacca vel simile animal, ex his, quæ gregatim non pascuntur, tunc ejus mors probari debeat plene, ut in terminis notavit *Bart. in tract. de Testib. n.* 33. Ego vero distinctionem supra dictam (ubi mors in sylvis, saltibusve, & locis campestribus contigisset) probare non auderem, etiam ubi ageretur de morte bovis, vaccæ, vel Equæ, quæ gregatim non pascebat, sed totum hoc ex Judicis arbitrio pendere existimo. Is enim, si probatum sit, vi tempestatis, impetu aquarum, abundantia nivium, vel alia ex causa, aliorum etiam pastorum vaccas, vel boves, sive equas periisse (sine culpa pastorum) eodem tempore, ex adductione corii ad dominum, & juramento pastoris, ipsum pastorem liberum pronunciabit, eique exonerandum fore tale caput mortuum, judicare debet.

48. * Tabernarii seu Caupones (quorum officium est, hospitia, diversoria & tabernas, præsertim pro peregrinis, recte & commode instituere & instruere. *Henning. Arnis. cap.* 12. *pag.* 322.) etiam subditis inferioris conditionis annumerantur. [Argumenta hospitalitatem persuadentia, *vid. apud D. Tabor. in Tract. de Metat. cap.* 4. *n.* 5. *pag.* 20.] Ubi notandum, quamvis in mera facultate consistat hospitem admittere vel non. *Besold.* 3. *consil.* 118. *& seqq. Bald. consil.* 463. *num.* 5. *vers. quidam enim habent. & num. sq. volum.* 4. in hæc verba consuluit: Quidam enim habent jus prohibendi, nam si ha-

* *Tabernarii seu Caupones.*

ſi habes domum ſeu hoſpitium, & multa lucraris, ego facio aliud hoſpitium juxta te, & non immitto in tuum, licet pauciores homines veniant ad te, jus habes poſſidendi, ſed non prohibendi, ſic unus credo non prohibet alium à cerdonaria, nec unus miles obſtat, ne alius ſtipendia quærat: quemadmodum dona ingenii, fortunæ, & bonorum communium omnibus patent, nam communia mundi communia ſunt omnibus, cum natura communis ſit. *l.* 1. §. *quid ſi in mari. ff. de nov. oper. nunciat.* hactenus Baldus, quem iisdem verbis ſequitur, *Jaſon. in l. quo minus. ff. de fluminib. num.* 84. *ſub. fin. verſ. adde etiam. & num.* 85. *Schneidw. in §. flumina. Inſtit. de R. D. & A. R. D. n.* 14.) quod tamen hoc fallat, ſi quis publicum hoſpitium habeat ex privilegio vel conſuetudine, quod ſc. ſolus hoſpites recipere debeat, tunc enim is alios merito prohibere poteſt. *l. venditor. ff. commun. prædior. l. præſcriptio.* 45. *in fin. prin. ff. de Uſucap. l. quisquam.* 7. *ff. de diverſ. & temp. præſcript. Bald. dict. conſil.* 463. *n.* 5. *verſ. ſed ſi tu haberes ex privilegio. volum.* 4. Ejusmodi autem hoſpites publici, qui profeſſione vitæ hoſpitum ſuſcipiendorum curam inſtituere, die einen offentlichen Schild auſshencken, hoc incommodi habent, quod viatores quoscunque, etiam inviti, recipere cogantur. *Bart. in l.* 1. §. 1. *ff. Naut. caup. ſtabul. argum. l.* 17. §. *ſicut* 3. *ff. commodat. Schneidw. ad §. Item exercitor.* 7. *de oblig. quæ ex q. delict. naſc. add. l. unic.* §. *ult. verſ. namque ibi. nec repellere poteſt iter agentes. Furt. adverſ. naut. Bronchorſt. l.* 156. *de R. I.* 7. Hinc uſus ſervat, ut copiæ militares turmatim

transſeuntes, ſine civium moleſtia, in diverſoriis publicis recipiantur. *l.* 1. *C. de Metat. lib.* 12. de quo vide Exemplum *ap. Thuanum. lib.* 76. *pag.* 585. Quibus tamen hoſpitibus vel à milite, vel a civibus eo nomine eſt ſatisſaciendum. *argum. l.* 9. *C. de Metat. lib.* 12. ne ſoli cunctorum onera ferre cogantur. Et ſi multitudo ejusmodi hoſpitum ſit nimia, aliquos recuſare, nimium onus deprecari poſſunt Caupones *Bart. in d. l. unic.* & *poſt cum Matth. Coler. ad* §. *ult. Inſtit. de oblig. quæ ex q. del. naſc. pag.* 312. [Ad Caupones alibi exiſtentes, civibus alicujus oppidi, vel incolis pagi accedere, prohibitum non eſt. *Carpzov. Ipr. for. part.* 2. *Conſtit.* 4. *def.* 9. *n.* 1. Niſi prohibitioni factæ per 30. annorum ſpacium acquieverint. *ibid. n.* 3.

49. * Hic incidit quæſtio illa vulgaris: An Caupones teneantur pro rebus in cauponis hoſpitibus ſeu viatoribus furto ablatis? Quam quæſtionem non difficile erit decidere, ſi Regulam à *Cajo JCto in l.* 3. *ff. Naut. Caup. Stabul.* propoſitam adducamus. Regula autem hæc eſt: *Quod ſi res in caupona recepta non reſtituatur, vel furto ſit ablata, aut damnum in ea datum, adverſus exercitorem cauponæ actio datur.* Quæ actio generali nomine in factum dicitur, ut probatur. *d. l.* 3. §. *ex hoc Edicto ff. Naut. Caupon. ſtabul.* & concordat text. *in l. licet. eod. tit.* ubi habetur, quod *licet quis in caupona gratis diverterit, non tamen ei actiones in factum denegabuntur, ſi damnum injuria paſſus eſt, ubi vide Bart.* An qua regula excipitur, quando aliquis ex viatoribus, vel alius quiſpiam rem abſtulit vel damnum

* *Quæſtio.*

damnum dedit, *l. unic. §. pen. & ult. ff. furt. adverſ. naut. caupon. ſtabul.* ubi habetur ratio, quia cum caupo iter agentes repellere non poſſit, ſed tenetur ſuſcipere, fit ideo, quod ſibi viatorem eligere non teneatur. Scias tamen hanc exceptionem *primo* intelligendam eſſe, niſi cauponi res ſpecialiter ſit aſſignata & data cuſtodienda: hoc enim caſu aliorum factum præſtare tenetur, ita eſt text. *in l. 1. §. fin. cum duab. ll. ſeqq. ff. naut. ſtabul.* Quod credo verum, niſi in caupona vis major contigiſſet, per quam res periret, nam tunc caupo contra damnum paſſum de dicta vi exceptionem proponere poſſet. *per text. in l. 3. §. inde Labeo. ff. eod. tit. Secundo* dicta exceptio habet replicationem, quando aliquis ex his, qui in caupona habitant, furtum fecerit, vel damnum dederit, quia tunc caupo eorum factum præſtat, ut expreſſe cavetur *per text. in l. licet. §. in factum eod. tit. Tertia* illius exceptionis replicatio eſſe poteſt, niſi aliquis ex his, quos caupo cauponæ exercendæ cauſa ibi habet, furtum fecerit, vel damnum dederit, tunc enim caupo pro illis tenetur, ita probatur *in l. 1. in pr. ff. furt. adverſ. naut. caupon. ſtabul. & in l. debet. ff. naut. caup. ſtabul.* Jam igitur pro reſolutione quæſtionis dicendum eſt, cauponem de damno, aut furto, quod in caupona factum eſt, teneri actione quaſi ex maleficio, ſi modo ipſius nullum eſt maleficium, ſed alicujus eorum, quorum opera cauponam exercet, cum enim neque ex contractu adverſus eum conſtituta eſt actio, aliquatenus culpæ reus eſt, quod opera malorum hominum uteretur, ideo quaſi ex maleficio teneri videtur: probant hæc elegantiſſima

Jura *in l.* 5. *vers. item exercitor navis. in fin. ff. de actionib. & obligat. & §. Item exercitor. Inst. de obligat. quæ ex q. delict. nasc.* & ita practicando servarem: adde quæ hac de re tradit *Carpzov. Jurispr. forens. part.* 2. *constit.* 26. *def.* 10. & 11. Si autem hospes cauponi tradidit Valisiam, vel cistam clausam, & signatam, & de mane dicit, ex valisia vel cista aliquas res esse subtractas, an credatur juramento hospitis, super rebus amissis? vid. distinguentem *Schneidw. ad §. Item exercitor. Inst. d. obligat. quæ ex q. delict. nasc. n.* 5. Illud est, Cauponem pro hospitatione vel exhibitione nocturna sive diurna, in diversorio posse detinere jumenta aliasve res illatas per hospitatum, donec de precio ipsi satisfactum. sec. *Negusant. in tract. de pignor. part.* 2. *membr.* 4. *n.* 141. & *Carpzov. Ipr. for. part.* 2. *constit.* 25. *des.* 22. *n.* 5. 6. *Coler. de process. Exec. part.* 1. *c.* 2. *n.* 217. & *seqq.*

50. * Sed dubitari solet de cauponibus, stabulariis & similibus, an illi ex incendio suorum familiarium, seu domesticorum teneantur? Ubi distinctio est adhibenda, ut illi de ejusmodi incendio teneantur, si de certa & determinata persona constet, & quidem apparet, eam circa suum officium deliquisse, secus si extra suum officium. *per text. in l.* 1. §. *familiæ.* 5. *sub fin. ff. de publ. & Vectigal. Jacob. Menoch. cons.* 53. *n.* 6. & 36. *Prosper. Farinac. in sua pract. crimin. part.* 3. *quæst.* 110. *num.* 124. & *n.* 132. Quamvis *Magon. decis. Florent.* 111. *n.* 12. & 56. & *seq.* indistincte statuere videatur, quod caupones ex facto famulorum teneantur, etiamsi extra

* *Quæstio.*

extra officium deliquerint. De facto tamen & incendio culpa hospitantium, & divertentium exorto, caupo non tenetur, etiamsi constet, cujus culpa incendium factum sit. *Alex. consil.* 50. *num.* 5. *lib.* 1. *Cardinal. Tusch. tom.* 4. *pract. concl. lit. I. concl.* 61. *n.* 34. *per text. in l.* 1. §. *ult. vers. Viatorum autem factum ff. Furt. advers. Naut. Caupon. Stabul.* Sed tantum hospes, advena seu viator, cujus culpa incendium ortum est, tam cauponi, quam aliis ad refectionem damni, occasione dicti incendii illati, tenentur. *Salyc. in l. si vendita.* 11. *ff. de peric. & comod. rei vendit. & l. quæ fortuitis. C. de pign. act. n.* 7. *Farinac. pract. crimin. part.* 3. *q.* 119. *n.* 133. Si autem in Caupona, vel publico hospitio non solum cauponis familia, sed etiam multi hospites aderint, & de certa persona incendiarii non constat, tunc propter ejusmodi incertitudinem nec caupo, nec ullus ex hospitibus conveniri potest. *Menoch.* 2. *arbitr. Jud. q. cent.* 4. *cas.* 380 *n.* 12. *& seqq. Gœden. consil.* 108. *n.* 12. *Farinac. pract. crimin. part.* 3. *q.* 110. *c.* 3. *n.* 134. *ibi, sic pariter.* [Wie sich die Wirthe und Gasthaltere gegen die Herrschafft und sonsten verhalten sollen. *vid. Memor. Oecon. pract. pag.* 252. *& seqq.*]

51. * Aurigæ & nautæ, qui in distinctione subditorum etiam suum locum tenent, quia in perpetuo motu sunt, & in ventis & fluctibus marinis continuo versantur, mores habent incultiores & ferociores, & plerumque tortuosa ingenia, idcirco conspectu horum Magistratus est officium, ut curet strictam esse eorum disciplinam, & statuat certum quoddam ipsis pretium, ne ii, quos, aut quo-

* *Aurigæ & Nautæ.*

rum bona vehunt, nimis emungantur. *Keckermann. in System. Politic. lib.* 1. *cap.* 14. *pag.* 252. Confiscationi subjacent die Fuhrleut und Schiffer, so Wein zu Land oder Wasser führen, wann sie ohne wissen deſs Herrn von dem Wein dieblich etwas herauſs lassen, und mit Wasser wieder zufüllen. R. A. *de Anno* 1497. §. 3. *Stam. l.* 1. *de servit. person. c.* 5. *n.* 3. *add. Policey-Ordnung zu* Franckfurt. *Anno* 1577. *gebessert. tit.* 16. Von den Schiff - und Fuhrleuten. [Quid statuendum de aurigis, qui è mercibus & aliis rebus, ad certum locum vehendis sibi traditis, aliquid subtrahunt *vid. Bürger. cent.* 3. *obs.* 51. *pag.* 64.] Gaudent autem aurigæ, nautæ & tabellarii etiam jure retentionis in rebus apportatis, ac pro precio vecturæ. *Coler. in proc. Execut. part.* 1. *c.* 2. *n.* 241. *Bald. in l. fin. n.* 1. *C. Commodat. Carpzov. Ipr. for. part.* 2. *constit.* 25. *def.* 21. *n.* 5. Et auriga, si pecuniam cistæ inclusam ad certum locum vehendam locasset, & amissa pecunia allegaret furto eam ablatam esse, de quo satis constabat, non aliter tenetur, quam si dominus pecuniæ probaverit, culpam ipsius aurigæ intervenisse. *Hartmann. Pistoris. part.* 1. *quæst.* 18. *n.* 11. In Nautis & Stabulariis hoc etiam singulare est, ut teneantur contra se ipsos edere libros rationum & similia. *Gail.* 1. *obser.* 106. *n.* 13. *Menoch. consil.* 499. *n.* 25. *& seqq. Berlich. part.* 1. *concl. pract.* 45. *n.* 46. *ibique alleg.* Evenit interdum, ut ubi viæ sunt angustiores, aurrigæ ob iter distortum alii alios non advertentes transitu impediantur: quare hac occasione vehementissimæ nonnunquam altercationes, lites & jurgia usque ad vulnera & etiam cædes oriuntur, dum se mutuo injuriosis

juriosis & probrosis compellationibus & clamoribus incessunt, neuterque obviantium currum retro vult ducere. Qua in facti specie sciendum, potiorem ejus conditionem, illique de Jure cedendum esse, qui viam prior ingressus fuerit, cum quod in publicos usus destinatum est, id primo occupanti concedatur. Quamvis interim discretionis ratione & seposito hoc juris rigore, ei qui majori oneri gravatur sæpius parci soleat, idque frequentiori usu sit receptum, *teste Dionys. Pontan. ad tit.* 13. §. 7. *consuetud. Blesen. & Nic. Van der Hoch. in singul. Jur. Singul.* 21. *Speydell. in Spec. verb. Fuhrmann.* Idque communiter in terris Saxonicis observare aurigas tradit Zobelius *differ. Jur. Civil. & Saxon. part.* 2. *d.* 46. *num.* 1. *v. Landr. art.* 59. *lib.* 2. *ibi*, dass der leere Wagen solle weichen dem schweren, der Reitende dem Wagen, und der Gehende dem Reitenden. Seynd sie aber auf einer Brücken, und jaget man einen Reitenden oder einen zu Fuss, so soll der Wagen still stehen, also lang, dass sie mögen hinfür kommen. Welcher Wagen erst auf die Brücken kommet, der soll zum ersten überfahren, er sey leer oder geladen, &c.

52. * De Mercenariis, bajulis & operariis politicorum est consilium, ut Magistratus eorum certos ordines in Republica esse jubeat, iisque certum precium statuat, ne illi, qui operas conducunt, nimio sumptu graventur, quod quidem precium in operariis potest statui diurnum (ein Tag-Lohn) *Keckerm. System. Politic. lib.* 1. *cap.* 14. *p.* 253. Qui mercenariorum nomine contineantur, tradit

* *Mecenarii.*

Besold. in thes. pract. verb. *Taglöhner.* Circa hos in jure nostro singularia quædam constituta sunt: nam ratione suæ mercedis omnibus aliis creditoribus præferuntur. *Wesenb. de privil. credit. n. 5. 6. Althus. Dicæol. lib. 2. cap. 14. num. 34. Berlich. part. 1. pract. 64. n. 67. & n. 79.* ubi habet, quando hoc privilegium cesset. Induciæ etiam moratoriæ, die Quinquenell und Anstands-Brieff (quæ ideo sic dicuntur, quia exactionem & petitionem creditorum morantur, i. e. retardant, impediunt, differunt, & ad finem usque induciarum suspendunt) contra debita opificum & mercenariorum, der Taglöhner und schlechter Handwercksleut, qui quotidiano sudore & opera se suosque alere & sustentare solent, non facile concedendæ, quia horum hominum debita etiam de jure divino privilegiata sunt *Levit. 19. vers. 13. Deut. 24. vers. 14. 15. Matth. 10. vers. 10.* & daretur alioquin materia delinquendi, & possit aliquis multos conducere, & opere perfecto, hujusmodi literas impetrare, ut ait *Rebuff. in tract. de liter. dilat. lib. 2. ad constit. Galliæ art. 1. gloss. 1. n. 26. Wehen. in obs. pract. Anstands-Brieff. Kopen. decis. 28. n. 13. lib. 1.* Mercenariorum etiam causæ propter mercedem summarie sunt peragendæ. *Levit. d. cap. 19. vers. 13.* ubi præcepto divino mercenariis ante occasum solis in die danda est merces. *Rosbach. prax. civil. tit. 21. n. 10.* Nam labor omnis optat præmium, & operarius dignus est sua mercede. *cap. quicunque. 412. q. 2. cap. cum secundum. 16. x. de Præbend. gloss. in cap. fin. verb. laborem. 7. quæst. 1. & cap. charitatem. 12. q. 2. Pacian. consil. 153. n. 27.* Et dictat ratio naturalis, ne quis fraudetur suis laboribus, sed

ut præ-

ut præcipuum ſibi habeat, quod ſua induſtria, ſuoque ſudore lucratur: cum æquum non ſit, ut alius ea in re fruatur commodo, in qua non laboravit. *l. jure ſuccurſum. 6. §. ſi pater. 1. ff. de jur. dot. l. reſcriptum. 12. §. 1. ff. de diſtraction. pign. Regn. Sixtin. 2. Conſil. Marpurg.* 14. *n.* 170. ſeu potius juſtum, ut unicuique labor ſuus proficiat. *Caſſiod. lib. 2. variar. Epiſt.* 33. *add. Ariſt. lib. 5. Ethic. cap. 4. Hyppol. à Collib. ad l. 10. Reg. Jur.* [Si quis promiſerit dare operariis ſuis vineas colentibus pro mercede tantum, quantum alii cives exſolvant: ac ſi concives iſtos diverſimode mercedem ſolviſſe conſtat, quæritur, qualis merces perſolvenda. *vid. Myler. in Metrol. cap. 20. pag. 557. & ſeqq.*] Ad hæc locator operarum, ein Taglöhner, Arbeiter, invito conductore in æſtate meridienarii, id eſt, poſt prandium tempore meridiano, aliquantum valetudinis ratione, quieti tradere poteſt. *l. medicus. 26. de oper. libert. Cujac. in comment. ad tit. ff. de diverſ. & tempor. præſcript. c. 2. Bocer. claſſ. 5. diſp. 5. diſp. 6. coroll.* 1. facit illud *Martialis.*

Sexta quies laſſis, ſeptima finis erit.

53. * Supra in diſtincta enumeratione ſubditorum inferioris conditionis, ultimum locum tribui Pantomimis, hiſtrionibus, Ludionibus, Tibicinibus & ejusmodi aliis ſordida opera exercentibus, ut ſunt Carnifices, Veſpillones: Quod genus hominum, etſi ſine dubio ſubditi ſint, tamen plerique eos ex civium numero excludendos putant. *vid. Henning. Arniſ. cap. 12. p. 303. & 304.* Pantomimi olim erant periti ſaltatores & geſticulatores,

* *Pantomimi.*

qui pede, manu, totiusque corporis artificiosa gesticulatione quicquid vellent, significare aliis poterant, etiamsi vocem plane nullam mitterent, nec scriptura uterentur. Magnus olim Pantomimis honos fuit habitus, quorum mancipia fuere nobilissimi juvenes: Temporibus vero Tiberii domos Pantominorum ingredi Senatoribus non licebat. Dicti autem Pantomimi, quia omnia imitabantur gestu, πάντα μιμέμενοι. vid. plura de his ap. *Cœlium Rhodignum. lib. 5. c. 3.* * Histrio lingua Thusca vocatur Ludio: Hi olim & hodie personati comœdias & tragœdias agunt. Infames olim habiti sunt, si ob præmium in scenam descendissent, multoties, *sec. Tacit.* Italia ejecti fuerunt. [De infamia eorum, qui comœdias agunt, *tractat. singul. Alberic. Gentil. Item Martin. cent. 5. disp. 1. th. 9.* Ac de spectaculis vitandis. *Marian. de Rege & Regis Institut. lib. 3. cap. 16.* De spectaculorum autem utilitate. *vide Sprenger. in Tract. quem inscripsit Bonus Princeps. pag. mihi, 313. & mult. seqq.* Item vom Lob der Comœdien. *Zeiller. cent. 4. Quæst. 10.* An in publicis Civitatum theatris admittenda sint Histrionum spectacula, *vid. Klock. de Ærar. 2. 119. n. 4.* Hollandi Comœdias permittunt, sed ita ut cum quæstor Comœdorum stans ab una parte pecuniam ab intrantibus exigat, Quæstor Civitatis ab altera parte ab iisdem aliquid accipiat, quod in pauperum usus convertitur. *Keckermann. 1. polit. 22. fol. 363. & disp. 34. Quæst. 14. Mund de muner. & honor. pag. 403. Sprenger. in Axiom. Stat. pag. 36.*] Hodie fere plene iis sunt omnes rationes, imo

* *Histriones.*

imo ipsissima nostra patria. * Tibicines (tibiæ cantu sic dicti, apud Judæos olim & Romanos, nec non plerosque gentiles frequentes fuerunt, qui Deos per tibicines mulcere, iisque in conviviis uti consueverunt: Omnem tibiarum usum improbavit *Aristot. lib. 9. politic. cap.* 6. [Heutiges Tages ist die Kunst dess Trompeten-blasens bey Fürsten und Herren in hohem Werth, dahero auch weiland die Röm. Käyserl. auch zu Hungarn und Böheimb Königl. Majest. Herr Ferdinand der Dritte, Glorwürdigsten Andenckens, bewogen worden, vor sich und dero Nachkomen am Reich, dess Trompeten-blasens und Heerpaucken-schlagens halber, und was deme allem anhängig, gewisse Ordnung und Privilegia, unterm dato Regenspurg den 7ten Julii 1653. uff dero, wie auch damahls daselbst zu Regenspurg an- und abwesenden Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen Hof- und Feld-Trompetter und Heerpaucker allerunterthänigstes nachsuchen, ergehen zulassen. In welchem Käyserlichen Privilegio, §. *Zehendens* Diese Formalia enthalten seynd: Soll kein ehrlicher Trompeter bey Verliehrung der Kunst mit denen Gaucklern, Haussleuten, Thürnern, oder bey denen Glück-Häffnern und dergleichen mitblasen, auch da es geschehe, dass ein Trompetter sich von der Kunst auf einen Thurn, oder zu denen Gaucklern und Comœdianten begebe, solle solcher der Kunst gantz beraubet seyn. Da auch irgend ein Thürner in das Feld käme, solcher unter ehrlichen Trompetern nicht gedultet, auch von keinem Obristen oder Rittmeister befördert werden, er habe dann zuvor das Trompetten, wie es sich gebühret, ordentlich ge-

**Tibicines.* lernet,

lernet, und derentwegen ſeinen ehrlichen Lehr-Brieff aufzulegen, oder da er irgend umb denſelben durch Feinds-Feurs- oder andere Gefahr kommen, und nicht mehr haben könte, gnugſamb Zeugnuſs, daſs er ehrlich auſsgelernet, für zu zeigen: Was aber die Studenten und Thürner belangt, ſollen dieſelbe auſſer der Kirchen und Thürnen, wie auch der Academiſchen Solennitæten und Zuſammenkünfften, keine Trompetten gebrauchen, es wäre dann Sach, daſs kein Trompetter in loco vorhanden, oder die Obrigkeit die Thürner auch auf die Trompetten beſoldeten &c. Elector Saxoniæ eſt ſummus Judex & protector Tubicinum & Buccinorum (vulgo der Trompetter) de quo *Limnæ. Tom.* 5. *L.* 3. *C.* 10. *num.* 27. quem allegat *Spreng. in Lucern. pag. mihi.* 105.]

54. * Carnifices quod attinet, illi ſunt executores ſententiarum, & Juſtitiæ inſtrumentales miniſtri, qui etſi odioſum apud omnes ſuſtineant nomen, quod cruentum, quod tyrannicum, & quaſi parum humanum videantur exercere officium, nihil tamen in conſcientia peccant, nec coram DEO, nec mundo. *vid. Beſold. in tract. de trib. domeſtic. ſociet. Spec. fol.* 106. *n.* 4. *& de Republ. lib.* 3. *cap.* 8. Tria autem ſunt, quæ Carnificem ab homicidii crimine, imo ab ullo peccato in hoc officio purgant & liberant. Nempe, *cauſa juſta*, ſcilicet ob quam occidit & mortem infert. Culpa enim peccantis eam mortem meruit, & ob eam *Dominus Exod.* 22. præcepit, Maleficos non patieris vivere. *Ordo juris*, qui non ſuæ voluntati, ſed Judicis Imperio paret, qui legitimæ poteſtatis authorita-

* *Carnifices.*

thoritatem habet, & ad quem malefici damnandi sunt. *Num.* 35. *& Deut.* 21. *Animus justus*, quo & Judex, & Judicis minister, tortor, solam Justitiæ promotionem spectant, per quam malum puniendum est, ut Respublica quieta servetur, & gloria DEI magis elucescat. Quo circa lictores, in quibus hæc tria desiderantur, ab homicidii crimine, aut coram DEO, aut Justitia seculari non sunt immunes. Si eorum officium per se, remotis circumstantiis perpendamus, illud inhonestum dici non posse apparebit. *Deut. c.* 17. *vers.* 7. *Bodin. de Republ. dict. lib.* 3. *c.* 8. *Keckerm. lib.* 1. *System. polit. cap.* 17. *p.* 301. Minime enim ignominiosum fuit de sceleratis supplicia sumere: cujus rei exempla occurrunt passim, *Levit.* 24. *vers.* 16. *Num.* 15. *vers.* 36. *Deut.* 23. *vers.* 9. *Judic. c.* 8. *vers.* 21. *Actor.* 7. *vers.* 58. *Wilhelm. Zepper. de LL. Mosaic. lib.* 5. *cap.* 7. [Zur Handhab und Volnstreckung der Justitz gehören die Nach- und Scharpffrichter, deren Ampt und Verrichtung vor- und an sich selbst nicht unehrlich, und in alten Zeiten von dem vornehmsten im Volck verrichtet worden. In Engeland sollen noch auf diese Zeit, wann die Delinquenten aufgehenckt werden, die nächste Blut-Freunde Hand mit anlegen, und mit Brechung der Hälse oder Gnickes der Justificirten Leben verkürtzen, zu welchem Ende sie auch nicht hoch von der Erden, sondern an einen Balcken niedrig angeknüpffet werden, wie *Bodinus de Republ. lib.* 3. *c.* 8. hiervon schreibet: In Anglia proximi cujusque parentum, fratrum, propinquorum, quomodo in crucem aguntur, extremum pietatis officium est, agere carnificem, iisque de trabe humili penden-

pendentibus gulam frangere. Es ist aber mit der Zeit das hin-und nachrichten der Verdambten und criminosen etwas abscheulich worden, so gar, dass andere Leuthe der Hencker und Scharpffrichter Gesellschafft gemieden, und dieselbe nicht allerdings vor ehrlich gehalten, welches ohne Zweiffel daher kom̃en, dass man jezuweiln Ubelthäter die den Todt verdienet, darzu genommen, wie *Bodin. de Republ. lib. 3. dict. cap.* 8. Da er auch ein mercklich Exempel, so sich *zu Gent in Flandern* begeben, erzehlet, allda einsmahls Vatter und Sohn wegen einer Ubelthat zum Todt verdammet, und welcher unter ihnen dess andern Hencker seyn solte, zu losen befohlen, da zwar das Looss dem Vatter zum besten gefallen, weil aber derselbe, ein alter Mann gewesen, und sich seines Sohns Jugend erbarmet, hat der Sohn solches acceptiret, und seinem Vatter mit unerschrockenem Gemüthe den Halss gebrochen, welche grausame Geschichte in Kupffer gestochen, und noch auf den heutigen Tag *in Gent* zu sehen seyn soll. Sonsten kom̃en in Teutschland die meisten zu diesem Ampt, dardurch, dass sie von Scharpffrichtern gebohren seynd, und zu andern ehrlichen Handwercken und Handthierung nicht gelangen können, und also auss Noth solch Ampt annehmen müssen, welche dann darum an sich selbsten, wie oben gemeldet, nicht unehrlich, sondern Ministri und Diener der heylsamen Justitz seyn, die ohne dergleichen Execution und Executorn ohne Effect und Nutzen seyn würde.] Quid si desit Carnifex, potestne unus reorum relaxari, ut contra alterum carnificis officio fungatur? Omnino hoc negandum cum *Zieritz. & Stephan,*

Stephan. ad artic. 97. *Constit. Crimin. Carol.V.* In quo *articulo* consuetudo & facinus trucidandorum carnificum in ipso actu deficientium neque non ictu rem peragentium improbatur sub pœna violatæ pacis publicæ, bey Leib und Gut, sive bey Leib-Straff. *Reinh. Konig. in theatr. politic. part.* 1. *cap.* 1. *n.* 375. *Speckh. cent.* 3. *class.* 3. *q.* 3. *n.* 9. [Es seynd die Scharpff-und Nachrichter insgemein crudel und Blutgierig, solent enim, ex truculentia, *inquit Cyrillus*, publicarum rerum vindices, non modo non condolere damnatis, verum etiam atrocius jussa peragere, & inter calamitates aliorum, robur quoddam ostentare, *lib.* 12. *in Johan. cap.* 38. *Drexel. de Christo moriente. part.* 2. §. 1. *circ. fin.* Derowegen die Obrigkeit jedes Orts gut Acht darauf geben, dass sie in peinlicher Befragung der Beschuldigten und genugsam indicirten, wie auch in Hinrichtung der Leuthe, nicht frevelmüthig handlen, über die Schnur tretten und modum excediren, gestalten theils ihres Mittels darinn eine Reputation und Ehre suchen wollen, und man viele Exempel hat, dass wegen übeler Aussicht und Unwissenheit der peinlichen Richter Leuthe, die zuweilen nicht einmahl mit erwiesenen genugsamen Indiciis graviret, gar zu Todt gepeiniget und gemartert worden, wormit die unbedachtsame Obrigkeit und Nachrichter wider *das Fünffte Gebott : Du solt nicht tödten*, handlen, und sehr schwer für GOttes gestrengen Richter-Stuhl werden zuverantworten haben. Ja es kan die hohe Landes Fürstliche Obrigkeit, solche Gerichts-Herrn darum straffen, und ihnen das peinliche Gericht und Gerichtbarkeit nehmen. Mit Menschen

und Menſchen-Blut muſs behutſam, vorſichtig, und den Rechten gemäſs, verfahren werden, und wäre je verantwortlicher, hundert Schuldige bey vorhandenem Zweiffel lauffen zulaſſen, die endlich noch ihren Lohn bekommen können, als einen Unſchuldigen, deme man ſein Leben und Geſundheit nicht wieder geben kan, hinzurichten, oder über die Gebühr zu torquiren und zu foldern. In deſs Heil. Reichs Reformation und Policey-Ordnung zu Augſpurg Anno 1530. aufgerichtet, wird von den Nachrichtern geſetzet, daſs eine jede Obrigkeit darauf ſehen ſolle, damit ſie ſich mit ihrer Kleidung alſo tragen, daſs ſie für andern erkennt werden mögen, welches doch an den meiſten Orten in keine Obſervantz kommen, und werden die Nachrichten, wann ſie deſs Abdeckens ſich euſſern, ſonderlich in den Niderſächſiſchen Städten, zumahlen wann ſie in der Chirurgi und Glieder-Cur etwas geübt, nicht ſonderlich gemieden.] Licet enim Carnifex eo anniti debeat, ne exequendo Juſtitiam miſerum hominem torqueat, & dilaniet potius, quam in eo exemplum Juſtitiæ ſtatuat, nihilominus, ſi actus exequendi infeliciter præter ſpem à Carnifice peragatur, ipſeque à nece aberret, Magiſtratus committere haud debet, ut plebs inſano impetu in eum ruat, lapidibus petat, & vel plane occidat, quin à furore vulgi eum protegere tenetur, quia facit ipſius juſſu, quod lex & Juſtitia fieri vult, *Caſpar. Mantz. ad dict. art.* 97. ubi narrat, Ratisbonæ, in ipſis Comitiis, præſente Imperatore & Statibus Imperii, executionem contra aliquem malefactorem eſſe factam, ſed cum carnifex à nece aberraret, plebem non modo ipſum, ſed etiam

filium

filium ejus, qui parentem defendere nitebatur, saxis telisque petiisse, & in ipsa Carnificina hoc modo obruisse & interemisse. Ratio autem hujus Constitutionis est, quia non videtur conveniens, ut Subditi vindicent illud, quod magistratui incumbit puniendum. Neque, ut Paulus ait *in l.* 176. *ff. de R. l.* Singulis est concedendum, quod per magistratum publice possit fieri, ne occasio sit majoris tumultus faciendi. Quod autem Magistratus Carnificem minus rite executionem peragentem, pœna aliqua afficere possit, cum culpa & Imperitia pœnam mereatur. §. 3. 6. 7. *&* 8. *Inst. de L. Aquil.* tradit Carpzov. *part.* 3. *pract. crim. quæst.* 137. *per ibi alleg.* * Vespillones funerarii à Græcis Νεκροφόροι vocantur, à Gallis fossoyeurs, seu potius, qui portent les corps en terre, à Germanis Todten-Gräber, quos in bene constitutis Rebuspublicis Magistratus peculiari genere vestimentorum, vel signo incedere volunt, ut fugiant eosdem sani, ne contagione afficiantur. vid. *Besold. in th. pract. verb.* Todten-Gräber, [Cum Nobilis quidam in Oppido suo Vespillonem assumsisset, prohibuerat subditis, ne alio uterentur, quæsitum fuit, an subditi parere teneantur? Sane quia actus voluntarii ac liberæ voluntatis non possunt prohibitionibus constringi. *l. Luc.* 88. §. *testator.* 5. *ff. de Legat.* 2. *l.* 2. *ubi Dd. ff. de via publ. l. si in meo fundo* 21. *ff. de aqua & aq. pluv. arc. l.* 13. *ff. de precar.* præceptum illud, quo Nobilis astringere volebat subditos ad utendum uno Vespillone, non videbatur valere, maxime cum quibusdam in locis ac communiter

* *Vespillones.*

in pagis ipſimet ruſtici mortuorum Cadavera humare ſoleant. Videbatur præterea hoc præceptum concernere monopolium, aliisque Veſpillonibus præcidere occaſionem aliquid acquirendi. *l. unic. C. de monop.* Attamen ob bonum publicum præceptum hoc ſuſtinebatur; Conduxerat ſiquidem Nobilis Veſpillonem publicæ utilitatis cauſa, ut eſſet, qui omni tempore, imprimis vero oppido lue peſtifera infecto, mortuorum cadavera humaret, oppidumque purgaret quod alias nemo facile facturus eſſet, ſi res hæc libertati ſuæ permitteretur. Quare ſubditos hoc mandato Nobilis conſtringi æquiſſimum viſum fuit, quia publicæ utilitatis gratia à regulis Juris Communis receditur, multaque permittuntur, quæ alias ſunt interdicta & prohibita. *l. ita vulneratus. 51. verſ. multa. ff. ad leg. Aquil. c. Abbate. 3. §. ult. de Sentent. & Re Judic. in 6. Hippol. de Marſil. in pract. crim. §. aggredior. n. 6. & ſeqq. Gail. 2. obſ. 56. num. 4. Jaſon. in l. 2. num. 26. C. de Jur. Emphyteut.*] Atque ita huc usque de Subditorum diſtinctione, cui juſto ordine Subditorum virtutes & officia ſubjungam.

55. * Quemadmodum igitur, ut ſupra diximus, ſubditi immediati Imperatori & Imperio ad certa officia & onera tenentur: Ita etiam quilibet Subditus mediatus ſuo Principi (qui tantum poteſt in ſuo territorio, quantum Imperator in Imperio. [De origine illuſtris hujus Regulæ, ejusdemque uſu frequentiſſimo. *vid. Werneri Rudolphi von der Schulenburg, Nob. March. elegantiſſ. Diſputa-*

* *Quasnam virtutes Principi ſuo debeant Subditi mediati.*

Disputationem, *quam Anno* 1660. *Giessæ habuit; Sub Præsidio Dn. D. Hulderici Eyben*, *Amici mei magni.*] *Rolant. à Vall. consil.* 29. *n.* 26. *vol.* 1. *Gail.* 2. *observ.* 57. *&* *lib.* 1. *de Pac. publ. cap.* 6. *n.* 10. *Wes. consil.* 40. *n.* 44. *Joh. Dauth. de Testam. n.* 36. *&* 86.) debet virtutes & officia: Virtutes, quas subditi suo magistratui debent, sunt 1. *Amor & fidelitas.* 2. *Observantia.* 3. *Obedientia.* Amorem & fidelitatem quod attinet, sciendum est, quod inter omnes virtutes, quas Subditus suo domino debet, hæ principales sint, quia si illæ adsunt, reliquæ sponte sequuntur: hinc quamprimum Princeps, sive Imperium sit electitium sive successivum, sich vor einen Lands-Fürsten und Obrigkeit erklärt und erkant wird, statim, vermög der Lands-Fürstlichen Obrigkeit, Subditi ad Homagii præstationem, zu der *Erb-und Land-Huldigung tenentur, [Homagia an ex jure consuetudinario originem suam habeant. *vid. Hering. in Tract. de Molend. Quæst.* 11. *n.* 31. *& num.* 37. ubi habet, quod homagium secundum consuetam formam præstandum sit.] quo jurant, ihrem angebohrnen Land-Herrn, und dessen Erben unterthänig, gehorsam, hold, treu und gewärtig zu seyn, &c. *Gylmann. lib.* 2. *Camer. decis.* 60. *num.* 8. Et per hoc juramentum fit prima agnitio & probatio subjectionis. *Thom. Michael de Jurisd. cap.* 57. *Meichsn. tom.* 2. *lib.* 2. *decis.* 4. *n.* 122. *Cothman. consil.* 47. *n.* 38. *vol.* 1. Quando enim Princeps curat jurare subditos fidelitatem, tunc est in quasi possessione Jurisdictionis & consequentiæ, quia nervus fidelitatis complectitur omnes alios actus Jurisdictionis, & recu-

* Erb-und Land-Huldigung.

recusans præstare tale homagium, jure proditis remediis ad hoc coerceri potest. *cap.* 1. §. *qui pacem. de pac. jur. firm. Spreng. in fragm. Jur. publ. c.* 6. *p. mihi,* 182. [Homagium non semper subjectionem importat, sic *Colonia*, *Spira*, *Wormatia* Episcopis homagium præstant, *Hamburgum* Holsatiæ Duci, *Brunsuiga* Principi Brunsuigensi, &c. *sec. Spreng. hîc cit. loc. dict. pag.* 182.] Altera virtus, quam subditi Principibus suis debent, est *Observantia*, per quam subditi suum à DEO præfectum magistratum debito cultu & honore prosequuntur, secundum illud *Petri Apost.* 1. *Epist.* 2. *vers.* 17. *Timete DEUM, Regem honore afficite*: Cujus honoris Comes est benevolentia, quæ se exerit per preces pro Magistratu, quas præcipit *Paul.* 1. *Tim.* 2. *v.* 12. Tertia virtus est *Obedientia*, quam subditi debent Magistratui in Politicis omni modo *Rom.* 13. *v.* 2. adeo, ut & durioribus & iniquioribus Dominis sit mos gerendus 1. *Petr.* 2. *v.* 18. Et cogitandum hîc subditis, se juste a Deo puniri per Magistratus sui iniquitatem: quam tamen DEUS suo tempore vindicat. *Danæ. lib.* 2. *Polit. Christian. in aphor. Sacr. sub tit. de Subdit. off. n.* 3. *Keckerm. lib.* 1. *System. polit. c.* 25. *pag.* 397. [Subditi alicujus Provinciæ, quam Tyrannus, expulso legitimo Principe, injuste occupavit, possunt bona conscientia inter iniquos possessores manere, eosque, cogente Imperio, fossione, excubiis & contributione juvare. *sec. alleg. à Bürger. cent.* 1. *obs.* 63. Sic etiam duobus de Principatu vel Comitatu contendentibus, Vasallus in dubio homagium ei præstare debet, qui in possessione est, *arg. l.* 60. §. 1. *de Usufr. Guid. Pap. decis.* 326.

cis. 326. *Valent. Forst. in tit. cui incumbat onus probandi in filiat.* §. *recte quoque.*] Magistratui igitur à Subditis in tantum obediendum est, quatenus nihil vel impium vel iniquum præcipit, seu quatenus mandata ipsius cum Lege DEI consentiunt: Si vero divinæ legi contraria Magistratus mandet, cum *Apost. Petro*, DEO potius, quam hominibus obediendum est: quod apud *Platonem* Socrates quoque fecit, *Obediam*, inquit, *Deo potius*, *quam vobis.* Quo pertinet illud *Imper. in* §. 7. *Inst. de Mandat.* Mandatum contra bonos mores obligatorium non est, ubi vide Dd. add. *Timpler. lib.* 5. *polit. c.* 3. *q.* 5. *Piccolomin. grad.* 3. *philosoph. civil. c.* 10.

56. * Hæc de virtutibus subditorum: sequuntur officia, quorum alia spectant ipsum magistratum, alia sunt erga se invicem: Officia Subditorum erga Magistratum concernunt vel sacra vel prophana seu civilia: Sacra concernunt ea officia, quæ piæ ac Orthodoxæ constitutioni & assertioni veræ Religionis respondent & satisfaciunt. [Welches die Christliche Religion seye: Und wie solche in einem Land und Republica, die Gemüther der Unterthanen unter sich, und gegen ihre Obrigkeit so viel stärcker verbinde, und in besserem Vertrauen erhalte. *vid. Reinkingk. in der Biblischen Policey. lib.* 1. *ax.* 12. *&* 13.] Subditi igitur Pietatem veramque religionem ex jussu sui Magistratus suscipere libenter, & debita observantia colere debent, vera enim est & immota illa apud *Esaiam cap.* 60. *vers.* 12. sententia: Gentes & Regna, quæ non serviverint tibi JEHOVA peribunt, Gentes, inquam, vastando va-

* *Officia Subditorum sacra.*

do vaſtabuntur. Cui plane conſentit illud *Davidis in Pſalm.* 73. *verſ.* 27. Quoniam, ecce, qui ſe elongant à te, peribunt. *vid. Danæ. lib.* 3. *politic. Chriſtian. cap.* 5. Quia autem ſi Subditi à vera Religione aberrantes, eam ſuſcipere nolunt? Reſp. Propterea Magiſtratus in eos ſævire non debet perſecutionibus, exiliis aut crudelibus ſuppliciis, nec vindicare ſibi imperium in conſcientias, ſed cogitabit potius, fidem ſuaderi, non cogi poſſe. *Schonborn. lib.* 7. *politic. cap.* 6. *in princ. Certe la conſcience ne veut eſtre regenteé, la dague à lagorge, ne dependant a' un commendement rude & violent, ains elle s' apprivoiſe, elle s' inſtruit, & ſe rend capable de ſon ſalut, par la doulceur, par la perſuaſion, & par le preuves amiables de la vraye doctrine. Pelletier de la perſonne ſacreé de Roys p.* 22. Et ut habet *Baudius in præfat. de induc. bell. Belgic.* Vis & minæ non efficiunt Chriſtianos, ſed hypocritas, purpuræ Cultores, non veri numinis. Nihil tam voluntarium, tam ſuæ ſpontis, tam impatiens dominationis, quam Religio, quæ ſi cogitur, non amplius eſt Religio, ſed fucus & inane ſimulacrum. [Coactus qui credit, non credit.] ſed credere ſe ſimulat, ut malum vitet. *Grot. de vera Relig. Chriſt. l.* 6. Auguſtinus *Sermon.* 9. *de Sanct.* Deus, *inquit*, non crudelitate, ſed credulitate quærendus eſt. *Idem de Civitat. Dei lib.* 8. *c.* 17. Religionis ſumma eſt, imitari quem colis, juxta illud: Eſtote imitatores Dei, ſicut filii chariſſimi. Deum autem non imitatur, qui crudelitate delectatur. *Meiſn. in Hom. Dom.* 4. *Trinit.* Die Religion begreifft in ſich den Dienſt GOttes, und nicht der

Menſchen, ruhet in deſs Menſchen-Hertz, Opinion und Gemüthe, welches je kein Menſch ergründen, erkennen, noch darüber richten, ſondern GOtt der einige Hertzenkündiger allein erforſchen kan. *Act.* 15. *Jer.c.*17.*verſ.*9.& 10. 1.*Chron.* 28.*verſ.*9.*Pſalm.* 7.*verſ.* 20. Und beſtehet in keinem euſſerlichen Thun, ſo der euſſerlichen Gewalt unterworffen, kan derowegen durch keine Waffen das Hertz, das Gemüth und Gewiſſen eines Menſchen gezwungen werden, ein anders zu glauben, als es thut. Deſs Menſchen Leib kan man durch Waffen und euſſerlichen Zwang auſs einem Ort in den andern zwingen, treiben und bringen, aber nicht, daſs er ein anders glaube.]

70. * Mediatorum subditorum munera, onera vel tributa extraordinaria sunt, quæ certam, annuam solitamque præstationem non habent, sed quæ per occurrentem, publicam tamen, necessitatem præstantur. *l. unic. C. de vacat muner. l. fin. C. de Excus. muner. lib.* 10. *leg. in honoribus. §.* 3. *ibi, qui ex improviso. ff. de vacat. muner.* Necessitas vero manifesta ac rationabili causa sicut probari debet, ita etiam exactio cum charitate & paterna pietate moderari. *cap. cum Apostolus.* 6. *§. prohibemus. de cens. exact.* Unde etiam hisce extraordinarii subsidii casibus, subditi censendi, vel sanior majorve pars convocandi prius, & de necessitate occurrente admonendi, quam ex improviso exigantur. *Masuer. in pract. for. tit. de Talliis seu Collect. & aliis imposit. n.* 2. 4. *& seqq.* Cum consensu enim & Judicio populi Collecta imponenda. *Luc. de Penna. ad l. unic. C. de superindict. lib.* 10. & est communis Dd. sententia. Ubi tamen notandum, quod quamvis regulariter propter publicam saltem necessitatem extraordinaria tributa exigi debent: tamen & privatis dominorum necessitatibus succurrere subditos justum est, *l.* 1. *cum similibus de alend. liber.*

* *Subditorum mediatorum onera & collectæ extraordinariæ quæ?*

ber. [Subditi exhausti & indigentes, an Principis sui necessitatibus subvenire teneantur. *vid. Bürger. cent.* 4. *obs.* 21.]

71. *Præter casus vero necessitatis, qui quotidie occurrere possunt, ut sunt incursiones hostiles, pontium & viarum refectiones, necessariæ defensiones patriæ, &c. alios certos casus faciunt extraordinarios, in quibus subditi possint collectari: ut sit timor belli: Si Dominus ab hostibus sit captus; pro Domini filio milite faciendo, vel castro emendo: vel filia elocanda: vel denique pro solvendo ære alieno, quo casu etiam inferioribus permissum est collectam indicere. *Coler. in process. Execut. part.* 2. *c.* 3. *n.* 369. *Schurff. cons.* 59. *n.* 1. *cent.* 1. Inter prædictos casus extraordinarios, quod nempe Princeps Subditos suos, pro elocanda filia collectare possit, ex communi usu principum, & de consuetudine Germaniæ non habet dubium. *Mynf. cent.* 5. *obs.* 21. *Bocer. in tract. de collect. c.* 6. *n.* 24. *& mult. seqq. Besold. in th. pract. in verb. Fräulins-Steuer- Treutl. vol.* 1. *disp.* 2. *th.* 3. *lit. f. ibique alleg.* ** An autem idem obtineat in filia naturali sive bastarda? Et in Sorore, puta quando pater decessit, & fratres filiæ innuptæ Subditis imperant? Resp. Interppr. in his duabus quæstionibus non conveniunt: primam enim quæstionem quod attinet, *Boer. part.* 2. *decis.* 127. allegat præjudicium, quod Subditi quidem teneantur in hoc casu conferre, sed tamen moderate, non ita, ac pro legitime nata, quo etiam videtur inclinare *Gail.*

* *Quibus casibus subditi extraordinarie collectari possint?* ** *Quæstio.*

Gail. 2. obs. 88. n. 7. & 8. quod ego tamen non probo: Etsi enim pater naturalis filiæ naturali alimenta debet, & similia, tamen inde non sequitur, quod pro filia naturali elocanda, etiam subditos collectare possit: nam ut taceam, quod tegendæ libidinis publicum per id auctoramentum induceretur, ista collectatio favorem non tam parentis, quam filiarum honeste natarum respicit. Et hinc petitur & patet responsio ad secundam quæstionem, quod pro sorore elocanda, etiam patre mortuo, fratres collectare subditos possint, quos pater potuisset: nam favorem ut dixi, filiarum respicit, quod ex publica collecta dotem sibi paratam habent, ille igitur favor in morte parentis non extinguitur. vid. *Dd. supr. citat. & eorum allegata.*

72. Cum autem, ut supra dictum, Subditus proprie & vere ratione domicilii dicatur, *Menoch. consil.* 692. *n.* 3. *Surd. consil.* 515. *n.* 66. *Coler. de process. executiv. part.* 2. *cap.* 1. *n.* 22. *Rosenthal. de feud. cap.* 6. *concl.* 85. ratione illius collectæ & contributiones imponuntur. Sed quid Juris, si quis duplex (quod fieri potest, *secund. Boer. decis.* 13. *n.* 2.) domicilium habeat? * Dd. plerumque putant: Utrobique tunc collectæ onus subire subditum cogendum esse, sed tamen hoc ita, si æque utroque loco instructus sit, ut utrumque domicilium æquali jure habeat. Alioqui in eo solo contribuere debet, in quo frequentius & familiarius domicilium habet. *l. Ejus qui.* 27. §. 2. *ff. ad Municipal. Anton. Faber. in Cod. lib.* 9. *tit.* 29. *def.* 10.

73. De *Forensibus* est quæstio: ** An collectari pos-

* *Quæstio.* ** *Quæstio. An & quatenus forenses Collectari possint.*

ri possint de bonis sive rebus sitis in territorio collectantis? Distinguendum puto, an collectæ imponantur præcipue Subditorum personis, quod fit aut capitatione, aut singularum facultates pensitando, & procedit negativa: an vero præcipue & singulariter imponantur ipsis possessionibus & agris, & procedit affirmativa, per text. express. *in l. forma censuali. §. 2. de Censib.* Ubi dicitur, *Is vero, qui agrum in alia civitate habet, in ea civitate profiteri debet, in qua ager est, agri enim tributum in eam civitatem debet levare, in cujus territorio possidetur.* Hoc namque casu annonas & tributum is solvere debet, qui possessiones tenet & fructus percipit. *l. 2. cum seq. & l. obsistere.* 10. *C. de Annon. & tribut. Gail. 2. obser.* 53. *n.* 4. Alias in genere si quæstio hæc nostra consideratur, Regulariter Forenses (cum non sint Subditi. *Schurff. cent.* 1. *cas.* 59. *n.* 26.) ab onere contributionum sunt immunes. *Berous. consil.* 150. *n.* 12. *Surd. consil.* 525. *n.* 13. *Anton. Gabriel. conclus. n.* 1. *Rosenthal. de feud. cap.* 5. *concl.* 81. Exceptis casibus sequentibus, quos notat. *Gail.* 2. *observ.* 52. *num.* 24. 1. Si extet talis consuetudo, qua forenses collectantur. 2. Si privilegio concessum sit. 3. Si præscriptione acquisitum. 4. Si statutum res ipsas afficiat. 5. Si occurrat necessaria & publica utilitas exigendi collectas, veluti, si subsit timor belli. 6. Si bona vel prædia sint descripta, & æstimata in libro censuali (Saalbuch) sive ut vocant, æstimo. Ne quis de eadem possessione duplicem censum, ut hic, ubi sita est, & ibi ubi Dominus habitat, præstare gravetur, pia moderatio contributionis facienda est, aut ab aliis Magistratibus,

in quo-

in quorum territorio ſita ſunt, moleſtari non debent. *Gail. dict. obſ.* 53. *n.* 2. & 3.

74. * Circa indictiones & Collectas Imperii, deſs H. Reichs Anlagen, quæ ob publicam utilitatem, pacem & tranquillitatem, in Imperio & ubique contra hoſtem Chriſtiani nominis, conſervandam, neceſſitate poſtulante inducuntur, ea notabilis obſervanda eſt Regula, quod propter illas ſubditi vel incolæ collectari poſſint de bonis non ſolum in territorio, ſed etiam alibi ſitis. *l. reſcriptio* §. *ſciendum. in fin. ff. de muner. & honor.* veluti *Anno* 1500. & *Anno* 1542. ſub Divis Imperatoribus *Maximiliano I.* & *Carolo V.* factum, qui diſpoſuerunt, daſs ein jeder der nicht mehr, dann an dem Ort und End, da er geſeſſen iſt, von allen den Seinen, es liege, wo es wolle, zu geben ſchuldig ſey, und daſs kein Stand den andern, oder deſſelben Unterthan darwider tringe. *Gail. d. obſ.* 53. *n.* 2. Hujus præjudicium Cameræ allegat *Roſenthal. de feud. cap.* 5. *concl.* 80. *in Cauſa Teutſchmeiſters contr. Donawerth.* Etſi *Mynſ. cent.* 5. *obſ.* 22. (ubi pro utraque ſententia Authores allegat) *num.* 4. dicat, ſuo tempore inter Camerales hanc quæſtionem in controverſiam veniſſe, & ad ipſum Imperatorem delatam fuiſſe. add. *Caſpar. Klock. de contribut. concl.* 18.

75. ** Illa quæ ſupra de Immunitate diximus, quod ſc. quibusdam perſonis ab oneribus perſonalibus concedatur, haud immerito etiam ad realia onera applicari poſſunt: Privilegia igitur & immu-

 nitates

* *De Collectis Imperii, quid Juris?* ** *Quinam ſint immunes ab oneribus realibus?*

nitates datæ vacationem contributionum præstant. *l. vacuatis. C. de decurion.* idque in immunitatibus à Supremo Principe concessis, dubitationem non recipit. *l. C. de his qui a Principe. accep.* Quid de aliis Principibus Superiorem recognoscentibus statuendum? Item, an eorum heredes obligentur? Et an, & quando immunitas concessa realis vel personalis sit? *vid. Rosenthal. de feud. d. cap. 5. concl.* 85. Immunitas concessa alicui à collectis & oneribus ordinariis & extraordinariis, solitis & insolitis, non solet extendi ad ea, quæ ratione belli vel alterius publicæ utilitatis, de qua ab initio non fuit verisimiliter cogitatum, exiguntur. *Alex. in l. si ex toto. ubi Jason. ff. de Legat.* 1. *Marc. dec.* 458. *n.* 12. *& seqq. Cacheran. decis.* 36. *Tessaur.* 134. *num.* 10. *Mandel. consil.* 1. *Schrader part.* 10. *de feud. sect.* 1. *num.* 130. *Gail.* 2. *observ.* 52. *num.* 26. Eamque sententiam, consuetudinem Germaniæ approbasse, refert *Mynf. cent.* 4. *obs.* 70. ibi subjiciens, à* Collectis Imperii ob publicam necessitatem indictis, nullos ordines excusari. *Heig. quæst.* 18. *num.* 26. *Florer. quæst.* 21. *num.* 263. Imo ob Turcicam expeditionem & contributionem, neminem excipi, imo omnes, quantumvis privilegiatos, tributis onerari, ex decretis comitiorum liquido apparet. *R. A. zu Worms. de anno* 1495. *R. A. zu Augspurg. de anno* 1500. *tit. Von Soldnern. R. A. zu Speyer. de anno* 1542. *R. A. de anno* 1544. §. *Und nemblich sollen alle. R. A. zu Regenspurg. de anno* 1576. §. *Und nachdem diese ansehnliche. R. A.* zu

* *A collectis Imperii nemo immunis est, quando indicitur ob publicam utilitatem.*

zu Augſpurg. de anno 1582. §. *Und demnach ſöllen alle Unterthanen. R. A. zu Regenſpurg. de anno* 1594. §. *Nachdem nun vorgeſetzte. R. A. zu Regenſpurg. de anno* 1598. §. *Dieweil dann nun. R. A. de anno* 1603. §. *Nachdem es nun.*

76. * Hic occurrit quæſtio: An Imperatori, vi ſupremæ Jurisdictionis, fas ſit, immunitatem à collectis turcicis pro placito potentibus indulgere? Sane cum harum Remiſſio Univerſo præjudicet Imperio, & privilegia Principum in præjudicium tertii nequaquam interpretanda ſint, eam non niſi juſtiſſimis ex cauſis admittunt. *Matth. Stephan. lib.* 2. *part.* 1. *de Jurisdict. c.* 1. *membr.* 1. *n.* 107. *Thom. Michael. de Jurisdict. th.*27. *lit. c.* Alteri enim jus ſuum auferre, nulla juris patitur ratio. *arg. l. meminerint. C. Unde vi. Menoch. de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 7. *n.* 71. *& ſeqq.* ne quidem ex plenitudine poteſtatis. *Gabriel. in comm. concl. de Jur. quæſit. non toll. concluſ.* 1. *n.* 1. *Menoch.* 2. *de præſumpt.* 10. *n.*48. *Gail.* 2. *obſ.* 56. *n.* 1. *& paſſim. Vasq. controv. uſufreq. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 17. *Cravett. de antiquit. temp. p.* 1. *princ. n.* 16. *& ſeqq.* Quo reſpectu *nomen abſolutæ poteſtatis*, juri & Juſtitiæ contrarium, & ad Tyrannos remittendum, non inciviliter dixit, *Covarr. variar. reſolut. cap.* 6. *n.* 8. Et eorum, qui Principem pro libitu contra jus diſpenſare, & mutare quadrata rotundis poſſe dicunt, inſanientium magis, quam Jurisprudentium loquelam non immerito appellat, *Valaſ. de Jur. Emphyteut. quæſt.* 8. *num.* 34. vid. omnino *Arium Pinell. in rubr. part.* 1. *c.* 2. *n.* 20. *& ſeqq. ad l.* 2. *C. de Reſcind. vendit. Dauth. de Teſtam. in Explicat. l. ex. imperfecto.* 4. *C. de*

* *Quæſtio.*

4. *C. de Testam. num.* 1. Et Principi Jus non esse in pernitiem Subditorum quempiam oneribus eximere, ut alii onus ejus subeant, Respondit *Paris. consil.* 70. *n.* 14. *& Cravett. cons.* 945. * Hinc sunt quidam, qui immunitatem nullo jure cuiquam concedi, aut impetrari posse contendunt, quorum rationes, principaliores hic, in parenthesi quasi, addam:

77. ** Proferuntur autem argumenta contra immunitates, *ex jure tum divino, tum positivo civili:* Ex Sacris allegantur dicta & Exempla. Et collocatur velut in frontispicio dictum Apostoli 2. *Corinth.* 8. *vers.* 13. *ibi, non ut aliis sit remissio, vobis autem tribulatio; Sed ex æqualitate, in præsenti tempore vestra abundantia illorum inopiam suppleat.* Quibus verbis, ajunt, Christianis diserte injungi æqualitatem, ut in collationibus quoque & muneribus subeundis fiat quod æquum est, ne alii quiete gaudeant, alii molestiis afficiantur. Quamquam enim Paulus (*inquiunt Dd. in locum Apostoli*) pronunciatum hoc in hypothesi accommodet admodum erogandæ Eleemosynæ: per se tamen generalem hanc rationem continet, sic benefaciendum esse aliis, ut nobis interim nostrisque non afferamus luculentum aliquod damnum, non tantum in beneficiis, sed simul in oneribus: nec in Eleemosynis modo, sed in tributis quoque ἰσότης hæc Apostolica debet valere: Trahunt horsum illud etiam, quod Apostolus *ad Philipp.* 2. *vers.* 4. *edicit:* μὴ τὰ ἑαυτῶν ἕκαστος σκοπεῖτε, ἀλλὰ καὶ τὰ ἑτέρων ἕκαστος.

* *An jure immunitates concedantur?* ** *Argumenta ex Sacris desumpta.*

ἴκας@. Quibus verbis Apoſtolum vetare perhibent: Ne quis ſuum ſuorumque emolumentum & commoditatem privatim quærat, cum præjudicio & aggravatione onerum proximi: cum juxta dictum *Auguſtini*, nemo dicere poſſit, diligere ſe proximum, tanquam ſeipſum, ſi non ad id commodum ad quod ipſe tendit, eundem quoque adducat atque promoveat: Cum charitas non quærat, quæ ſua ſunt. 1. *Corinth.* 13. *v.* 5. Eodem reſpicere dicta ſcripturæ, quibus oppreſſio proximi graviter reprehenditur, qualia ſunt *Eſaiæ c.* 32. *v.* 7. *Syracid. c.* 34. *v.* 25. *&* 26. *lib.* 1. *Reg. c.* 17. quibus locis acerbe perſtringantur ditiores atque potentiores, qui pauperes & tenuiores exugunt, adeo, ut parum intereſſe videtur, gladio quis, an rei familiaris everſione perimatur. *Deut.* 24. *v.* 6. Eodem denique pertinere exempla docent. *Levit.* 27. *v.* 8. ubi allegantì paupertatem, non tantum audientia benevole præbeatur, ſed & moderatio concedatur. 1. *Reg.* 23. *v.* 35. ubi dicatur, quemlibet cenſendum eſſe juxta vires patrimonii & facultatem: ſecus facientes incidere in execrationem Davidicam. 2. *Sam.* 12. *v.* 1. *&* *ſeqq.* Denique id docere in Sacris analogiam ſimilium caſuum, veluti *Deut. c.* 15. *v.* 7. Cum enim ibi inter ſcelera immania & plane diabolica referatur, proximo egenti mutuum denegare: multo ſceleratius fore concludunt, per inæqualem impoſitionem atque diſtributionem, pauperes quidem prægravare, divites vero è diverſo exonerare. Et hæ quidem machinæ ex armamentario S. Scripturæ adverſum jus immunitatis producuntur.

78. Sed

78. * Sed à jure quoque civili arietes & catapultæ petuntur, ad destruendum jus immunitatis, tradunt enim initio, jura exigere, ut munera & onera publica civibus pro quantitate bonorum imponantur, allegant eo è *lib.* 7. *C. tit.* 71. *l.* 5. rectius forsan allegaturi eos textus, qui parem inter omnes & æqualem illationis formam tenendum esse, requirunt. *l. in fraudem.* 7. *C. de annon. & tribut. lib.* 16. *tit.* 17. quam omnes subeant, *l.* 2. *C. de muner. patrimon.* cum indictiones non tam personis, quam rebus injungantur, unde ne qua ultra modum earundem possessionum possessor conveniatur, Præses Provinciæ prospicere jubetur. *l.* 2. *C. de annon.* Secundo allegant *rubricam illam C. de immunitate nemini concedenda.* Quem textum etiam. Excellentissimi quidam JCti generaliter, ut sonat, & absolute exaudiunt. *Guiliel. Forn. l.* 1. *select. c.* 20. quem secutus est, & in hanc sententiam allegavit, *Besold. lib.* 1. *politic. c.* 4. §. 45.

79. ** Nunc venit etiam aliquid dicendum de alia specie Subditorum, qui vocantur *Homines proprii* Leibeigene Leut: Quamquam enim, teste *Tacito de morib. German.* Germania nunquam veros servos habuisse dicatur. Extat tamen apud nos non absimile genus mortalium, qui licet ascriptitiis aliqua ratione adnumerari, *Vigl. Zuichem. in* §. *Testes. n.* 1. *verb. neque servus Instit. de Testam. Ordin.* vel potius hominibus per longissimum tempus colonaria conditione detentis adscribi, *l. cum satis.* §. *cum autem. C. de agric. & censit. lib.* 11. vel etiam libertis compa-

* *Argumenta ex jure civili contra immunitates.* ** *De hominibus propriis von Leibeigenen Leuten.*

comparari queant, *Sichard. in l.* 11. *n.* 4. *C. de Teſtib.* & *in l.* 12. *n.* 3. *C. de contrab.* & *commit. ſtipul.* Tamen in omnibus & per omnia neque ſervi, neque adſcriptitii, neque coloni, neque capite cenſi, neque ſtatu liberi ſunt: ſed novam quandam ſpeciem faciunt, de omnium illorum natura ac conditione aliquid participantem. *Zaſ. ſingul. Reſponſ. lib.* 2. *c.* 7. *n.* 8. eosque nonnulli Leibeigen, & quidem communiter ita. *Gail. de pignor. obſ.* 8. *n.* 3. alii, iique rectius halbeygen nominant. *Matth. Weſenb. conſil.* 18. *n.* 27. Sed & hi homines proprii in Germania non ſunt ejusdem conditionis, ſed alii præ aliis vel meliore vel deteriore loco habentur. *Zaſ. dict. loc. Cothman. conſil.* 42. *n.* 19. & 25. Nonnullis ſiquidem in locis ex more regionis omnes & ſinguli ruſtici vel homines proprii, Principum, & Nobilium prædia, quæ detinent, non ſibi, ſed dominis poſſident, eaque tantum precario tenent, & nudi ac ſimplices Coloni ſunt, neque ulla bona Emphyteutica habent, tantum abeſt, ut proprietarii ſint, vel bona cenſitica poſſideant, ac proinde pro arbitrio & voluntate dominorum expelli poſſunt, quantumvis 30. 40. vel 50. annos continuos uniformem canonem ſolverint, ut fit in *Marchia*, quam conſuetudinem etiam in contradictorio Judicio obtinuiſſe ait *Cothman. conſil.* 42. *n.* 64. *fol.* 349. *Huſan. de Serv. c.* 2. *n.* 28. 32. & *ſeqq.* Aliis in locis glebæ adſcripti ſunt, mancipiorum inſtar, vulgo, Hubner, vocati, qui nec ſervi ſunt, nec omnino ingenui: ſed cum deterior ſit eorum conditio, eo quod cogantur perpetuo ipſi, & eorum liberi adhærere fundo, exiſtimantur pars fundi eſſe, & ideo inter immobilia numeran-

numerantur. *Sichard. in l. 6. n. 4. C. de secund. nupt. fol. 574. Frid. Mindan. lib. 2. de Mandat. cap. 67. n. 8. fol. 481.* Et sic alii alterius sunt conditionis. Communiter tamen magis ad libertorum, quam servorum jus accedunt. Habent enim suam sedem, propriam familiam, suosque penates ipsi regunt. *Zuichem. in §. sed cum aliquis pr. Inst. de Testam. ordin.* maxime si Domini consensus accedat, *Spec. tit. de feud. §. quoniam. n. 35. circa finem.* Item commerciorum etiam cum Domino suo, emendi, vendendi. *Zas. lib. 1. singul. resp. c. 3. & lib. 2. c. 7. & cons. 19. n. 1. & 4. Gail. dict. obs. 8. n. 3. Sichard. in l. 11. n. 4. C. de Testib. fol. 371.* Contrahendi in sua persona, sedendi & agendi in Judicio, heredes in testamento instituendi, ab intestato succedendi, testimonia dicendi, & alia agendi, quæ liberi homines alias solent.

80. In eo autem maxime serviles notas sustinent hi homines proprii, quod non nisi cum conservis matrimonia contrahere impune, absque manumissione, possunt: nam si extra septa, extra curiam, extra servorum contubernia contraxerint, mulctæ subduntur: liberi matrem sequuntur: operas dominis præstant: vendi aliis, & permutari possunt, (quibus casibus mulieres in majori sunt precio quam viri, propter proventum prolis) suis Dominis etiam præstant emolumenta successoria: Si enim decedit ejusmodi Leibeygener seu servus proprius (etiam is, qui cum libera contraxit, nam hoc casu partus non sequitur ventrem *Forcatul. rubr. de Servit. n. 11.*) sine liberis, domino debetur Triens mobilium. Sin autem proprius homo decedit relictis liberis, Dominus sibi vendicat

dicat

dicat das Haupt-Recht, Haupt-Fälle, als ein Haupt-Vieh, beſtes Pferdt, beſtes Kleid vel ſimile quippiam. *Stumph. in Chronic. Helvet. c. 27. lib. 3.* Iſt alſo das Haupt-Recht jus hominum quaſi propriorum, daſs ſie nach ihrem Abſterben, Equum, bovem, vel vaccam, aut aliud animal, ihrem Lands-Fürſten und Herrn verfallen, löſen müſſen. Ferè tamen ex æquitate ſolvunt certam pecuniæ ſummam, und wird das verfallene Haupt oder Vieh, umb halb Geld und noch geringer gelöſet, quod vulgò dicitur das Haupt-Recht theydigen, id eſt, ſich wegen deſs verfallenen Haupt-Rechts cum Domino vergleichen und vertragen. Quæ omnia, cum in ſingulis locis magis uſu obſerventur, quàm ut in Scholis diſci poſſint, ut loquitur *D. Vultejus ad §. 2. Inſtit. de Jur. perſon. n. fin.* me eò brevitatis amore ſtudiosè remitto, hoc tamen addens, quod in recognitionem hujus Juris deſs Haupts-Rechts quotannis ſolvatur Gallina una vel altera, vulgò, Haupt-Hüner, Buſem-Hüner, &c. *vid. Beſold. in theſ. pract. verb. Leibeygene Leuthe, ibique allegat. Gail. de pignorat. obſervat. 8. per tot.*

81. *Qui autem ita Domino adſtricti ſunt, non poſſunt in ejus præjudicium locum mutare, aut aliô invitô Dominô domicilium aut colonias ſuas transferre, per text. *l. ſi quis prædium. C. de Agric. & cenſ. lib. undecim.* Adſcriptitii enim coloni, & ſervilis conditionis ſubditi (Leibeygene Leut) pars fundi eſſe cenſentur, ita ut à terra ſeparari nequeant, imò terræ ita inhærere reputantur, ut nec pacto valeant inde amoveri. *Lucas de Penna ad dict.*

Tt *l. ſi*

* *Quod ſubditi ſe non poſſunt novo Domino ſubjicere.*

l. si quis add. eleg. apud *Carpzov. lib.* 1. *Respons.* 98. & *Socin. consil.* 39. ubi tradit, *quod civitas se non possit novo domino subjicere absque naturalis domini consensu.* [Subditis permissum non est aliorum Dominorum auxilium quærere, ac superiore invito alienæ se tutelæ committere. *sec. Bürger. cent.* 1. *obs.* 48. *pag.* 103.] Igitur competit Domino vindicandi actio, si alteri, relicto domino suo, obsequium præstent. *Johan. Faber. in* §. *præjudic. Instit. de action. l.* 2. *C. de Serv. fugitiv.* & *l.* 3. & *seqq. ff. eod. tit. arg. l. ait Prætor.* §. *si debitorem. ff. de his quæ in fraud. debitor.* & pœna violatæ pacis publicæ in eos constituta est, qui aliorum subditos, colonos vel inquilinos malitiosè habitatione tectoque recipiunt, prout videre est in *Ordin. Camer. part.* 2. *tit.* 4. *De Fugitivis Subditis & eorum Receptatoribus von den aussgetrettenen Unterthanen, so wider ihre Obrigkeit enthalten werden. adde Constitution. Crimin. Caroli Quinti, art.* 128. *Menoch. remed.* 10. *recup. possess. per tot. Gail. de arrest. Imp. c.* 8. * Fallit autem hæc Regula (Quod nempè subditi Dominum suum deserere non possint in tribus potissimum casibus, *Primò*, si propter tyrannidem Domini sub eo diutius habitare nequeant, per notat. *Gail.* 1. *obs.* 17. *Secundò*, si dominus sit declaratus in Bannum Imperii. *Poil. in tract. de fract. Pac. lib.* 2. *cap.* 15. *Tertiò*, si ob loci sterilitatem necessaria alimenta subditi habere non possint, ut puta, si fundus sit arenosus aut saxosus, aut ita contumax, ut nullâ culturâ quantumvis diligenti, fructuosus esse queat. De quibus casibus videri potest *Luc. de Penna. in l.* Coloni

* *Limitationes.*

Coloni C. de agric. & censit. lib. 11. [Domini terrarum an statuere possint, quod sui Subditi originarii alibi habitantes debeant ad patriam reverti, ibique habitare, simulque prohibere, quod non debeant patriam exire. *vide Bürger. cent.* 4. *obs.* 19.]

82. *Quemadmodum Subditi alicujus Domini non possunt se subjicere alteri in ejus præjudicium, ita nec è contrà Dominus alicujus loci potest subjicere istum locum alteri invitis subditis. *Cravett. cons.* 241. *Berlich. part.* 1. *dec.* 67. *n.* 10. & 13. *Rolant. à Vall. vol.* 1. *consil.* 1. *n.* 34. & *seqq.* Debet enim Dominus subditos suos tractare, sicut pater liberos. *l. si quis filium. C. de in offic. testam.* sed alienare subditos, non est eos tractare ut filios, sed ut servos. *Curt. Junior. cons.* 174. ubi, *quod Princeps alienando subditos, debeat privari illorum proprietati.* Quod idem esse dicitur, si ipse Princeps cum subditis superiori se subjectum facit. *Besold. in tract. de Majest. ingen. pag.* 8. Sic negat Abulensis partem terræ promissionis à Salomone alienari potuisse, quia neque hereditas ex una tribu ad aliam transferri poterat, ne ulla familiarum esset confusio: neque si quid ad alienos precio esset distractum; id ullo modo poterat esse perpetuum: atque ita Jubilæi tempore ad priores dominos redibat alienata possessio, quo facit *Levit. c.* 25. *vers.* 23. Putasse itaque Abulensem arbitratur *Sanctius ad c.* 9. *lib.* 3. *Reg.* non tradidisse Salomonem civitatum illarum Regi Tyri mancipium, sed usum, ut illarum tamdiu fructus perciperet, quamdiu de impensis templi,

* *An Princeps subditos suos invitos alienare possit?*

regiæque Domus conſtructione factis ſibi ſatisfaceret. Hinc donationes Conſtantini Magni, Ludovici, aliorumque Cæſarum impugnantur. *Girard. lib.* 4. *pag.* 301. *Wolf. lect. memorabil. cent.* 4. *pag.* 103. Iisdem etiam cuniculis oppugnatum fuit ab Ottone IV. Dominæ Mathildis teſtamentum, filiæ quondam Rotgeri Siciliæ Principis & Uxoris Cunradi Regis, quo Eccleſiæ. Illa Romanæ Marchiam & Apuliam legavit. *Hotomann. Illuſtr. quæſt.* 1. Sic ob id Madricenſe fœdus inter Carolum V. & Franciſcum I. rumptum fuit, quod contra Imperii Gallicani leges Burgundiæ ac Belgii dominatu, Regem, ſine Senatus ac Populi conſenſu cedere coegiſſet. *Mart. Bellaj. lib.* 3. *memorab.* Quâ eâdem ex cauſâ multæ in Galliis Provinciæ Anglis ademptæ fuerunt, quas ipſis dederat Johannes Galliæ Rex in Angliâ captivus. *Froiſſard. tom.* 1. Et hinc Rupellenſes, non niſi expreſsè eâ conditione Imperio Francico reuniri voluerunt: *que la ville de Rochelle, & tout le pays Rochellois demeureroyent à touſiours mais au reſſort & damaine du Roy de France, ne jamais ne ſeroyent oſtés, ne deſſeurés par mariage, par paix, ne par aucune adventure, qui jamais peut advenir au Royaume de France par quelque condition que ſe fuſt:* Etiam apud *Guillielm. Paradin. lib.* 2. *l'hiſtoire de Lyon. cap.* 62. Philippus Galliæ Rex ſpondet: *qu'il ne pourroit aliener, ny en tout ny en partie les droicts, qu'il en la citè de Lyon, ny en deſaiſir ſamain & couronne, & ou cela ſe feroit, il declaire par un Principal. Edict, tout cela eſtre de nulle valeur.* Quod & in Rebuspublicis popularibus uſu receptum eſſe,

anna-

annales referunt. Quo prætextu ſe excuſarunt Lucernates, cum per Legatos peteret Galliæ Rex Henricus II. ut pro ſe fidejuberent. *Bodin. lib. 6. de Republ. cap. 2.* Et eſt *jure Lubecenſi lib. 2. tit. ult.* §. 4. ſpecialiter cautum, daſs ein Rath von gemeinem Gut keinem Fürſten oder Herrn, Geiſt- oder Weltlichen etwas borgen, lehnen oder vor Bürgen ſich einſtellen ſolle, in keinerley Manier noch Weiſs.

83. * Hactenus autem dicta limitantur, quando, *Primò*, Subditi non per ſe *Entzlen* alienantur, ſed cum univerſitate territorii: multa enim ſunt licita in ſolidum, quæ pro parte non licent. *ſec. gloſſ. in §. præterea Ducatus. in fin. de probib. feud. alien. per Frideric.* quo caſu tamen alienatio ita fieri debet, ne ſubditis inde præjudicium adferatur, vel in duriorem Dominum transferantur. *per text. ſingular. in l. invitus. ff. de fideicommiſſ. libertat.* *Secundò*, ſi conſuetudine eſſet introductum, quod Dominus poſſit alienare ſubditos irrequiſitis illis, ut inquit *Felin. in c. dilecti. de majoritat. & obedient.* ubi refert talem conſuetudinem eſſe Mediolani. *Tertiò*, quando Dominus imminentis neceſſitatis cauſâ Vaſallos invitos alienaret. *Felin. dict. c. dilecti. Curt. in 6. part. feud. n. 3. Jaſon. in l. ſi non ſortem. §. libertus. de condiction. indebit. & in §. item Serviana. n. 105. Inſtit. de action.* Ubi ſubjicit hoc multum notandum eſſe contra Principes & Dominos vendentes & alienantes terras ſuas contra voluntatem ſubditorum ſuorum, niſi ex cauſa maximæ neceſſitatis id fieret. [An & quando Princeps poſſit

* *Exceptiones à Regula.*

Regna & ditiones ſuas pro libitu & arbitrio oppignorare, alienare & permutare. *vide eleg. ap. Arum. in Jur. publ. vol. 3. diſc. 21. add. quæ habet Sande in Tract. de prohib. rer. alien. c. 5. in fin. & c. 6. & Göl-nitz. de Vectigal. cap. 1. n. 23. & ſeqq.*]

84. Supra *Aphor.* 57. mentionem fecimus Juris Emigrandi, quod nempè cuilibet permiſſum ſit civitati renunciare, & domicilium alio transferre: (modò id malitiosè non fiat. *l. ordine.* 15. *§. pen. ff. de municip. l. in bello* 12. *ff. de Captiv. & poſtlim. reverſ. Græv. lib. 2. concl. pract.* 36. *conſ.* 2. *n.* 3. *Beſold. de Jur. civ. cap.* 2. *n.* 11. *ad finem. & c.* 3. *n.* 10.) quod tamen ita intelligendum, ſi civis ea præſtiterit, quæ ad renunciationem more majorum, vel ex ſtatutis civitatum requiruntur: nam in multis civitatibus Germaniæ more ſtatutoque receptum eſt, ut civis vel incola, ſo das Bürger-Recht auffagen will, volens renunciare domicilio, ſeu ſedes ſuas alio transferre, cogatur inprimis de omnibus bonis ſuis certam pecuniæ ſummam Magiſtratui & civitati penſitare, quod vulgariter vocamus * Nach-Steuren, jus migrandi redimere, & fit plerumque relictione centeſimæ, quinquageſimæ, vel etiam viceſimæ aut decimæ portionis bonorum. *Petr. Weſenb. conſ.* 1. *n.* 28. *Knichen.* 2. *de inveſtitur.* 4. *n.* 245. Hoc autem jus detractionis omni ratione non deſtituitur, cum veluti quoddam intereſſe fiſci habeatur, cui ideò ſolvitur, ut ex eo reditu poſſit reddere itinera tuta, vias publicas, ſartas, tectasque conſervare, & impenſas neceſſarias ad hoc ſuſtinere. *Berlich. part.* 3. *concl. pract.* 52. *n.* 6. Et ſecundum *Koppen. deciſ.* 5. *n.* 1.

* *Nach-Steuren.*

n. 1. in omnibus ferè locis Germaniæ receptum, nec juri incognitum eſt: debetur autem non tantùm in reſignatione ſeu mutatione domicilii, wann das Bürger-Recht aufgekündiget wird, ſed & ſi res hereditariæ ex teſtamento vel ab inteſtato extra territorium tranſportantur, wann man an frembden Orten erbt, und ſolche Erbſchafft auſs dem Land oder Gebieth bringen und führen will, muſs man Abſchoſs darvon erlegen. *P. Frider. Mindan. lib.* 2. *de Mandat. cap.* 51. *§.* 3. *in fin.* quæ in Marchiâ eſt 15. pars hereditatis. *Koppen. dict. deciſ.* 5. *n.* 5. Francofurti ad Mœnum eſt 10. pars. *Reform. p.* 6. *c.* 6. §. 4. & in Palatinatu & Electoratu Rheni. *Chur-Pfaltz Land-Ordn. tit.* 7. ubi ſtatuitur, daſs die Nach-Steuer ſey der zehende Pfenning. Ubi notandum, licet gabella deſs Abſchoſſes non debeatur, niſi deducto ære alieno, ne heres vel alius ultra id, quod non capit, gravetur, attamen gabella hæc tanto privilegio gaudet, ut fiſco vel Magiſtratui ſtatim, antequam etiam hereditas, legata, vel alia bona exportentur, exſolvi debeat. *Berlich. d. part.* 3. *concl.* 52. *n.* 85. 86.

85. Circa hanc gabellam ferè & hæc de conſuetudine obſervantur. 1. Die von einem Ort in ein anders, ſo beydes unter einer Herrſchafft gelegen, ziehen, geben keinen Abzug. 2. Die von einer Herrſchafft unter eine Obrigkeit ziehen, deſſen Obrigkeit kein Nach-Steuer nimmt von abziehenden Unterthanen, ſo ſich unter deſs erſten Herrſchafft begeben, entrichten auch kein Abzug-Gelte. 3. Was zur Ehe-Steuer auſſer Lands gegeben wird, iſt Abzugs und Nach-Steuer frey. Quæ tamen non ubique procedunt.

dunt. * Cui Magiſtratui debeatur die Nach-Steuer, quæri ſolet? Reſpondeo, cui competit jus collectandi, eidem etiam competit communiter die Nach-Steuer, und was man für Abzug-Geld bezahlt, wann ſich jemand auſs einer Herrſchafft unter ein andere Obrigkeit begibt. Sunt enim velut acceſſoriæ collectæ, niſi aliud privilegio, pacto vel conſuetudine loci ſit receptum. Nonnullis in locis Magiſtratui competit municipali tantum, als den Räthen in Städten: alibi ſuperiori Domino, ſive Præfecturis den Aemptern: nonnunquam utrique, daſs man den Rath ſein Gewiſſes zur Nach-Steur gibt, und der Ober-Herrſchafft auch ſonderlich Abzug-Geld erlegen muſs, prout uſus docet & experientia.

86. Si Subditus poſt impoſitam collectam vel aliud onus, aliò domicilium transferat, & collectas, comuni Provincialium placito prius indictas, ſolvere detrectet: quæritur. An ob moram bona ejus vel perſona ipſius prehendi & impediri poſſit? *Bart. in l. incola. n.* 4. *ff. ad municip.* rectè concludit, quod ſic: Ratio, quia ſufficit cauſam imponendi collectam eo tempore extitiſſe, quo ille adhuc ſubditus erat. *per text. in l. ſi unus ex Sociis. ff. pro Socio. Henning. conſ.* 34. *ubi Peckius de Jur. ſiſtend. c.* 4. facit text. *in l.* 1. *ff. de pœn.* ubi, quod in pœnis imponendis tempus delicti, non ſententiæ ſpectetur: Item, quod qualitas adjuncta verbo, ſecundum tempus verbi intelligenda ſit. *l. in delict.* §. *ſi extraneus ff. de noxal. action. & in l. Titius. ff. de militar. teſtam. Jaſon. in l. qui Romæ.* §. *duo fratres. n.* 60. *de verb. obligat.* Et quod ſufficiat conditionem ſemel eſſe

* *Quæſtio? Cui magiſtratui debeatur Nach-Steuer.*

esse impletam, licet posteà deficiat. *text. notabilis in l. si quis heredem. C. de Instit. & substit. & in l. quidam in testamento ff. de fideicommiss. libertat.* Ut & illud extra pugnam est, novitios cives & subditos ad antiqua debita solvenda non obligari. *Bart. in dict. incola. Platea. in l. 1. n. 2. C. de privil. corporat. Urb. Romæ lib. 11. Gail. de arrest. Imper. cap. 9. in fin.* Nisi novitius civis vel subditus succederet in rem, quæ est affecta pro debitis & collectis. *Berlich. part. 1. concl. 76. n. 32. ubi tractat, an & quatenus Subditi pro debitis Magistratus teneantur.* Sed quid si Obligatio ita esset concepta, *pro se & successoribus in illo pago:* Item, *quod aliter novi non acceptari debeant, nisi se adstringant cum aliis ad antiqua debita solvenda?* Hîc tenor obligationis diligenter est inspiciendus, ut ex insertis aliis clausulis, per distinctiones juri & æquitati conformes, quæstio hæc ex fundamento decidatur.

87. In exactionibus quibuscunque Subditis imponendis, paternâ pietate atque moderatione uti Dominos oportet: Princeps enim potius propter Populum & Subjectos, quàm propter Principem Populus & Subditi à DEO sunt constituti: Cujus consequens est, quod Dominus Subditos suos fovere, regere & tueri debeat, non verò exsugere dispergere & deprædari: Et quod Pater filiis, Pastor Ovibus, tutor Pupillis, Protector suis clientibus debet, id Princeps debet subditis, imò tanquam Deus communis omnium pater esse debet. *Nov. 98. c. 2. in fin.* Suosque subditos vera humanitate, per quam solam, DEI servatur imitatio, complecti. *l. fin. in fin. C. de donat. inter vir. & uxor.* Ne propter tyrannidem & immanem barbariem, Su-

perioris inſpectione & coercitione opus ſit, cum Subditi, ut ſupra indicatum, ad hunc recurſum habeant, ſi nimirum ab illis graventur ad indebita ſervitia, operas, & collectas inſolitas cogantur. *Mynſ. cent.* 5. *obſerv.* 8. *Gail. dict. lib.* 1. *obſervat.* 17. *& lib.* 1. *de Pac. publ. c.* 2. *n.* 2. Nam juxta divinum illud Tiberii axioma, & ea, quæ paſſim de boni Magiſtratus officio, tùm apud Theologos, cùm apud Prophanos Scriptores leguntur: *Boni paſtoris eſt tondere pecus, non deglubere:* Cui addatur, quod *Conſtantinus Imp.* eleganter admodum de collectis ſolitus eſt dicere, referente *Polydoro Virgil. lib.* 2. *Hiſtor. Anglic. & Europ. lib.* 10. *c.* 1. Melius opes à privatis poſſideri, quod apud illos fructus redderent, in arcis verò Principum clauſæ, ſteriles eſſent & infructuoſæ: quod ſi inops egensque ſit regnum, & veluti abſtractâ pelle nudum, nec lanam dabit, quâ ſe Princeps veſtiat: nec cætera largietur, quibus urgentem depellat neceſſitatem: Cum puteus plenus eſt, facilè hauritur aqua, imô & exhauritur, at ſi venæ & occulti meatus, per quos humor influit, exſiccentur, & fons ex quo dimanat, exareſcat, nullâ arte aut induſtriâ reſtituetur. Rectè igitur *Ariſtotel.* dixit *Alexandro:* Optimus Regis theſaurus, & qui tardiſſimè perditur, eſt populus, cum diligenter cuſtoditur: Et huic Magiſtri conſilio obſecutus Alexander, cum inopiâ ac neceſſitate aliquando premeretur, ob immodicos ſumptus, quos in rem militarem faciebat, ampliſſima dona, quæ in ſuos profundebat, graviſſima ſpolia, quæ ex devictis hoſtibus in ærarium theſaurumque referebat: eſ-

ſetque

ſetque homo levis & aſſentator, qui novis vectigalibus gravandum populum cenſeret: dignam Alexandro hanc protulit ſententiam: *Holitorem odi, qui radicitùs herbas excidat:* quibus verbis ſignificavit, Regnum eſſe ſicut hortum, populares verò, arborum & plantarum inſtar: & quidem quamdiu radix vivit, colligi fructus poſſe, exſectâ verò, mox plantam areſcere.

88. * Hîc quæritur: Coram quo Judice Subditi ſuos Principes convenire debeant? Ubi notandum, in Imperio Romano-Germanico Subditos Principem ſuum regulariter in prima inſtantia, in Judicio Camerali convenire non poſſe, ſed coram Auſtregis litigia exercere teneri. *Gail.* 1. *obſ.* 1. *n.* 17. Niſi intuitu Religionis in Imperio permiſſæ graventur, veluti ad Religionem pœnis & Carceribus adacti. *arg. l.* 6. §. 2. *ff. de off. præſid. ibi, ne viri potentiores afficiant humiliores injuriis. P. Frider. Mindan. de proceſſ. lib. c.* 29. *n.* 6. *Gylman. deciſ. Camer. in append. lib.* 2. *fol.* 775. *&* 795. Unde inſtar axiomatis in Camerâ practicaretur, welche Obrigkeit ihre Unterthanen durch Straff oder Gefängnüſs zu ihrer Religion zwingt, die verbricht den Religions-Frieden, ut deciſum in Camerâ in Cauſa Ortenburg contra Bäyern, Civitatis Aquenſis contra Ducem Juliacenſem. *vid. Wurmſer. tit.* 24. *obſ.* 9. *Gail.* 1. *ob.* 120. *n.* 1. *Rumelin. ad Aur. Bull. part.* 3. *diſſert.* 6. *th.* 8. *in addit.* Solent etiam Principes cauſas, quas habent cum ſubditis, conſiliariis ſuis committere, eosque quoad easdem fidelitatis juramento liberare. *Weſ. in Comment. ad tit. C. Ne quis in ſua cauſ.*

* *Principes ſuos ubi Subditi convenire poſſint?*

cauſ. Jud. & 1. *conſ.* 33. *n.* 43. *Cravett. conſ.* 233. *n.* 8. *Berlich. part.* 1. *concluſ. pract.* 3. *n.* 7. Quod etiam de feudorum moribus obtinere teſtatur *Frider. à Sande Commentar. in Geldr. & Zütphan. Conſuetudines feud. tract.* 3. *c.* 1. §. 1. *n.* 6. *add. P. Frider. Mindan. lib.* 1. *proceſſ. c.* 17. *membr.* 9. & *Carpzov. lib.* 1. *Reſponſ. Elect.* 87. *n.* 22.

89. *In Comitibus & Civitatibus Imperii aliter conſtitutum eſt, hi enim à ſuis ſubditis in Camera conveniri poſſunt. *Mynſing. cent.* 1. *obſ.* 9. ubi obiter nota, quod quilibet privatus immediatum etiam pro exigua ſummâ in Camera convenire queat: cujus Præjudicium habemus, quod Sutor Nobilem quendam pro 24. floren. (Schuſter-Lohn) in Camera convenerit, Author præjud. Camer. *ſubr. rubr. Cauſæ quæ in Camer. Imperiali p. m.* 66. Quod etiam obtinet, ſi comites vel civitates ſubditos ſuos convenire velint, niſi doceant ſe habere Auſtregarum privilegium, *Otto Melander. ad proceſſ. Meureri part.* 1. *pag.* 28. Idem obſervator ſi Electores & Principes Imperii ſubditos ſuos convenire velint, nam hoc etiam in Camera fieri debet. *ſec. P. Frider. Mindan. de proceſſ. lib.* 1. *cap.* 20. *n.* 18. Niſi aliud conſuetudine introductum fuerit, hanc enim tribuere Jurisdictionem aſſeritur *in cap. cum contingat. in fin. de compet. add. Boſſ. tit. de for. compet. n.* 38. *Gail.* 1. *obſerv.* 1. *num.* 18. *Mynſ. cent.* 5. *obſerv.* 1. *Carpzov. lib.* 2. *Reſponſ. Elect.* 14. *n.* 6. & 10. An autem Dominus à Subdito ſuo offenſus, ſuper illa offenſa ipſe cognoſcere poſſit? *vid.*

* *Comites & Civitates Imperii coram quo Judice ſuos ſubditos convenire debeant, & contra?*

vid. JCtus Ingolſtad. inter conſ. diverſ. German. JCtor. vol. 1. *conſ.* 1. *n.* 46. *& ſeqq. usque ad fin. Menoch. conſ.* 403. *n.* 1. 2. 3. *Berlich. part.* 1. *deciſ.* 65. *n.* 3. *Gail.* 1. *obſerv.* 39. *per tot. & Carpzov. Ipr. for. p.* 1. *conſtit.* 16. *def.* 28.

90. * Si Princeps ejusque ſubditus eâdem de causâ ſimul à quodam conveniantur: Quæritur, utrum Subditus Principem coram Auſtregis ſequi debeat, vel an Princeps etiam non requiſitus, ſimul cum Subdito ob connexitatem cauſæ ad Cameram trahi queat? Nonnulli ſtatuunt, ſubditum Dominum ſuum coram Auſtregis ſequi debere: coram quibus, & non in Camerâ, ambo ſimul conveniri poſſint & debeant. Dignioris enim Judex adeundus eſt, nec requiritur, unum utriusque Judicem ſuperiorem eſſe, ne ſraus primis inſtantiis fiat, quibus Princeps ob ſubditum ſimul conveniendum, non facilè privandus eſt. Pro hâc opinione ſacere videntur, quæ tradunt *Covarr. pract. q.* 34. *n.* 1. *Marant. in Specul. part.* 4. *diſtinct.* 11. *n.* 18. *Menoch. de arbitr. Judic. quæſt. caſ.* 371. *Et Mynſ. cent.* 1. *obſ.* 4. Et hanc opinionem probabiliorem, magisque Juridicam exiſtimant, maximè ſi Subditi eo in facto, propter quod unà conveniuntur, ſeparatum & proprium intereſſe, jus commodumvè non habeant, ſed ad utilitatem Domini id tantùm ſpectet, neque motu proprio, verùm juſſu & inſtinctu, ſine conſideratione domini, uti miniſtri, mandatarii vel officiales, imò tanquam ſubditi, ex neceſſitate obſequii vel officii, quid geſſerint & perfecerint.

91. Alii

* *Ubi Princeps cum Subdito eâdem de causâ ſimul conventus forum ſortiatur?*

91. * Alii putant, Subditum unà cum Principe in Camera conveniendum esse, tùm propter defectum Jurisdictionis Judicum Ordinationis in Principum Subditos, tùm propter causæ continentiam, quæ Cameræ Jurisdictionem fundat. Dum tamen Subditos, non ut officialis, nomine & jussu Principis egerit, tunc enim secundum quosdam connexitatem causæ non facit, etiamsi cum Principe conjungatur. Nulla enim est Judicum ordinationis contra mediatos & Principum Subditos Jurisdictio. *P. Frid. Mindan. lib.* 1. *de process. c.* 18. *n.* 5. *fol.* 117. Quæ opinio approbata & confirmata est in *Recessu Deputationis Spiræ anno* 1600. §. 27. Gleicher massen. quem sic refert & interpretatur *Petr. Denais. in Jur. Camer. tit.* 97. §. 3. *fol.* 121. Si quis, cui Judicis nominandi ex Ordinatione Jus sit, cum ministris unà, subditisvè convenietur, Camera Judex esto: Sin hi ad eam rem solam operam ita contulerint, ut non ipsi ex proprio facto condemnari, sed gesta ministrorum præstare dominus possit, velitque hoc casu Domini forum (*Austregarum scilicet*) omnes sortiuntur.

92. ** Inter privilegia etiam Electorum Imperii numerari solet: Quod Subditi eorum ad extraneum tribunal evocari non possint. *per tit.* 8. *Aur. Bull. Schrad. de feud. part.* 10. *c.* 1. *n.* 202. Vigore cujus privilegii Electores ad Rhenum Subditos suos à Judicio Rotwilensi avocarunt: quod jus ante Aur. Bull. eos habuisse constat ex *document. n.* 13. *in*

* *Aliorum opinio de supra memorata quæstione.*
** *Quod Electorum Subditi ad extraneum tribunal evocari non possint.*

in der Reformation gegen die Donawerthische Relation. p. 1. *f.* 245. Hoc autem privilegium acquiescit 1. in causis feudalibus, quod si enim alicujus subditus ab alio feudum tenet, coram eo respondere, aut si inter Dominum & Vasallum coram paribus aut arbitratoribus comparere tenetur. *Compil. Symph. tit.* 6. *fol.* 51. 2. Si Subditus conveniatur ratione rei alibi sitæ. *per text. in c.* 1. *de privil. in* 6. 3. Si Subditus deprehendatur in loco, ubi deliquit. *Authent. qua in Provincia. C. Ubi de crimin. Gylman decis.* 54. *n.* 87. *p.* 2.

93. *Principum autem subditi in Romanô Imperiô, ne quidem volenter & renunciantes in præjudicium Dominorum coram alio tribunali trahi possunt, si Dominus privilegium exemptionis habeat: Nam talia fori privilegia, quibus plerumque Imperii Status à Cæsare, contra aliena Judicia, *maximè Rotwilense*, ratione subditorum muniti sunt, non solùm *favorem renunciantis seu prorogantis* respiciunt, sed principaliter *Superioris*, unde sine ejus consensu & licentiâ prorogatio facta non subsistit, nec Domino nocet: per ea quæ latè adducit *Johan. Borchold. in consil.* 16. *part. ult.* §. *Nono privileg. cum seqq. fol.* 92. *Gail.* 2. *observ.* 60. *n.* 4. Ubi id singulariter notandum monet. Etenim & domini plurimum interest, ne Subditus suus ab alio judicetur, & Jurisdictionem fortè amittat. Dum enim eum ab aliis Judiciis eximit, Jurisdictioni eundem subjicit. *Panormit. & Canonistæ communiter. in c. cum tempore. n.* 3. *de arbitr.* Eadem ratione

* *Principum Subditos in præjudicium Dominorum foro renunciare non posse.*

ratione nec Vasallus. *Jacob. Omphal. lib.* 1. *civil. polit. cap.* 105. *n.* 25. *Stephan. Gratian. Rom. in decis. Rotæ decis.* 78. *n.* 38. *Nicol. Boer. decis* 114. *n.* 5. *Menoch. Remed.* 3. *retinend. n.* 403. Nec clericus. *cap.* 12. *de for. compet. Marant in Specul. part.* 4. *Judic. distinct.* 12. *n.* 24. *Græveus lib.* 1. *concl.* 37. *conf.* 1. 2. *fol.* 85. alterius Jurisdictionem expresse vel tacitè prorogare poterit, & si fecerit, prorogatio tanquam nulliter facta, domino præjudicio non est, sed rectè avocatur, adeò, ut si locus avocationi non detur, appellari queat. *Gail.* 1. *obser.* 40. *n.* 2. 3. *cum seqq.*

94. * Hinc Magistratus, cui privilegium fori vel exemptionis à Camera vel alio Judicio competit, vel quod ejus Subditi & cives in alieno foro conveniri non possint, rectè ratione sui interesse & privilegii in illo Judicio inferiori, ubi Subditi conveniuntur, comparere, intervenire, interesse seu privilegium allegare, & Subditos avocare, vel si in Camera vel alio Judicio Superiori conveniantur, exceptionem incompetentiæ opponere, & Subditos à Camera vel alio Judicio Superiori, non quidem per modum avocationis, sed per viam exceptionis declinatoriæ avocare potest. *Gail. d. obs.* 40. *n.* 2. 3. 4. *& seq. & obs.* 41. *n.* 7. *Schrad. de feud. p.* 1. *sect.* 1. *n.* 183. *D. Vultej. in l.* 1. *C. de Jurisd. n.* 173. Adeò, etiamsi sententia illa, in qua Subditis conventis litis contestatio est imposita, vires rei Judicatæ acceperit, tamen, si magistratus ratione sui privilegii & interesse pro subditis intervenit, Judex ulterius in causâ procedere nequit, antequam super puncto inter-

* *Magistratus an pro Subditis suis ratione interresse intervenire possint?*

interventionis fuerit judicatum, & si Judex non obstante allegato & insinuato privilegio, in causa principali contra subditos pergit, se competentem pronunciat, & solo etiam Magistratu appellante, interim contra illos in contumaciam procedit, illud tanquam injustè attentatum ante omnia debet revocari, & Judicia à quo mandari, ut pendente appellatione nihil porrò contra subditos attentet, idque sub pœna mandato inhibitionis inserta, ut eleganter tradit, & ita in Camera Imper. *in causa Johan. Conradi Welwarten contra Vitum Eyselin* 28. *Junii Ann.* 1563. *&* *in causa Marchionis Georgii Friderici contra Hansen Benselein* 23. *Febr. Ann.* 1564. *factum fuisse testatur Gail.* 1. *obs.* 126. *per tot.*

95. * Subditi in suorum Dominorum controversiis rectè ne ad testimonium recipiuntur? Certè non videntur admittendi, propter *l. idonei* 6. *ff. de Testib. & l. eos.* 2. *C. eod.* ubi habetur, non esse idoneos eos testes, quibus imperari potest per producentem: quia tamen textus illi intelliguntur de illis testibus, quibus possumus imperare, vel ratione patriæ potestatis, vel ratione particularis & privatæ jurisdictionis, ut est Jurisdictio dominorum contra servos: non autem ratione Universalis Jurisdictionis, quam Princeps habet in suos subditos. *Johan. Sichard. in d. l.* 2. *C. de testib. n.* 2. *Afflict. decis.* 304. *n.* 7. *&* 8. Contrarium rectè observatur, cum alioquin in ** Principum & Potentum negotiis testibus destitueremur, quod notatur à *Petro &*

 à Cyno.

* *An Subditis prohibeatur testimonium ferre pro suo Domino?* ** *Verior opinio.*

à Cyno. in d. l. eos. & Guid. de Suzar. in d. l. idonei, ubi & Accuſ. rectè ab eodem reprehenditur, quod eandem vim tribuit Jurisdictioni, quam patriæ poteſtati & familiarium obedientiæ. Quod autem juramentum, quo Dominis obſtricti ſunt, antequam teſtificentur, ſubditis remitti ſolet, errore magis, quàm jure inductum eſt. Jusjurandum enim fidelitatis & obedientiæ eò tantum pertinet, ut in licitis & honeſtis rebus * Dominis obtemperent, eorumque vitam & facultates, ſi quando in diſcrimen venerint, honeſtis rationibus augeant, tueantur, deſendant. Omne enim juramentum debet eſſe de re honeſta: A veritate autem diſcedere, & in gratiam Domini, maximo ſortè cum alterius incommodo, mentiri, turpiſſimum eſt. Præterea in omni jurejurando ſemper jus majoris exceptum intelligitur: Veritate autem & juſtitia nihil in humana ſocietate majus eſſe poteſt. Itaque etiamſi veritate ita exigente contra Dominos Judicis Imperio & mandato teſtimonium dicturi ſint, tamen nulla fidei datæ relaxatione, ut vocant, opus eſt, cum fide data ad mentiendum in Domini utilitatem, non adſtringantur. His addantur illa quæ habet *Farinac. de Teſtib. quæſt.* 55. *num.* 203. 204. *& ſeqq.*

96. ** Quod ad contractus Principum cum ſubditis initos attinet, extra controverſiam eſt, illos ut privatos obligari. *Cyn. Caſtrenſ. Johan. Fabr. & Dd. communit. ad l. digna vox. C. de LL. Bald. in l. Prin-*

* *Juramentum fidelitatis quænam comprehendat?*
** *An Princeps ex contractu cum ſubdito inito obligetur?*

l. Princeps. & ibi Castrens. n. 4. ff. eod. Bald. in l. 1. ff. de Constit. Princip. Bodin. de Republ. lib. 7. c. 20. n. 26. & seqq. Gail. 2. observ. 55. n. 7. quia in commutativa Justitia rerum duntaxat, non personarum habetur ratio. *Wes. in parat. de Justit. & Jur. n. 11.* Et si Princeps ex pacto vel contractu non obligaretur alteri, tunc nec alius obligaretur Principi, ex natura correllativorum, & sic Principi esset interdictum commercium, & esset tanquam exul, qui est omnium præsul, quod esset valdè grave, & inter majores pœnas reputandum. *l. quod si minor. l. non semper. ff. de minor. l. 3. C. de Apost. Roman. cons. 252. n. 24. Mascard. de probat. vol. 1. concl. 276. num. 29.* *Quod tamen eò non est extendendum, si Magistratus pactum ineat cum rebellibus subditis, nam illud, ut per injustam vim & summam injuriam ac perfidiam extortum, non est eis servandum, cum hoc ipso, quo in Principem exsurgit subditus, fidem violet, ac proindè frustra eam sibi servari postulet. *vid. Gudelin. de Jur. pac. c. 11.* Putant etiam aliqui non valere contractum Principis, si contineat magnam diminutionem Jurisdictionis. *Argentoratoratenses. 1. cons. 24. n. 97. ubique alleg. Felin. ad c. 1. x. de probat. Ruin. vol. 1. cons. 91. Socin. vol. 3. cons. 7. n. 5. Hieron. Maril. ad l. quoties. C. de R. Vindic. num. 141.*

97. ** Hinc emanat alia quæstio: An ex pacto vel contractu Principis cum Subdito vel aliis inito, etiam Principis Successor obligetur? Respondemus Affirm. Quando sc. Princeps contrahit

* *Exceptio.* ** *An & quatenus ex contractu Principis Successor obligetur?*

trahit nomine dignitatis. Cum enim eadem dignitas in successore maneat, nec moriatur. §. *illud. in fin. Auth. constit. quæ de dignit. cap. gratiosè. de Rescript. in 6.* Ideò & pactum & contractus ejusmodi in successore durare debet. *Bald. cons.* 159. *n.* 4. *lib.* 3. *Tiraq. in tract. de Jur. primog. q.* 35. *n.* 20. *Natt. cons.* 122. *n.* 3. Quod extenditur, sive quis sit successor Principis jure Electionis, sive jure successionis. *Decian. cons.* 2. *n.* 127. *lib.* 2. *& cons.* 41. *n.* 6. *l.* 2. maximè si Princeps contrahat in pertinentibus ad officium juxta morem Principatus, sive si faciat ea, quæ sunt de natura & consuetudine dignitatis, sicut est infeudare. *Bald. in l.* 1. *post princ. ff. de constit. Jason. cons.* 10. *col. ult. lib.* 3. *Curt. Jun. in tract. feud. part.* 2. *n.* 8. In reliquis autem pactis & contractibus non æque obligatur successor in dignitate, tum, quia par in parem non habet Imperium *l. nam & magistratus. ff. de arbitr. l. ille à quo. §. tempestivum ff. ad Sc. Trebell. cap. innotuit. x. de Elect.* tum, quia successor in dignitate non habet causam ab antecessore, ideò ex his, quæ natura dignitatis non veniunt, non obligatur. *arg. l. lex. Vectigali. ff. de pignor. & l. si quis domum. ff. locat.* Ex quibus inferri potest ad decisionem quæstionis: An Duces, Marchiones & Comites teneantur ad solvenda debita à Prædecessoribus contracta, eo casu quando ipsi eorum hæreditatem non adierunt? Quam quæstionem latissimè tractavit *Matth. Cunon. in tract. de pact. lib.* 1. *c.* 24. *n.* 52. 53. *& seqq.* Cui addi potest *Bodin. de Republ. lib.* 7. *c.* 20. *n.* 34. 35. *& seqq. Treutl. vol.* 1. *disp.* 6. *th.* 7. *lit. b. Hotom. Illustr. q.* 1. *Et Carpzov. Ipr. for. part.* 2. *constit.* 29. *def.* 21. ubi habet: Quod successor

ceſſor in Principatu, etſi heres anteceſſoris defuncti non exiſtat, tamen æs alienum pro Regni utilitate factum & ſalaria officialium exſolvere teneatur. Et *Idem de Lege Regiâ German. cap.* 3. *ſect.* 14. Ubi, quod Jura ac privilegia ab Anteceſſore conceſſa Succeſſor Imperii revocare nequeat: adeoque horum confirmatio jurata in * Capitulatione Cæſareâ præcisè neceſſaria haud ſit.

98. ** Quæritur etiam: An Subditi Inferioris alicujus Domini ſe poſſint ſuperiorum protectioni ſubmittere? Quod regulariter negatur. *per text. in c.* 15. *Aur. Bull. ibi, prætextu parentelæ. & cap.* 16. *per tot. R.A. de Ann.* 1569. §. *Wie auch Chur-Fürſten. Thom. Michael. de Jurisd. concl.* 138. *lit. E. Caſp. Klock. tom.* 1. *conſ.* 10. *n.* 254. *& conſ.* 18. *n.* 7. *& conſ.* 37. *n.* 130. *P. Frider. Mindan. lib.* 2. *de Mandat. cap.* 16. *n.* 4. *Denaiſ. in Jur. Camer. tit.* 211. §. 2. *& tit.* 216. §. 17. *Matth. Stephan. de Jurisd. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 132. *Weſenb. conſ.* 48. *n.* 7. *&* 8. latè & accuratè *Arum. diſcurſ.* 6. *ad Aur. Bull. cap.* 15. *n.* 2. *pag.* 264. Et huc etiam tendit argumentum 13. *Fiſcalis*, quod vide in kurtzem jedoch warhafftigem Bericht von deſs H. Reichs Stadt Gervort in den Beylagen Num. 11. adde *Eylman. tom. Symphor. part.* 1. *tit.* 2. *n.* 141. *& ſeqq.* præcipuè *n.* 144. ubi latiſſimè hanc rem examinat. Niſi fortè ab antiquo hoc jus inferiores habuerint. *Criſt. Wintzelar. in obſervat. de collect. obſ.* 21. *num.* 2. *Limn. in addit. ad Dan. Otton. de Jur. publ. c.* 11. *pag.* 400. Vel propter impotentiam vel negligentiam Ordinarius Dominus

* *Subditi an parentelæ & protectioni alterius Domini Superioris ſe ſubjicere poſſint?* ** *Limitationes.*

ſuos ſubditos defendere nequeat. *Buxtorff. ad Aur. Bull. concl. 99. lit. f. Henric, Brüning. de var. Univerſit. ſpecieb. & eor. jur. concl. 16.* Ubi notandum, quod illi, qui ſemel alicujus protectioni ſe ſubjecerunt, protectionis jure protectorem privare nequeant, per tradit *Chriſtian. Beſold. in diſſert. de fœder. Jur. c. 5. n. 15.*

99. * Quamvis autem per receptionem factam ſub protectione nihil detrahatur juri Ordinarii Domini, juxta vulgatum illud: Schutz und Schirm gibt keine Obrigkeit. *Gail. lib. 2. obſ. 54. n. 1. Mantic. lib. 27. de tacit. convent. tit. 7. n. 13. Menoch. de arbitr. Jud. caſ. 584. num. 4. & conſil. n. 25.* Et Clientes non efficiantur ſubditi ejus, cujus protectioni ſeſe committunt. ſec. tradit *Henning. Arniſ. de Majeſt. cap. 4. & Warenm. ab Erenberg. de fœder. lib. 1. ult. n. 12. & 13.* Attamen vel ſaltem per obliquum injuria quadam Dominus afficitur, ac ſi non tanta ejus potentia eſſet, ut ſeſe ſuosque tueri queat. Quin & Civitatum incolæ per ejusmodi colligationes, cum protectoris ſe niti auxilio ſciant, audaciores adverſus Dominum ſuum reddi videntur. Suppeditat hinc quædam axiomata in ejusmodi protectionis ſœdere probe obſervanda *Johan. Limn. de jure publ. lib. 4. cap. 8. num. 79. & ſeqq.* Nimirum (1.) daſs keiner deſs andern Unterthanen ohne ihrer Obrigkeit Wiſſen und Willen anders, dann wie es jederzeit bey Röm. Käyſern und Königen Herkommen iſt, in Schutz und Schirm annehmen ſoll noch könne. Land-Frieden zu Augſpurg aufgericht *de Ann.* 1548. §. Als weyland. circa finem. (2.) Daſs keiner

* *Protectio nullam tribuit Jurisdictionem.*

keiner andere Unterthanen deſs Glaubens oder anderer Urſachen halber in ſondern Schutz und Schirm wieder die Obrigkeit nehmen ſolle. *Receſſ. Auguſt. de Ann.* 1529. §. Wie auch Chur-Fürſten. (3.) Daſs die jenigen, ſo vor Alters Schutz- und Schirms-Herrn anzunehmen gehabt, wohl noch können in Schutz und Schirm ſeyn. *Receſſ. Auguſt. de Ann.* 1555. §. Es ſoll auch kein Standt. *Receſſ. Spirenſ. de Ann.* 1544. §. Doch ſoll kein Standt. add. *Reinking. de Regim. ſecul. lib.* 1. *claſſ.* 1. *cap.* 3. *n.* 53. & *Bodin. lib.* 5. *de Republ. c.* 6. Ubi clientibus ſeu Clientelari jure affectis Provinciis, Populis, urbibus, &c. hoc inſtillat monitum: ne Protectoribus ſuis oppida vel arces clientelares committant, præſidio militari tenendas: idque ne ex ipſo, quod dicitur, bove, lora ſumant. *Mager. in tract. de Advocat. armat. cap. n.* 306.

100. * Denique officium ſubditorum erga ſe invicem, hoc eſt, Subditorum erga ſubditos, eſt vel erga Univerſos vel ſingulos: Erga Univerſos ſubditos ſeu totam Univerſitatem, i. e. patriam, in qua quis natus vel factus civis eſt, officium ſubditi eſt, eam ardenti amore proſequi, & omnia illa, quæ ad commoditates vitæ ſocialis promovendas, vel incommoditates illius avertendas & declinandas pertinent, pro viribus procurare. Erga ſingulos officium ſubditorum quod attinet, ſciendum eſt, quod ſint vel ſuperiores, vel pares, vel inferiores: Superioribus ratione dignitatis vel patrocinii, vel ratione ætatis, doctrinæ & eruditionis, debetur honor. *Keckerman. Syſtem. politic. c.* 25. *pag.* 403.

* *Quodnam ſit officium ſubditorum erga ſe invicem.*

403. *Thom. Sagittar. in disput. 2. de convers. civil. publ. th. 258. 259. & seqq.* Paribus debetur humanitas & comitas, atque adeò civilis conversatio suavis, quæ est vel virorum cum fœminis, vel incolarum cum hospitibus, & vicissim fœminarum cum viris, & hospitum cum incolis, de qua conversatione vide eleganter & prolixè tractantem. *Thom. Sagit. dict. loc. à thesi* 299. *usque ad finem dictæ disputationis.* Inferioribus debetur auxilium & consilium, omnibus verò conjunctim concordia, quâ res parvæ crescunt, & maximæ dilabuntur, uti ait ille apud *Crespum Salust. Omne Regnum*, inquit Salvator noster *Matth.* 12. *dissidens adversus sese, vastatur, & omnis urbs aut domus dissidens adversus seipsam, non stabit.* Hanc concordiam autem subditi cum subditis conservare debent, cùm in rebus religiosis, tùm in aliis civilibus. Caveant ne seditiones aut tumultus moveant ob differentias in Religione: Si enim Princeps & Magistratus subditis debet concedere pacem Religiosam sive libertatem conscientiæ, *ut supra diximus*, quanto magis Subditus subdito. Quo pertinet admonitio Pauli ad *Rom.* 13. PACEM COLITE CUM OMNIBUS. *Igitur.*

SINT UNUM, *DOCEANT* UNUM *FATEANTUR ET* UNUM,
UNUM *QUI A* CHRISTI NOMINE *NOMEN HABENT.*

Ei soli, qui omnes tàm Imperantium quàm Obsequentium actiones ad bonum finem dirigit, sit laus & honor in omnem æternitatem.

FINIS.

DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA
DE

RATIONIBUS ET RATIONARIIS,

Vulgò

Von Rechnungen und verrechnenden Dienern.

Quam
Præsidente
JEsu Nazareno Beatore Fonteque
Vivifico nostro
EX DECRETO ET AUTHORITATE
Magnifici & Nobilissimi Jurisconsultorum Ordinis in celeberrima Argentoratensium Universitate
Solenni Eruditorum Censuræ
Ad diem 20. Mens. Maji Hor. Lque solit.
Anno M DC LXXII.
submittit

PHILIPPUS DAVID VON KIRCHEIM,
Eq. Alsat.

C. B. D.

DISSERTATIONIS JURIDICÆ
DE
RATIONIBUS ET RATIONARIIS.

Præloquium.

HIppocratis, Medicorum Principis (quo Elogio ſapientiſſimus Seneca eundem celebrat, in *Lib. de Brev. vit. c.* 1.) oraculum eſt, Ars longa, vita brevis, quod cum non in ſtudio Medicinæ duntaxat, ſed in omni ſcibili, & vel maxime in ampliſſimo Juris ſtudio locum inveniat, ut illis ipſis etiam, qui tota

tota mente, omnique animi impetu in id incumbunt, & equis velisque ad perfectam Juris ſcientiam contendunt, cum illo é Græcia ſapiente dicere fas ſit.

Γυράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος

Jure meritoque à Sacratiſſimo Imperatore noſtro Juſtiniano in Prooemio *Inſtit.* §. 3. tam docentibus quam diſcentibus præcipitur, ne quid inutile tradatur, ſed quod in ipſis rerum obtineat argumentis. *Congruit L. un. C. de dedit. Libert. tollend. & Novell.* 46. Ubi Imperator Leo contemni illa jubet, quæ ad nihil conducunt. Neque enim ſcholæ duntaxat, ſed vitæ ex ſententia Senecæ *Epiſt.* 106. *in fin.* diſcendum eſt: Unde & Ariſtippus cuidam percunctanti, quænam adoleſcenti diſcenda, bene reſpondit, quæ viris uſui futura ſunt: Quod ipſum paſſim quoque Jurisconſulti quâ Veteres, quâ Recentiores, *in L.* 25. *ff. de Liber. leg. L.* 1. *ff. ad exhibend. L.* 44. *ff. de Uſucap. L.* 6. §. 4. *ff. de Procur.* unanimiter monent, ut iis maxime Quæſtionibus operam impendamus, quæ quotidianæ, quæ neceſſariæ, quæ utiles ſunt, ſecundum Æſchylum.

Ὁ Χρήσιμ᾽ εἰδὼς ἐχ ὁ πολλ᾽ εἰδὼς σοφός.

Non qui multa, ſed qui utilia ſcit, ſapit.

Abs re itaque fore neutiquam exiſtimamus, ſi utriusque Juris Examinibus, Divina gratia non ita pridem feliciter ſuperatis â Nobiliſſimo quoque & Ampliſſimo Facultatis Juridicæ Collegio, impetrata ſine Præſide diſputandi licentia, de Rationibus & Rationariis, materia uſu quidem frequentiſſima & perneceſſaria. *Teſte Bartol. in L. inſtar n.* 10. *C. de Jure Fiſc. lib.* 10. Vix tamen, quantum mihi conſtat, â quoquam hactenus, in Academicam hanc Palæſtram (quod præfiſcini dixerim) deducta, ſolenni Eruditorum Coronæ nonnulla proponeremus. Ut vero alias rara ſunt argumenta, quæ non vel ab antiquitate fuerint diſcuſſa vel propioris ævi ſibi non vindicarit elegantius ingenium: Rarior calami gloria, quæ ſuo ſe fulciat ſuffragio: Rariſſima quæ nuſpiam impingat, vel vacillet: Neminem teneriori noſtræ ætati vitio verſurum confidimus, ſi ubi Leges defecerint, ſummorum virorum nitimur authoritatibus, in Re quippe tanti momenti, ubi fides & integritas laudibus & præmiis nunquam ſatis ornari poſſunt, contra perfidiam verò & malignitatem Jura inſurgunt

ſurgunt, & non niſi præfinitò loqui licebit. Cæterum cum in communi hac vita in quavis arte & ætate, errare, labi, decipi humanum ſit, non usque adeò, miniatulas unius vel alterius, cenſuram qui gerit ſine ſuffragio, extimeſcimus cerulas, certiſſimi, nullam tam deformem eſſe buccam, quin ſuum inveniat baſiatorem, prout Subtiliſſimus Subtilitatis Magiſter Scáliger loqui ſenamat, & viciſſim optimam quandoque ſententiam, non omnium ſapere palato: Μήτε γὰρ ζεὺς πάντας ἀνδάνει ὔθ᾽ ὕων ὔτ᾽ ἀπέχων.

Alme DEus cœptis adſis calamumque gubernes
Ut ſcribat verbo non inimica tuo.

PARS

PARS PRIMA
Continens Generalia.

CAPUT I.
De Definitione Nominali.

SECTIO I.

ORdine nihil pulchrius *L. posteaquam* 1. *in pr. ff. si tab. testam. null. extab.* nihilque præclarius & ad usum accommodatius. *Nov.* 31. *pr.* quippe qui accurate observatus, tum ad Rei de quâ agitur, cognitionem & intelligentiam imprimis conducit. *Harpr. pr. Inst. de Oblig. quæ ex delict. nasc. num.* 1. tum memoriam quæ alioquin fragilis & infirma est, nec omnia retinere potest *arg. L. peregre.* 44. *in pr. ff. de acquir. vel amitt. possess. L. si arbiter* 28. *ff. de Probat. L. Tanta.* 2. §. *si quid autem,* 14. *C. de Il. J. E. Constit. Tanta.* §. *si quid autem* 14. *de Confirm. Digestor. ad Magn. Senat.* plurimum juvat, artificio seque informat.

Idcirco

Idcirco à notatione nominis, Methodo in ſcholis uſitata, in præſentis materiei διασκέψει initium faciemus, ad ipſius Rei penetralia dein longius progreſſuri. Verborum enim prior, & Rerum potior ſemper debet eſſe interpretatio, docente non tantum Grammaticorum & Philoſophorum ſed etiam JCtorum Caterva *pr. Inſt. de Teſtam. ordin. l. Juri operam.* 1. *pr. ff. de Inſt. & Jur. l. furtum à furvo* 1. *ff. de furt. l. Ere. eſt. pr. ff. de R. C. ubi* Baldus colligit. Docentem incipere oportere, à doctrina principiorum. Nam qui vult ſcire, quid Rei, debet prius cognoſcere principia ipſius Rei, idem Bald. *in* 1. *Conſtit. Digeſt. num.* 1. Et turpe eſt loquenti proprios terminos ignorare & prius determinare, quam terminos intelligere. *Angel. in Conſtit.* 110. *incip. Sanctiſſima in princ.*

SECTIO II.

EST autem Vox Ratio à Ratu, ſupino Verbi Reor, opinor, exiſtimo, & unum ἐκ τῶν πολλαχῶς λεγομένων, quod varie hinc inde à DD. uſurpari ſolet. *Primum* enim generaliter Ratio dicitur cogitatio ejus qui retur, hinc omnis intellectio & imaginatio. *Arnob. l.* 4. *adverſ. gent. de Minerva agens: Si verum eſt quod aſſeveras, Rationem te eſſe, deſiſte tibi nomen id, quod meum eſt, vindicare. Nam quam dicis Ratio, non eſt ſpecies Nominis certa, ſed obſcurarum intelligentia cauſarum: Specialius* dicitur cogitatio conſiderata, ſeu conſulta attentio. Inde forma loquendi: *fugit me Ratio.* i. e. ſum ἀλόγιστος, ἀλογιστῶ inconſiderate ago:

Ita

Ita Gallice meſconter, Germanicè, ſich verrechnen, miſsrechnen, *Cicer. l. 2. Rhetor. ad Herenn.* Nam qui ſe propter vinum aut amorem, aut iracundiam fugiſſe Rationem dicit, is animi vitio videbitur neſciviſſe, non imprudentia. *Accipitur* 2. Pro vi illa animi qua homo â cæteris animalibus diſtat, 3. Ratio ſignificat cauſam, quæ demonſtrat verum eſſe id, quod intendimus brevi ſubjectione, & eſt certa veritatis demonſtratio. Unde rationem quærere in his quæ ad ſenſum probantur, infirmitas rationis eſt, ut pulchre dixit *Bald. in L. 1. C. de ſerv. fugit.* Ratio legis idem eſt quod mens Legis. *L. cum mulier, & ibi Barthol. ff. ſolut. matrim.* *Item* non eſt Ratio Legis inveſtiganda, ubi certa Legis liquet diſpoſitio: niſi agatur de proferenda Lege ad caſus non expreſſos; tollendaque LL. contrarietate, per optimum teſte Salomonio, textum. *in L. 2. C. de Veter. Jur. Enucl. Ita.* Ratio non minus debet movere Judicem, quam Lex: Siquidem ubi Lex non eſt, Ratio naturalis tacita quædam Lex eſt, inquit Paulus, *in l. cum Ratio 7. ff. de bon. damnat. in pr.* 4. Ratio ſumitur pro reſpectu ſeu conſideratione ejus, quod convenit Rei, ut in *l. ſi quadrupes* 1. §. *Si poſt litem* 16. *ff. Si quadrup. pauper.* apud JC. Ulpianum *in l. Clam. poſſidere 6. ff.* de *acq. vel amitt. poſſ. in pr. Nonnunquam* etiam ratio accipi ſolet, pro forma, modo, via. At ego vobis, inquit *Saluſtius*, ſi modo vultis eſſe viri, rationem oſtendam, qua tanta iſta fugiatis pericula. *Tandem* ut alias ſignificationes prætereamus, denotare etiam ſolet, ſupputationem, & uſurpatur de datis & acceptis. Sic *Plaut. in Aulul.* ſupputatur Ratio cum Argentario,

tario, *& Terent. in Phorm.* Erat ei de ratiunculis, jam pridem apud me reliquum pauxillulum num- morum. *Cicer. l.* 4. *Att. Ep.* 10. Rationes, cum aliquo putare. *Ita* Ratio poni dicitur, i. e. initi & computari *l. ex pluribus* 89. *ff. de solut. in pr.* Item Ratio accepti & expensi computata in fine. *L. emptor.* 47. *ff. de pact. l. si quis ex argentariis 6. §. Rationem.* 3. *& ibi Gothofr.* adde *Gœdd. ad l.* 55. *num.* 4. *ff. de. V. S.*

SECTIO III.

EXprimitur hoc ipsum Vocabulum, aliis étiam passim, tam in Juris nostri Legibus, quam in probatorum Authorum scriptis, nominibus, idem tamen significantibus: Ita *Calculus*, licet alias etiam pro *causæ cognitione & enumeratione* ponatur, ut in *l. Rem non novam* 12. *C. de Judic. ibique Gloss. vel pro sententia definitiva. L. Si Actor. C. de Appell. ibi. Si Actor à Curatore ordinatus, deteriorem calculum reportaverit & d. l. Rem non novam* 12. *C. de judic.* ubi dicitur antiquos Judices judicialem calculum accepisse, adde *Gothofr. ad eand. l.* 12. *in pr.* verbo. *Judicialem calculum*, & *cap. Si inter* 3. *caus.* 6. *q.* 5. Illi enim calculos seu tabellas in urnam mittebant, insignitas literis majusculis A. id est Absolvo. C. id est Condemno, vel denique N. L. Non Liquet. *Usitatius* tamen denotat Rationem, de datis & acceptis in *l. Emptor.* 47. *§. Lucius Titius* 1. *ff. de pact. & l. unic. C. de Error. Calcul.* Ita enim apud *Cicer. de* finib. legitur, *calculum subducere.* Et apud Plin. Junior. *Calculos ponere.* Die Rechnung machen, überlegen

gen und überschlagen: Item apud Cicer. ad Attic. *ad calculos reverti*: veteres enim in rationibus supputandis usi sunt calculis, prout nos hodiè utimur, numeris Arithmeticis, vel nummulis calculatoriis, Rechen-Pfenning. Appellantur & Ratiocinia in *Rubric. Cod. de Ratiociniis oper. publ. Munnoz de Escobar. Tract. de Ratiocin. Administrator*: Item Tabulæ accepti & expensi, computatio, libri Rationum Rationaria, vulgo Rechnungen: Hinc Rationarii qui Rationaria conficiunt, vel qui Rationibus præsunt, Ministri Rationum, die die Rechnung führen, verrechnete Diener, die einen verrechneten Dienst versehen. Et Ratiocinatores, alias etiam Calculatores dicti, qui subducendæ Rationis periti sunt, & in addendo deducendoque videre possunt, quæ reliqui summa fiat, Rechen-Räth, Cammer-Räth, welche die Rechnung examiniren, justificiren und abhören.

CAPUT II.

De Definitione Reali.

SECTIO I.

TRadita & explicata Definitione nominali, sequitur Definitio Realis, quæ substantiam & essentiam definiti depingit, *l. 1. ibi Bart. num. 2. de Testam. L. 1. §. 1. ff. de dol. Bald. in L. maximum vitium num. 6. C. de liber. præter. Cagnol. in L. omnis definitio n. 9. ff. de R. I.* In definiendis autem Rationibus Doctores mirum variant: Etenim *Lucas*

de Penna in L. Præcipit. 3. §. *Illud etiam* 1. *verbo Ratiociniis. C. de Canon. Largition Titul. lib.* 10. dicit, quod Ratiocinari, nihil aliud sit, quam Rationabiliter subtiliterque disputare, & à certis ad incertorum indagationem niti, quod confirmat. *Nicol. Boer. Decis.* 395. & *Vitruv. l.* 1. *cap.* 1. Unde Ratiocinator est Vir Magnus, qui de omnibus rebus naturalibus potest rationem reddere; quæ Definitio sumpta videtur κατ' ἐτυμολογίαν & exinde ad cognitionem ipsius Rei insufficiens. *Molinæ. in Consuet. Paris Tit.* 1. §. 6. *Gl.* 6. *num.* 14. actum reddendæ rationis ita explicat, dicens illum administratorem bonam rectamque rationem præstitisse, qui volumina, cautiones, instrumenta, & Apochas actus sui exhibet & tradit, rationesque legendas percontandas, ac dispungendas, offert, & quicquid reliquatum fuerit exsolvit. Quæ qualiscunque descriptio collecta esse videtur ex *text in L. cum servus.* 82. *ff. de condit. & demonstr. ibi. Incipit quidem à facto, pervenit autem ad pecunias & rursus. ibi. Itaque cum servo sub hac conditione*, &c. & fere per tot. *adde Gothofred. ibid. in notis* Prudentum ille Coriphæus *L.* 13. *§.* 3. *ff.* de Excus. Tutor. Domitius Ulpianus *in L. si quis ex Argentariis* 6. §. *Rationem* 3. *ff. de edend.* refert, Definitionem Labeonis, qui illam Rationem esse ait, quæ ultro citroque, dandi, accipiendi, obligandi, solvendique negotiationem continet, quam & approbant *Porcellin. in Tract. de Inventario cap.* 6. *num.* 14. *Volum.* 6. *Tract. Joann. Sichard. JC. Clarissimus & in alma Tubingensi Academia quondam Antecessor celeberrimus in Prælect. ad L. In bonæ fidei* 3. *C. de*

Reb.

Reb. cred. n. 33. *Wesenbec.* JCtorum Germanorum superiori seculo Princeps (ut eundem merito suo vocat Magnif. Dn. Tabor hypom. de Jure Obstagii *c.* 1. §. 3.) *in Parat. ad Cod. de Edend. n.* 5. *Eckolt. Compend. Pand. Tract. eod. Tit.* §. 12. & *C. I. A. lib.* 2. *Tit.* 73. θ. 26. *Petr. de Ferrar. form. lib. qu. agit. ut pact. serv. verb. discussis n.* 1. *Joh. Rudinger. cent.* 4. *obs.* 25. *num.* 1.

SECTIO II.

OPtime omnium Rationes definire, Nos putamus. *Socin. cons.* 149. *vers ex quibus.* Ubi profitetur, Rationes esse Instrumenta, quæ hinc inde crediti & debiti, dati & accepti commemorationem continent, qua mediante, quid reliquarum sit, ostenditur: Cui adstipulatur etiam. *Bacca de Decima Tutor. præstat. cap.* 2. *num.* 276. Quam etiam præ cæteris tanquam regulis Dialecticorum conformiorem retinere allubescit: Continet enim Genus & Differentiam, quæ in omni Definitione comprehendi debent, ut post Logicos tradit *Bartol. ad L.* 1. *ff. de Testam. Decius & Cagnol. ad L. Omnis definitio* 202. *ff. de R. I.*

CAPUT III.

De Divisione Rationum.

PRæmissis hisce justo rerum ordine desiderante Divisiones subjungendæ veniunt. *Tob. Nonius ad*

 Tit.

Tit. Instit. de Oblig. n. 1. pag. 372. Joh. Coras. lib. 1. de Juris arte c. 11. Divisiones enim animum legentis incitant, mentem intelligentis præparant, & memoriam artificiose reformant. *Gloss. in §. igitur 4. vers.* easdem Institutiones *in Proœm. Instit. & in L. quo lucidius 1. ff. de dol. mal. & met. exc.* Cum autem nec Jus nostrum, nec ejus Interpretes fere ullas nobis suppeditent; Nos *Ratione objecti* Rationaria seu Libros Rationum confici dicimus vel de *Reditibus Principis & Reipublicæ*, qui rursus *subdividi* solent, in *Generales & Speciales*: Ita tradit *Generos. Dn. à Sekendorff part. 3. cap. 4. p. 254. & 255.* in seinem teutschen Fürsten-Staat, dass eines Fürsten Rechnung, zweyerley: Erstlich die Haupt-Rechnung, welche nichts anders ist, als die Summarische und die hauptsächliche Beschreibung aller Einnahm und Aussgab im gantzen Land, welche der Rentmeister zu führen hat, und bestehet die Einnahm in solcher Rechnung nur in etlich wenig Tituln oder Rubriquen, als in dem Ertrag der Aempter, Cammer-Gütern, Land- und Tranck-Steuren, Restanten und Uberschüssen vorigen Jahrs, &c. Die werden mit der Particular-Aempter Rechnungen belegt und justificirt: uud so ist es auch mit denen Aussgaben beschaffen, damit der Lands-Fürst oder Herr sich leichtlich seines Einkommens und Ausgangs jedes Jahrs ersehen möge. Solche Rechnung soll in Beyseyn dess Land-Fürsten und etlicher Räthe examinirt und abgehört werden: Fürs ander so seynd auch Special-Rechnungen, die bestehen in eines jeden Ampts Einküafften, worinnen noch öffters andere Rationes

Spe-

Specialiſſimæ, nur als Beylagen, Summatim, e. g. die Forſt-Rechnungen, Frucht-Rechnungen, Vieh-Höff Rechnungen geführt werden. *Vel ratione ſingularis conditionis* de re ſingulari nobis propria, ut ſunt libri Rationum Societatis, Mercatorum, Campſorum &c. *Vel Ratione Adminiſtrationis* Rerum alienarum ut ſunt libri Tutorum & Curatorum, Pfleg-Vogtey Rechnungen, Inſtitorum, Præpoſitorum & hujuscemodi aliarum perſonarum. *Vel privatæ ſaltem*, Memoriæ cauſa, de vulgaribus acceptis & expenſis, ut ſunt, Calendaria, Breviaria, Diaria, Memorialia ſeu Adverſaria, & ſimilia vulgo Privat-Regiſter *l. 5. 6. & 7. C. de Probat.*

PARS SECUNDA.

Continens Specialia.

Cauſas ſcilicet, Effectus, Affinia & Diſſentanea ſeu Contraria.

CAPUT I.

De Cauſa Efficiente.

SECTIO I.

QUandoquidem ſcire ſit rem per Cauſas cognoſcere atque is dicatur

Felix, qui potuit Rerum cognoſcere cauſas.

Age nunc illas expendemus! Inter omnes autem eſt præſtantiſſima Efficiens, ut teſtatur celeberrimus *Adrian Heerbord. Diſpp. Philoſoph. Vol. 2. Diſp.* 12. *θ.* 1. Imo eadem ſola ac proprie dicta cauſa eſt, ut oſten-

ostendit *idem in sua ἐρμεν Logic. lib.* 1. *cap.* 15. *q.* 3. *num.* 2. Ab illa Ergo etiam ob rationes quas habet *Greydan. Inst. Metaph. tract.* 2. *cap.* 10. *num.* 1. in hac parte speciali ordiamur, & ex variis Ratiociniorum causis Efficientibus illustriores saltem hac vice delibabimus,

Est autem Causa Προκαταρκτικὴ, seu impulsiva Rationum partim utilitas publica, ne probationum facultas angustetur. *L. optimum* 14. *C. de contrahen. stipulat. L. Quoniam* 21. *C.* de Hæret. & Manich. contentionumque multitudo augeatur. *arg. Nov.* 73. *cap.* 9. *vers. valeat.* partim etiam oblivio, cum hominum, memoria sit admodum fluxa atque labilis. *L. si arbiter.* 28. *ff. de Probat. L. Tanta* 2. §. 13. *C. de Vet. Jur. Enucl.* ibi. *Omnium habere memoriam & penitus in nullo aberrare Divinitatis potius est, quam mortalitatis.* Quo & Cicero pro Sylla allusisse videtur, dum ait: Literæ posteritatis causa repertæ sunt, quæ oblivioni subsidio esse possunt, &c. Juxta vulgatum versiculum:

Vox emissa perit, litera scripta manet.

Adeo ut literæ semper loqui videantur. *L. Jubemus* 29. *C. de Testam. L. inter claras* 8. ibi *Scripturæ loquuntur C. de SS. Trinit. Decian. cons.* 30. *Vol.* 2. *num.* 91. *Warem. ab Erenb.* 2. *Fœder. c.* 2. *n.* 172.

SECTIO II.

C*Ausam efficientem Remotam.* Rationum sicut omnium Instrumentorum, cum Rulando de Commissar. *lib.* 5. *c.* 1. & *C. I. A. lib.* 22. *lit.* 4. *de*

fide Instr. §. 4. pr. dicimus, Jus Gentium, utpote quo inventa esse perhibentur Instrumenta, & per consequens etiam Rationes *Jerem. cap. 32. vers. 10. & 11. Exod. cap. 30. v. ult. & cap. 32. v. 16. cap. 34. v. 1.* & planissimè *Luc. 16. v. 2.* ubi Salvator noster Oeconomo seu Administratori in Evangelio sine Clausula mandat, redde rationem Dispensationis tuæ; Jure etiam naturali æquissimum esse, ut quilibet administrationis suæ rationem reddat, vix quispiam inficias iverit. *Propinqua causa est*, Jus Civile, quo ille qui aliena negotia gerit, modo de administratione constet, ad reddendam rationem compellitur. *l. 4. 6. & 9. cum LL. seqq. ff. de edend. l. 1. L. 5. eod. l. in omnibus 1. §. 3. ff. de tutel. & ration. Distrab. L. Rationes, 14. C. de admin. Tuto.* Et bene refert summus Pontifex *in cap. qualiter & quando x. de accusat.* tenentque plures DD. relati *à Rolan. Cons. 49. n. 1. Jas. consil. 4. num. 1. & 3. lib. 1. Ruin. cons. 101. n. 13. & cons. 54. num. 8. lib. 1. Paris cons. 82. num. 22. cons. 84. num. 24. & cons. 88. num. 6. lib. 1. Marsil. sing. 492. Gozad. cons. 99. in fin.* Tunc demum bene recteque aliquem in administratione versatum fuisse, si peracta finitaque administratione, librum sive Codicem Rationum, ubi accepta & data, introitus & exitus contineantur, Domino sive Principali suo reddiderit, & reliqua simul solverit.

SECTIO III.

PRoximam *autem Causam Efficientem*, hoc est, quinam Rationes conficere possunt, quod concernit,

cernit, dicimus esse omnes personas, qui aliàs contrahere, testari, in judicio stare, aliosque legitimos actus celebrare possunt, uno verbo Rationarios quibus committitur cura Redituum & pecuniarum publicarum, qui vulgo secundum cujusvis Regionis morem & stylum vocantur, Administratores, Quæstores, Cellarii, Verwalter, Schaffner, Rentmeister, Keller, Vögt, und ein jeglicher anderer dem ein verrechneter Dienst anvertrauet. Removentur ergò hic statim 1. Animalia quæ ratione carent, quæ de factis suis rationem non reddunt, *text. est singularis in cap. firmissime* 3. *§. ex eo* 15. *q.* 1. 2. Ministri non Rationarii, andere Räthe, Amptleute und Bediente, welche mit den Einnahmen und Aussgaben der Renten nichts zu thun, noch sich darzu haben bestellen lassen, quales sunt, Præfecti, Consiliarii, Judices, Satrapæ & alii Ministri, quibus negotia status, ut vulgo vocantur, vel militaria, vel administratio Justitiæ aliæve Reipublicæ partes seu munia obeunda concredita sunt, prout ejusmodi officia in Aulis Magnatum, in certas curias, Cameras seu Senatus Secretos, & Status Justitiæ, Militiæ, & Cameræ Ratiocinariæ seu Redituum distinguuntur, ex singulorum Ministrorum Instructionibus, seu literis mandati muneris dijudicanda; nec functiones istiusmodi invicem confundendæ, siquidem ut in aliis negotiis omnibus, qui sine mandato sese alienis rebus temere immiscet, culpam præstabit. *l.* 36. *ff. de R. I.* sic & de iis quæ ad functionem sibi concreditam non pertinet, aut administravit, rationem reddere compelli nequit, sed suum quæque Authorem culpa sequetur. 3. Arcentur

hic

hic omnes fere illi qui prohibentur alias Tutelam suscipere, aut Tutores fieri. *Conf. C. I. A.* 26. *Tit.* 1. θ. 10.

SECTIO IV.

COnsideremus autem paulo uberius, *Rationarios* & 1. Ut sunt constituendi. 2. Ut sunt constituti. In *Constitutione* Rationariorum, occurrunt Personæ agentes & patientes, de utrisque videndum 1. De Personis agentibus, & qui Rationarios constituere possunt, ubi sciendum omnes Principes ac Magistratus posse Rationarios assumere & constituere, qui aliorum adminiculis, in suo cuncta regendi onere sine omni exceptione indigent. Adjutoribus enim opus habet Princeps, qui & consilio & opera eundem juvare queant, nec enim sua scientia cuncta solus complecti potest, docente Aulicorum Pædagogo & Politicorum Coriphæo *Tacit. Annal.* 3. 69. 2. *& Bodin. de Rep. l.* 3. *c.* 1. *post pr. Hænon. in Disp. Polit.* 4. θ. 10. *Joh. Gerh. Decad.* 4. *quæst. Polit.* 1. DEus ipse, quo nihil est majus, sine quo nihil est omnino magnum, dum potest omnia, non tamen omnia per se agit: Natura tanquam ministra secundis rerum causis, tanquam instrumentis decretorum suorum utitur, ad conservationem, ordinem & ornatum universi, prout eleganter admodum disserit. Frideric de Marselaer *in Legat. suo Lib.* 1. *Dissert.* 1.

SECTIO

SECTIO V.

NOn tamen ſolum alienis oculis videant Principes, qui rebus ſuis bene conſulere geſtiunt, ſed habeant & ipſi ſua Rationaria & breviaria, ſeu tabulas in quas accepta & expenſa referant, imò ſua manu, quod ſedulo monent civilis Prudentiæ Magiſtri, conſcribant librum, continentem, quantæ ſint opes publicæ, quantæ Civium, ſociorumque, quot Claſſes, Provinciæ, Tributa, Vectigalia, neceſſitates & largitiones, &c. ne ſumptus cenſum ſuperet: Revideant denique in quantum fieri poteſt ipſi, Rationes aliis examinandas commiſſas, ut tanquam arbitri ipſi cognoſcant, num rationes calculo reſpondeant, & Miniſtri ulteriori Adminiſtrationi cum utilitate & commodo Domini ſubditorumque præfici poſſint, vel ſecundum Evangeliſtam, à villicatione ſint amovendi. *Luc.* 16. Quemadmodum Carolus V. Imperator legendis & conſiderandis rationibus multum temporis impendiſſe dicitur, adeo ut alii eam diligentiam, tanquam ſupervacuam & nimiam aliquando reprehenderint *Pezel. part.* 4. *Poſtill. Melanchton. p.* 461. Et Illuſtriſſimus Princeps Ludovicus Senior Haſſiæ Landgravius diligentiſſimus fuit in cognoſcendis Rationibus Quæſtorum & Miniſtrorum Rationariorum, adeò ut reditus anniverſarii etiam tenuiſſimæ Præfecturæ & ſuerint notiſſimi, libros Rationum multorum annorum ad manus ſemper habuit, ut ne de teruncio quidem ipſi verba dare potuerint. Sic & Ludovicus VII. Haſſiæ Landgravius nullum unquam rationum codicem ſubſcripſit, antequam eundem

dem nervoſe ratiocinando & ſupputando revidiſſet, *teſte Hartman. Runkel. Tract. de Princip. Vit. generoſ. Stat. ſelic.* &c. Iisdem quoque laudibus adhuc hodie effertur Sereniſſimus Princeps Saxo-Gothanus Dn. Erneſtus aliique plures. Quorum veſtigiis jure meritoque Magnates inſiſtunt, ſuos officiales quotannis, aut toties quoties tempus id poſtulat aut res, ad rationes reddendas accerſentes. *Argentorat.* 1. *Volum. Conſ.* 10. *n.* 7. cum nihil magis Principum facultates extenuet, quam rationum reddendarum neglectus, & latæ hoc ipſo aperiantur feneſtræ peculatui, & negligentiæ etiam fidiſſimorum Miniſtrorum *P. Gregor. de Republ. l.* 3. *cap.* 8. *n.* 9. *verſ. Et ob id conſulte. Heresbach. de Reipubl. Chriſtian. adminiſtr. cap.* 9. *pag.* 253. Quod ſi econtra Miniſtri Principem in tali negotio videant diligentem, ſimul & ipſi ad diligentiam excitantur, impoſſibile enim fere eſt, diligentis Domini, diligentes non eſſe vicarios *ut Ariſtot. in Oeconom. docet.* Et ſic rationarii etiam facilius in officio continebuntur, & proventuum tutior erit Adminiſtratio. Herman. Lather. *de Cenſ. lib.* 1. *c.* 15. *num.* 10. *citat.* à Bened. Carpzov. *Lib.* 5. *Tit.* 8. *Reſp. Elect.* 91. *n.* 4.

CAPUT II.

De Perſonis Patientibus, ſeu in Rationarios eligendis.

SECTIO I.

INter difficillimas boni Principis functiones omnino etiam numerari meretur, fidelium Quæſtorum

ſeu

ſeu Rationariorum inveſtigatio, atque inventio quorum hac ultima mundi ſece major eſt raritas & penuria, quam in Aſrica Cornicularum, juxta vulgatos verſiculos:

Rari quippe boni vix ſunt totidem, quot
Thebarum portæ, vel divitis oſtia Nili.

Quod ipſum innuit, ſubtiliſſimus Balſac, in Epiſtol. Veritablement, dit il, ceſt une choſe eſtrange, que les Roys & Princes puiſſent fier leurs femmes, a la vigilance d'autruy & eſtre, aſſeurez, que leur chaſteté leur ſera conſerveé & que neant moins ils ne ſçachent á qui donner, la garde de leurs threſors; Mais çeſt ſans mentir quun homme de bien, eſt d'autant plus difficile á trouver, qu'un Eunuche, que les miracles ſont plus rares, que les monſtres: Hinc videas integras fere Bibliothecas, variis illuſtrium ingeniorum ſœtibus plura, in Patientibus ſeu Perſonis in Rationarios & Miniſtros Principum eligendis, requiſita attendenda, exhibentibus, inſtructiſſimas, quorum præcipua hac vice primoribus ſaltem labris deguſtemus: Suntque vel ipſius electionis, vel eligendi: *Electionis* ſunt, ut eadem fiat. 1. Sine privato Collegarum aliorumque affectu, ſolius Reipublicæ gratia *arg. L. unic. in pr. ff. ad L. Jul. ambit.* Unde male Reipublicæ conſulere ſolent, qui nullo alio habito reſpectu, nonniſi ſanguine junctos ad tales ſunctiones promovent, aut eosdem ob id ſolum, quod aliis affinitate aut ſanguine juncti ſunt, ab iisdem excludunt. Peſſime omnium illi, qui Proxenetica futuri Miniſtri magis quam ejusdem virtutes ſpectant. Plerumque

rumque enim usu venit, ut ubi sunt venalia officia, ibi officiorum administratio quoque venum exponatur. *Wesenbec. in π. ff. de L. Jul. ambit. Mr. de la Noué.* Vir & bellica & togata virtute illustris. 4. *Disc. Polit. p. m.* 145. valde illam Galliæ consuetudinem sui temporis increpat, dum ait: *On est en partië cause, que ceux qui administrent les charges publiques en abusent, parce que pour se desdommager & recompenser, ils vendent en detail, ce qu'on leur a vendu en gros. Adde Petr. Gregor. de Republ. lib. 4. c. 5. num. 27. 28. & cap. 6. Lather. de Cens. lib. 3. c. 16. per tot.* Quo & pertinet das Amodiren der Aempter, quod pessimum Reipublicæ genus vocat. *Keller. de Offic. Jurisd. lib. 2. c. 20. fol. 527. conf. Petr. Gregor. dict. lib. 4. c. 5. n. 27. & lib. 9. c. 1.* Pulchra etiam & digna quæ hic inserantur, sunt, quæ de Electione Ministrorum habet celeberrimus JCtus Anonymus, in Consultat. de litibus abbreviandis quando ait: Vor allen Dingen ist zu Anrichtung eines beständigen guten Regiments, und dessen hoch nothwendigen nutzlichen Justitien-Wercks, als desselben Hertzens, Fundaments und Grunds, ohn welches auch kein Regiment lang bestehen kan, gar hoch nöthig, dass alle Rath-Stuben und Gerichte, als Officinæ und Werckstätte der Heil. Justitien, mit tüchtigen und genugsamen darzu qualificirten Personen besetzt und bestellt werden, und wann einer zu einem Officio und Ampt genommen werden soll, dass alsdann nicht fürnemlich darauf gesehen werde, quis sit, das ist, ob er hohen Standes und Herkommens, oder reich und guten Vermögens sey,

dass

daſs er, wie man es höflich nennet, danckbar ſeyn, und diejenige, welche ihn darzu beſördert, ſtattlich beſchencken und remuneriren könne; oder aber noch unbefreyet ſey, und mit denjenigen derer Beförderung er gewuſst, mit Schwägerſchafft verwandt werden können, oder daſs er ſonſten allbereit deroſelben Bluts-Freund oder Schwager iſt, ſondern qualis ſit, hoc eſt, daſs er nicht allein dasjenige, darzu er beſtellt und angenommen werden ſolle, gelernet und wiſſen, ſondern, daſs er auch Gottsfürchtig, und eines ehrlichen, aufrichtigen, redlichen tapfferen Gemüths ſeye, und ſolches mit ſeinem Leben, Handel und Wandel bewieſen habe, und dahero gute Hoffnung zu machen, daſs er ſolches Ampt und Dienſt, darzu er beſtellt und angenommen werden ſoll, recht und wohl verrichten, und nicht allein andern, was recht oder unrecht ſey, und ſie thun oder laſſen ſollen, ſagen oder gebieten, ſondern auch ſelber was recht iſt, thun, unrecht aber laſſen, und alſo andern mit gutem Exempel vorgehen werde. 2. Hæc Electio fiat ſine omni ob- vel ſubreptione, quod fit quando pompoſis commendationibus, etiam non raro indigniſſimus quisque, ſummos ad honores & officiorum quorumvis faſtigia extollitur & evehitur, contra quam voluit Pontifex *in c. eſtote* 120. *cauſ.* 1. *qu.* 1. *Nunquid autem ſine ambitus vitio quiſpiam munus aut officium aliquod petere poſſit, quæſtionis eſſe ſolet?* Quam & hic affirmare, nihil eſt quod nos impediat: Modo tamen verecundè officium petatur ac modeſtè, ne ſervitia Principi obtruſiſſe magis, quam obtuliſſe videatur, ut in ſimili loqui

amat Hadrianus Imperator teste *JCto in L. Necessarium 2. §. post hunc 47. vers. primus ff. de O. I.* hoc ipsum non peti sed præstare debet. *fac. c. honorantur. caus. 32. q. 2. in fin. Contzen lib. 7. Polit. c. 13.*

§. 7. Cum enim Principes petentes, quam expetitos malint, nec ista servitiorum oblatio jure improbari potest: Aliud vero dicendum de illis, & omnino à muneribus arcendos esse opinamur, qui coëmptis subdole & emendicatis per fraudes excollectis per dolos (hodieque passim celebres) suffragiis se obtrudere, & opportunè importunè per fas & nefas dignitates captare non verentur, suæ ambitioni neque metam ponentes neque modum.

SECTIO II.

REquisita eligendi consistunt in ejusdem, ut ita loquar, idoneitate & habilitate: Apud Indiæ Populos tanti fertur esse Procerum electio, ut omnes in loco publico electionique novi Consulis destinato die dicta solenniter congregentur: ubi ad dignitatem summam adspirantes ritu consueto in medium procedunt, quibus singulis per magni ponderis trabs ferenda imponitur. Qui tandem ex illis constantissimus in onere gestando perseverat, hic cum omnium applausu laurea cinctus Rex salutatur vel primarius. Quo indigitare voluerunt, docente *le Bleu de Instruct. futur. Consil. Disp. 3. cap. 14.* esse quidem aliquam generosi animi notam, magnum desiderare officium, majorem vero desiderato officio rite persungi: Maximum peroptato obtentoque officio diu præesse. Ideo nil utilius Prin-

cipi

cipi est, quam res privatas & intentionem Ministrorum probe cognoscere, ut illas & interesse privatorum à suo & salute publica secernere discat: Nam plerumque navigantes, Magnatum imitantur Ministri, qui majorem mercium quam navis qua feruntur curam habent. Probe præterea etiam respiciendum ad res & officia, quibus peragendis Ministri destinantur: Sicut enim opifices ad diversa opera, diversis utuntur instrumentis, nec facile sartor, ad discindendum pannum, forficis loco utetur bipenni, nec Carpentarius ad lignorum sectionem forfice: Ita & Princeps cujus in Status directione instrumenta sunt homines, alios ad hoc, alios ad illud reservabit officium subeundum, nec illum qui arte una polleat, ad aliam diversam, & sæpe contrariam applicet, nisi sibi dedecus illi infamiam & Reipublicæ maximum damnum irrogare velit. Ita quoque fiet, ut secundum ingeniorum modulum, summis maneant suma mediocribus mediocria, infimis infima. *Arnisæ Tract. de Subject. & Exempt. Cleric. cap.* 1. *pag.* 19. & *c.* 6. 11. 13. *p.* 185. *Hieron. ImHoff. Singular. Polit. part. alter. Rat. Stat.* 42. *pag.* 238. Et eleganter sane W. A. V. F. im Handbuch der Fürsten und Fürstlichen Beampten *c.* 8. *pag.* 137. Auch muss man die Natur und den Verstand der Menschen ansehen, welche man befördern will. Dess einen Natur ist bequemer zu Kriegs-Sachen, dess andern zu Burgerlichen Geschäfften: Der ein Schiff regieren kan, hat nicht alsobald Verstand ein Pferd zu bereiten: der ein Pferd bereiten kan, hat nicht gleich den Verstand eine Compagnie Reiter zu commandiren, und in Ordnung zu stellen; die

Menſchen ſeyn nicht allein ungleich in der Geſtalt deſs Leibs, ſondern auch in den Gemüthern, GOtt hat es alſo geordnet, daſs der eine hierzu, der ander darzu ſoll bequemer ſeyn, und einer nicht zu allen. Ex quibus error eorum tam clare patet, quam cœlo ſudo meridies, qui Miniſtrorum operam conducunt, id omnibus rebus & negotiis, ut cauſas agant, Rationibus præſint, arma ſciant, Conſtitutiones Imperii exerceant, Legatos & Oratores agant imo Medicos, Mathematicos, Opifices ſimul repræſentent, und daſs ſie zu allen Sätteln gerecht ſeyn. Italam & Hiſpanicam Nationem, Germanos hac in re longo poſt ſe intervallo relinquere, teſtantur annalium monumenta quippe quæ ingenia optime diſcernere & dijudicare novit, ad quodnam ſtudium, quis majori impetu feratur, ut in eo etiam potiſſimum ſe exerceat. Ita ſecund. *Waremund. ab Ehrenb. de fœder. p.* 68. in Italia præſtantiſſimi Juriſconſulti inveniuntur, quod plerumque, generali tamen cognitione Juris non excluſa, in certa parte & materia Juris v. g. ultimarum voluntatum, Succeſſionum, Rerum Criminalium, Contractuum, excellant. Variis negotiis diſtracti raro excellere poſſunt, cum quælibet res ac quodlibet negotium, ſi modo rite expediri, & omnibus numeris abſolutum eſſe debet, totum requirat hominem cum ſenſibus & membris omnibus. Quo etiam collimat *Vultej. in Epiſtola Theſaur. Jur. Arnold. de Reiger. præfixa.* Jam me ſchola inquit, ſuum eſſe vult, mox poſtulat forum, quin & aula quandoque me fatigat: Et paulo poſt: Non diſtrahuntur illi (*de Gallis, Italis, & Hiſpanis loquitur*) ſed nos Germani propemodum in infinita.

Spe-

Spectanda autem habilitas Personæ Eligendæ, tribus potissimum membris seu partibus: *Ætate, Doctrina, Moribus.* Ratione ætatis illud imprimis Tempus, quod maximum negotiis perficiendis subministrat robur, respiciendum est: Nec admodum senes inter negotiorum administratores vocandi, nec admodum juvenes 25. annis minores quinimò proderit aliquando Juvenes vigesimum quintum annum supergressos in Officiarios eligere, & senibus adjungere, ut rebus agendis asuescant, & prudentiam à senibus addiscant, exemplo Papirii prætextati qui ob demonstratam insignem in juvenili ætate prudentiam propius ad Curiam admissus est, cujus mentionem facit *Magnif. Dn. Tabor. Armam. Justin. p.* 190. Et hoc ipsum indicat Generos. Dn. à Sekendorff. in Addit. Dess teutschen Fürsten-Staats, dum inquit: Ein Unart ist es auch in Teutschland, dass man wolqualificirte Personen zuweilen nur um dess willen verschmähet, weil sie jung seynd, und die Praxin, wie man sagt, noch nicht haben: Andere Nationen seynd hierbey viel vernünfftiger; Ein junger Mann, der die Wissenschafft nach Nothdurfft, und herrliche natürliche Gaben hat, kan am allerbesten folgends gezogen, und zu dem gemeinen Nutzen und langwierigen stattlichen Dienstleistungen in Zeiten zubereitet werden, wann man ihn in ein Collegium zu Alten und Erfahrnen, bey Zeiten setzet, da muss er arbeiten, und sich in seinem Thun und Leben in acht nehmen lernen.

SECTIO III.

DOctrinam in illis qui Fisci vel ærarii sumptuumque publicorum rationes curare cupiunt, non tam exquisitam & elegantem, prout in aliis Ministris & Consiliariis, desiderant civilis prudentiæ Doctores, modo modica saltem & aliquali literatura instructi sint: Prudentia namque horum negotiorum rectius plerumque ex ipso rerum usu, quam ex libris & otioso studio colligitur, meliusque exercetur à quibusdam viris ad medium Janum sedentibus, quam ab ullis Philosophis. *Francisc. Balduin.* §. *sed & propter. verb. quamvis & imperiti literarum. Instit. de Excus. Tut.* Et literarum omnino rudes Rationarios esse posse, modo non sint omnino expertes negotiorum, adeò vetitum non est, quin potius Jure receptum sit, præsertim in Tutoribus, ita ut etiam *Mynsing. ad* §. *Similiter* 8. *Inst. de Excus. Tut. concludat*, Rusticos præsertim sagaces & versutos, quique rerum peritiam habent, licet literas nesciant, nihilominus Tutores & Curatores dari, neque se excusare posse.

Melius tamen interea rebus suis consulet Princeps, si hisce præferat illos, qui à teneris unguiculis animum ad Arithmeticæ præcepta applicuerunt; Quæ tanti olim habita, ut ille, qui prima ejus fundamenta Juventutem docuit, erecta in publico statua honoratus fuerit: Et hæc etiam ad exactiones, collectas, & rem monetariam facilimum parat aditum, ac mirificam in subducendis Rationibus suppeditare solet celeritatem. Lege à

Fran-

Francisco Olivario in Gallia sancita, cautum erat, ne cognitores, patroni causarum & id genus Pragmatici in Collegium Decurionum legerentur, quod illi homines in causis privatorum & judiciis obeundis occupati, atque ut plurimum rationum sumptuariarum rudes haud eadem dexteritate & parsimonia, qua mercatores, opifices aut alii similes, publicam pecuniam administrare comperiantur. *Thuanus Galliæ suæ decus l. 3. hist. p. m. 59.* Sed quicquid sit, negari non potest, laude dignos esse qui utraque tam eruditione, quam Calculi peritia corușcent, & non rem suam duntaxat sed & publicam bonis honestisque augeant rationibus.

Alterum quod commendare Rationarios & Redituum Ministros potest & debet, est studium Oeconomicum *Perer. C. de Jur. Fisc. num.* 11. Quo etiam pertinet Architectus, & Hydraulica, nec minus cognitio redituum, qui ex agris, montibus, sylvis, fluviis, & animalibus pronasci solent; ut & si navi & industrii, rebus propriis bene prospicere didicerint, & queis patriæ ac Reipublicæ salus non sit posterior domesticis commodis: Sic enim Basilius ad filium: Ministris utere iis, qui rebus propriis bene consuluerunt, recteque eas administrarunt, non autem Columnariis seu obæratis decoctoribus qui rem familiarem extra modum sumptu prodegerunt, cum enim Græcum illud adagium rarò fallat γόνυ κνήμης ἔγγιον è rarissimis quoque contingentibus esse arbitramur; ut qui proprium patrimonium imprudenter vel nequiter absorpsit, non etiam res rationesque alterius conficiat. Sic

enim Isocrates ad Demonicum infit: Qui malis artibus auxerunt rem familiarem, aut decoxerunt, non est sperandum, eos in alienis negotiis meliores fore. Suæ itaque pecuniæ pareus sit Rationarius, & publicæ seu alienæ avarus, ex omnibus siquidem lucris atque triumphis, nullum justius, nullum gloriosius est quam parsimonia: Et ita Regula Oeconomica, à Gallis mutuò accepta, hoc mebrum concludet, Tout à saison, rien sans raison emplit la Maison.

SECTIO IV.

DE Moribus autem, & aliis virtutibus Rationariorum, latus hic sese aperiet dicendi campus, si omnia ea, quæ in Politicorum libellis, de Officiariis & Principum Ministris pleno horreo traduntur, & in specie ad Rationarios quoque in plurimis bene applicari possunt, hic compilare vellemus. Sed ne justo longiores simus, verba ad compendium redigamus, cum Jacobo I. Rege Angliæ, in literis Instructionis seu monitis ad filium suum Henricum scriptis, ut Quæstores eligat honestos, diligentes, facultatibus locupletes, potentia mediocres, ut cum ad calculum revocandi sunt, justam ab iis rationem exigere possit, & sine periculo. *Lather. de cens. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 23. Cui suffragatur vir doctus æque ac generosus Ludovicus à Sekendorff in libr. de Statu Principum germanico idiomate scripto *part.* 3. *c.* 4. Von Bestellung der Fürstlichen Cammer *p. m.* 237. ubi dicit: Insgemein und bey Bestellung aller Diener zu den Cammer-Sachen, sihet die

die Fürstliche Cammer dahin, dass redliche, aufrichtige, fromme, gewissenhaffte, eingezogene, fleissige, dess Schreibens und Rechnens und der Hausshaltung erfahrne Leute bestellet werden, sonderlich aber diejenige, denen man eine ansehnliche Einkunfft vertraut, entweder begütert seyn, oder welches gebräuchlich eine gewisse Summa Gelds zur Caution in Fürstliche Rent-Cammer niderlegen, oder sonst versicheren, daran man sich auf den Fall sie untreulich oder auss Verwarlosung schädlich handelten, dess Herrschafftlichen Abgangs erholen könne. Damit sie auch desto weniger Ursach zur Untreu haben; (darzu manchen die Gelegenheit dess in Händen habenden Fürstlichen Einkommens und die Armuth verleitet) werden ihnen billich solche Besoldungen gemacht, auch ein und andere zulässige Ergetzungen und zugefällige Gebühren, von dieser oder jener Verrichtung gestattet, dass sie damit nothdürfftig hinkommen können, vornemlich aber ist die Fürstliche Cammer auf aussführliche schrifftliche Bestallung eines jeden bedacht, darinn die vornehmsten Puncten seines Ampts Verrichtung angezeigt, und er darauf würcklich veraydet, und verpflichtet, auch darneben, ein schrifftlicher Revers von ihnen genommen wird.

SECTIO V.

AN autem magis peregrini Officiarii assumendi, quam in patria nati, quæritur. Ubi si hanc quæstionem ex Jure communi decidere deberemus,

dicendum videretur, peregrinos potius officiis admovendos esse *ex Rubr. tit.* 41. *lic.* 1. *C. ut nulli patriæ suæ administratio sine permissu Principis permittatur.* & *L. ult. C. de Crim. Sacril.* Ubi ille quasi sacrilegium committere dicitur, qui gerendæ ac suscipiendæ administrationis officium, in ea Provincia ubi civis & unde oriundus est, desiderat, sanctius enim æquiusque jura redduntur, concivium aut consanguineorum favore non corrupta. *Perez. in C. dict. tit. de Crim. Sacril.* *Et in L.* 10. *C. de Assessor.* prohibetur, ne quis in Patria sua Officio Fiscalis vel Assessoris ultra menses quatuor fungatur, nisi Principis hoc gratia fiat. ut *Menoch. lib.* 5. *præsumpt.* 12. *n.* 9. scribit. Ne ex ambitione, vel gratia in suorum cognatorum gratiam, vel per calumniam quid admittat, ne vel nimia indulgentia illis parcat, vel odio veteri præter modum in illos animadvertat & sæviat. *Nec huic adversatur L.* 2. *C. de offic. Prætor.* quæ vult Prætores eos solos eligi, qui urbe domicilium habent, non ex Provinciis. Fuit enim ibi Ratio specialis, quia Prætorum Jurisdictio annua tantum, & sola tunc urbe restricta, gravis & onerosa erat, adeo ut cum eam suscipere plerique recusarent, domesticos ad eam vocare necesse fuerit. Et quod originarii exteris præferendi sint, quidam intelligi volunt de rebus ipsius Civitatis administrandis, quæ ad curam illius spectant, non quæ ad Jurisdictionem. Nam in ea exteros præferunt. *Alciat. Reg.* 1. *præsumpt.* 73. ea ratione quam supra jam dedimus motus, ne quid ex gratia & favore amicorum vel utilitate rerum, quas ibi possident, agant. *Felwinger. de Consiliar.* 75. plane

ne peregrinos removet cum Lipſio in not. *ad l.* 3. *Pol.c.*4. *n.* 5. ubi ait: ut in quam domum veſpillones veniunt, ſignum eſt funeris, ſic Reipublicæ labentis, ad quam fulciendam adhibentur peregrini, cui accedit die Käyſerliche Reſolutions-Ordnung und Abſchied Herrn Graf Edzarten zu Oſt-Frieſsland betreffend: &c. ſub dato Prag. den 13. Octobr. anno 1597. art. 20. daſs zu der Lands-Regierung und Land-Räthen eingebohrne und nicht auſsländiſche, wie die Ritter und Land-Ständ emſig bitten, gebraucht werden, halten wir darfür, ſo daſs ſolches gemeinen Recht und faſt aller Völcker Gewohnheit nach billich, wie deſſen Graf Edzart ſelbſt auch nicht in Abred iſt, und wird dardurch zwiſchen Herren und Unterthanen, viel Miſstrauen und andere Unordnung verhütet bleiben, &c.

SECTIO VI.

NOs in hoc conflictu, mediam ſententiam amplectendo dicimus. Originarios & indigenas dummodo reperiantur idonei, extraneis & alienigenis eſſe præferendos, cum mores & inſtituta Patriæ magis callere, & pro naturali in patriam amore *arg. L. qui habebat* 29. *ff. de Leg.* 3. *Vasq.* 1. *de Succeſſ.* 1. *l.* 2. *Ludov. Gomez. ad §. item Serviana Inſt. de Action. num.* 28. *majori* ſedulitate & fide adminiſtrare cenſeantur. *Qua de re nota eſt diſpoſitio Ordin. Camer. p.* 1. *tit.* 4. *§.* Und wo aber. Plures etiam in hanc ſententiam recenſet rationes & exempla ſupra laudatus *J. Lipſius in loc. alleg.* Quod ſi vero Originarii ad munera publica obeunda minus idonei

idonei fuerint, Advenis quoque in optione, primas, deferre non veremur, memores egregii illius dicti Serenissimi Saxoniæ Electoris Augusti man soll die Dienste mit Leuten, und nicht die Leute mit Diensten versehen. Sic olim Otto Grünwald Vir genere & prudentia egregie Nobilis Serenissimo Electori Palatino Friderico IV. à Consiliis, alicui monenti: Man solte die Land-Kinder vor andern befördern, satis lepide respondit: Mein Gnädigster Herr hat keiner Kinder vonnöthen sondern Männer, ut refert *Zincgref. in apophtegm. pag.* 164. *&* 200. quorsum etiam inclinare videtur *Mysing. cent.* 4. *obs.* 30. in verbis, *dummodo ibi reperiri possint idonei.* Virtus enim & fidelitas tunc peregrinos faciunt naturales.

SECTIO VII.

PRæterea, cum nemo propriis stipendiis militare cogatur. c. cum ex officii §. Nos igitur. in fin. de rescript. & in cap. cum sit Romana *x* de Simonia *can. jam nunc.* §. *fin.* 28. *q.* 1. & Labor omnis, optet. præmium ac operarius dignus sit mercede sua *cap. quicunque* 4. 12. *quæst.* 2. *cap. Cum secundum.* 16. *x. de præbend. Gloss. in cap. fin. Verb. laborem* 7. *q.* 1. *& cap. charitatem* 12. *q.* 12. *Pacian. consil.* 153. *num.* 27. *Gail.* 1. *obs.* 151. *num.* 10. de honestis, quibuscunque etiam administratoribus, annuis salariis providendum est, quibus contenti donis inhiandi occasio iis præripiatur. *Ossa in consil. Polit. Juridic. cap.* 6. *pag.* 82. *& cap.* 8. *pag.* 100. *Myns. in præf. cent. obs. Cameral. præfixa.* nec male suada paupertate

tate preſſi, cum equite illo aulico, paulo ante diminutionem ſalarii paſſo, (qui ob negligentiam increpanti reſpondit. Er wiſſe wol wie er um 12. fl. dienen ſolle,) leviori brachio commiſſa negotia tractent juxta germanicum illud adagium, küpffern Geld, küpffere Seelmeſs. Quod bene perpendit Sereniſſimus Comes Palatinus, Johannes Senior Dux Bipontinus, qui ubi ſermo de conſtituendis ſalariis inciderat, dicere eſt ſolitus: Wir wollen, daſs unſern Dienern ſolche Beſoldungen gereichet werden, davon ſie ſich ehrlich auſsbringen können, daſs ſie nicht zu ſtehlen, und unſere Unterthanen auſszuſaugen, oder andere ungebührliche Mittel vor die Hand zu nehmen veranlaſst werden. Vide ſis *Zengref. in Apophtegm. pag.* 129. & 347.

SECTIO VIII.

ET hæc Salaria Miniſtris ex propriis bonis & reditibus Dominorum ſunt conſtituenda, quia alias magna exinde incommoda ſubditis obvenire poſſent: unde communiter improbari ſolet, da man den Amptsleuten zu fleiſſiger Einbringung der Straff, Frevel und Buſſen certam partem überlaſſet: weil ſie alsdann nicht eben der Fleiſs, ſondern die eigene Begierd ihren Vortheil zu haben treiben thut. *Speidel. in Specul. Jurid. Polit. Hiſtor. Voc.* Beſoldung, Beſtallung. Non tantam autem Adminiſtratoribus, ſed & iisdem ante annum completum mortuis eorundem heredibus, ejus anni quo deceſſerunt, integra Salaria præſtanda ſunt. *Rauchb. part.* 1. *quæſt.* 25. *Rosbach. Prax. Civil. Tit.* 7. *num.* 31. *Treutl.*

Vol.

Vol. 1. *Disp.* 8. *θ.* 3. *Lit. C. Petr. Ærod. Rer. judic. tit.* 9. *lib.* 4. *c.* 4. *Arumæ. Disp. ad Leges præcipuas.* 5. *θ.* 7. *Carpzov. Jurispr. For. part.* 2. *cap.* 5. *def.* 10. *num.* 1. *ibique alleg.* Sic & pecunia itineris causa recenti Consiliario donata, debetur si consiliarius antequam iter ingrediatur, decesserit. *Jacob. Schultes. Pract. quæst. lib.* 1. *quæst.* 4. Multa & Ministri ratione salarii habent privilegia, ut videre est apud *Wesenbec. ad tit. ff. de Privil. Cred.* 11. 5. *Berlich. part.* 1. *conclus. Pract.* 64. *num.* 65. 66. 67. & *mult.* seqq. *Hartm. Pist. lib.* 1. *quæst.* 8. adeo ut etiam in Camera citationes concedantur ad videndum exigi Salarium. *Ex Memor. de ann.* 1559. §. *den Procuratorem* 12. *Gylmann. in Symphorem. Supplicat.* 1. *Mynsing. cent.* 3. *obs.* 7. nec attendantur exceptiones diu non præstiti patrocinii, laboris exigui, &c. *Gylmann. cit. loc.*

SECTIO IX.

HOc ergo modo constituti & electi si fuerint fidi & pii rationarii, diligentes sese in Sparta, quam ornare jussi sunt, exhibeant, & ante omnia fines non tantum circa mandatum, sed etiam circa omnes qualitates mandati observent, *c. cum venissent.* 3. *ubi Bald. de eo qui mittit in possess. C. Pisanis ubi idem Bald. n.* 3. *de restitut. Spoliat. Dec. Cons.* 493. *n.* 9. *vers. Et non solum. Paris. Consil.* 47. *n.* 42. & 43. *lib.* 1. Fines autem mandati in tantum sunt servandi, ut si excedat officialis, non obliget Dominum, nec illi præjudicet. *l.* 3. *ff. Mand. Ang. Cons.* 388. Cardinal Tuschus *lit. M. concl.* 39. *n.* 55. Videant etiam præprimis,

primis, ne nimiis exactionibus, & novis collectandi modis, ſubditos gravare ſtudeant, perſuadentes Principi, ſine damno & injuria tributa tributis cumulari: Sed cum Tiberio Imperatore, tondere pecus malint quam deglubere. Suada hic, non violentia utendum & ſervata moderatione impetranda potius eſſe à civibus ſubſidia quam imperanda cenſemus. cum Joh. Matthia 1. *de Contribut. c.* 3. *n.* 261.

SECTIO X.

PUras inſuper manus ab Avaritia & Philodoria alienas habento, nec pecunia aut lucro ſe ineſcari patiuntor quo magis vel minus quid ex officio ſuo faciant, vel non faciant, avaritia enim & juſtitia in homine non facile habent concordiam *Nov.* 8. *præf. &* §. 1. Fulgos. *conſil.* 6. *in fin. l.* 33. *pr. C. de inoff. Teſt. cap. ſicut* 8. *Diſtinct.* 47. *cap. avaritiæ.* 5. *de Elect. in* 6*to.* &c. de quibus & aliis ſingulis qualitatibus aut virtutibus Miniſtrorum ſ. Officiariorum crateres qui ſitit majores, præter jam alleg. adeat ſi lubet, *Lipſ. L.* 3. *Polit. c.* 4. *per tot.* Fridericus Fur. *Idea Conſiliar.* Magnif. Dn. Tabor *in Comment. ad L.* 19. *C. de Teſtam. c.* 5. *θ.* 4. Arniſ. *Doctr. Polit. l.* 1. *c.* 14. Bodin. *de Republ. l.* 3. *c.* 1. §. *Principio Senatum &* §§. *ſqq. p.* 372. *usque* 379. Magnif. Dn. Bœcler. Fautorem ac Patronum meum, æterno obſervantiæ cultu proſequendum. *Muſæ-Modeſtin. p.* 67. *usque ad* 79. *incluſive*, idem *Dedicat. Commentar. ad lib.* 1. Grotii *de I. B. & P.* Philipp. Honor. *Prudent. Polit. part.* 1. *p.* 439. *usque* 443.

idem

idem *d. part.* 1. *de Belgicis Provinciis*, *p.* 223. *& seq.* idem de Regno Galliæ *p.* 166. Rutger. Ruland. *de Commissar. & Commission. part.* 1. *l.* 1. *c.* 6. 7. 8. 9. *& seqq. usque ad* 28. *inclusive*, Frisowiz. *de præcipuis Consiliariorum requisitis* Pacif. à Lapide *Consiliar. secundum praxin hodiernam*, Michael Meyer *in discurs. wie man junge von Adel auferziehen soll.* passim. &c.

SECTIO XI.

NUnc ut ad ea unde nonnihil digressi sumus, redeamus; sciendum est quod regulariter omnis Administrator, sive voluntarius, sive necessarius à Lege, Judice, vel alio quovis homine constitutus, rationem suæ administrationis, ei cujus interest, reddere teneatur. *Dambauder. Tract. de Tutor. & Curator. fol.* 66. *n.* 17. *Petr. Frider. Mindan. de Mand. lib.* 2. *c.* 49. *in pr.* Et (1.) quidem cunctis hominibus de verbis & factis omnibus, ratio Deo reddenda est. *Matth.* 12. *vers.* 36. 18. 23. *Rom.* 14. *vers.* 12. 2. *Corinth.* 5. *vers.* 10. *cap. firmissima* §. *Ex eo* 15. *q.* 1. *verb. otios. cap. quoties* 21. 22. *q.* 5. de negligenter Commissis *cap. quandoque* 23. *q.* 4. *inferiores* Superioribus de cura commissa, *cap. Sanc.* 16. *q.* 2. Sic Rationem gravem exigit Deus à Principibus Secularibus & Prælatis Ecclesiasticis. cap. Princeps 23. *q.* 5. (2.) Rationes reddere tenentur Tutores & Curatores §. 3. *Inst. de Attil. Tutor. L. in omnibus* 1. §. *officio* 3. *ff. de Tutel. & Ration. distrah. L. Rationes.* 14. *& L. adversus* 2. *C. de Admin. Tut. L. actus sui.* 19. *ff. eod. C. I. A. de admin. & peric. tut. Rebuff. in L. Boves.* 89. §. *hoc sermone* 1. *vers.*

ad

ad primum ff. de V.S. Non ſolum autem Tutores, ſed etiam heredes eorum obligati, ad rationem reddendam. *Rom. conſil.* 413. *in princ. Schurff. conſil.* 63. *l.* 1. §. 16. *ff. de Tutel. & ration. diſtrah. L.* 12. *C. arbitr. Tut. l.* 2. 3. 4. *C. de hered. Tutor. Perez. ad d. Tit. C. de hered. Tut.* Et quod etiam Tutor honorarius, qui ſuperintendit aliorum adminiſtrationi, rationem reddere, vel aliorum rationi aſſiſtere debeat, tenet *Porcellin. in Tract. de inventario, c.* 1. *n.* 5. *Jodoc. Dambauder. de Tutor. fol.* 66. *n.* 32. *ubi &* honorarios de mala adminiſtratione aliorum teneri aſſerit. *adde Dn. Dr. Lauterbach. Diſſert. de Honorar. Tutor. c.* 3. *θ.* 30. *&* 31. *Excipiuntur* tamen ab hac Regula Tutores perſonarum Illuſtrium, in qua Tutela multa ſingularia continentur: Vid. *Parlador. rer. quotidian.* 1. c. 12. *Primo* enim raro confici ſolet inventarium. *Crot. conſ.* 131. facti contingentia *num.* 51. *Secundo* werden Regiments oder Vormunds-Rath beſtellt, welche alles adminiſtriren. Wann auch nachgehends ein ſolcher Tutor oder Adminiſtrator von der Adminiſtration abtretten thut, darff ſelbiger nicht Rechnung erſtatten, ſondern weiſst den geweſenen Fürſtlichen oder Gräflichen Pupillen auf die Amptleut und ſelbiger Rechnung. *Andr. Cleſſen. de Tutel. lit. C. & ſeqq.* von Vormundſchafft der Fürſten über ihre Kinder, *Mercure François. Tom.* 13. *f.* 520. &c.

SECTIO XII.

NEque tamen etiam Negotiorum geſtores à redditione Rationis immunes ſunt, *L. contra* 2. *C. de negot. geſt. Deciſ. Genuenſ.* 1. 26. *n.* 9. *&* 163. *n.* 1.

Præterea & Socius administrans, Socium non administrantem, & vice versa ad rationes reddendas, jure vocare potest, ut respondit Menoch. *Lib. 2. de arbitr. cas.* 209. *Jas. cons.* 4. *n.* 1. *Decis. Genuens.* 39. *n.* 3. *&* 173. *n.* 5. *Socin. cons.* 37. *per tot.* Ita & Hospitalarii sive Orphanotrophi & Executores Testamenti rationem reddunt, ut vult *Molinæ. in consuet. Paris. Tit.* 1. §. *6. Gl.* 6. *n.* 5. *Imo* Factores ex aliorum Administratorum mandato negotia gerentes, Domino rationem reddere teneri putat, *Barbatia consil. ult. dub.* 4. *vol.* 3. Et hujus redditionis favor tantus est, ut si quis vendiderit servum, qui nondum administrationis rationem præstitit, possit eundem ab Emptore pro eodem pretio evincere, & ad rationes reddendas cogere, *L. interdum* 16. *ff. de Public. & vectig.* Item capitulum gerens negotia Episcopatus, sede vacante ad reddendam rationem potest adstringi. *Rube cons.* 131. *num.* 13. quem refert & sequitur *Menoch. lib. 2. de arbitr. cas.* 209. *n.* 8. Archidiaconus etiam & quilibet alius Prælatus inferior, qui Ecclesias sibi subditas visitavit, rationem visitationis ordinario reddit, & integra visitationis acta exhibet, *ut in Concil. Trident. Sess.* 14. *c.* 3. *versic. Visitatores etiam.* Et an Parochus sive vicarius Ecclesiæ Patrono rationem reddere debeat, ponit late *Rebuff. in Tract. congruæ portionis n.* 40. *c.* 6. *& seqq.* Num nam Civitates etiam, Principi suo singulis annis rationes reddere teneantur, decidit. Henning Göden *Consil.* 31. ubi dicit: Neque Imperatori, neque cæteris Principibus jus esse, â suis Civitatibus sibi immediate subjectis, super rebus ad Civitatem pertinentibus computum seu rationes

tiones exigere: Quod tamen univerſaliter non procedit, & Praxis multis in locis contrarium obſervare conſuevit: Intereſt enim Principis habere ſubditos locupletes, & aliqualem notitiam, quomodo redditus illorum adminiſtrentur, Reſpublica enim ſeu Civitas ſe habet ut Pupillus ſeu Minor, qui uti ſubjectis Curatori, ita Civitas Principi ſuo. *Vid. inter Conſil. Marpurg. incip. Vol.* 1. *Conſil.* 7. *n.* 5. 6. *& ſeqq.*

SECTIO XIII.

FRater qui communia bona pro indiviſo adminiſtravit, aliis quoque fratribus ad reddendas rationes eſt obligatus, *Abbas conſ.* 12. *n.* 5. *Socin. Senior Conſ.* 23. 1. *Columm.* 1. *Decius conſil.* 25. *Juan. Garcia de Expenſ. cap.* 20. *n.* 22. *Aymon. conſil.* 159. *n.* 6. *Marſil. ſingul.* 193. *Berlich. par.* 2. *Deciſ.* 295. *num.* 12. 13. *&* 14. *Cravett. conſ.* 349. *num.* 10. *D. Lauterbach. in Tract. de ſingul. Fratr. Jur. part.* 2. *membr.* 1. §. 17. *Weſenb. conſ.* 3. *num.* 47. *& conſ.* 133. *n.* 52. *Bened. Carpz. lib.* 6. *Reſponſ. Elect.* 65. *n.* 10. Ut & heres legatariis ſive Creditoribus defuncti, cui ſucceſſit. *Roland. conſil.* 49. *n.* 9. *Molinæ. de Hiſpan. Primogen. lib.* 1. *c.* 28. *verſ. in ſecunda ſpecie Bart. in L.* 1. *Cum tale* §. *Titius n.* 2. *ff. de condit. & demonſtr.* Et uxor quæ mortuo marito, in retentione bonorum manſit, Creditoribus & aliis quibus intereſt ut aſſerit *Ajora de Partit. num.* 8. *&* 9. Et Procurator ad lites aliquando Domino litis, rationem reddunt. *L. qui proprio* 46. §. *Procurator* 4. *& ibi Gothofr.* Creditor qui bona debitoris poſſedit ex cauſa judicati, aliquando rationem reddere debitori eſt obnoxius ut in *L. Prætor. ait* 9. *ff. de reb. author.*

judic. possid. quem textum ad hoc refert *Molinæ in consuetud. Paris. Tit.* 1. *Gloss.* 7. *n.* 12. *Decis. Genuens.* 4. *n.* 1. & 2. Hoc tamen verum intelligit Molinæ. ibi. quando Creditor sua propria authoritate bona sui debitoris occupavit, secus autem, ubi bona authoritate Judicis possedisset, qui eo casu rationem præstare non compelleretur: & alii quam multi rationem reddere tenentur, quos recenset Munnoz. de Escobar. *Tract. de Ratiocin. Administr. c.* 3. & *Petr. Frider. Mindan. de Mand. l.* 2. *c.* 49. §. 2. 3. & *seqq. Menoch. de arbitr. Judic. lib.* 2. *cas.* 209.

SECTIO XIV.

ELeganter hic jam quæritur: Utrum Patris & Matris bona filii dispensantium, sit rationes reddere? Ubi in diversas Authores rapiuntur sententias, de Matre affirmativam tenent. *Sozadin. consil.* 99. *in fin. Dec. Cons.* 349. *n.* 10. *Boer. Decis.* 71. Pro patre similiter & quidem fortius quam pro Matre militant. *Menoch. de arbitr. Judic. cas.* 209. *num.* 7. *per L. litis contestatæ* 37. §. *pater* 2. *ubi Bartol. ff. de negot. gest.* & *per DD. citatos, à Roland. cons.* 49. *n.* 13. & *Boer. Decis.* 61. *Belon. Cons.* 24. *n.* 5. *Cravet. cons.* 218. idemque affirmare intelligitur Speculator, dum Patrem teneri ait, de bonis filii inventarium conficere. §. *fin. vers.* quid de patre, *tit. de instr. edit.* Nos tamen salva horum doctissimorum virorum Authoritate, cum *Dn. Carpzov. I. F. S. Part.* 2. *const.* 10. *Defin.* 9. *Richter. part.* 1. *Decis.* 58. *num.* 26. & *Paul. Montan. de Jure Tutel. c.* 32. *n.* 89. & *seqq. Mynsing. cent.* 2. *obs.* 93. *num.* 5. Negantium castra sequimur. Præterquam enim quod reveren-

tia paterna, excuſet Patrem ab ejusmodi onere reddendæ rationis, tollatque ſuſpicionem fraudis, de Parentum enim conſilio optime Jura ſemper præſumuntur, *l. 7. C. de curat. furioſ. L. 8. §. 3. ff.* quod *met. cauſ. L. nec in ea 22. §. ult. ff. ad L. Jul. de adult. L. Si pater 4. C. de Sponſ. Pariſ. conſ. 106. n. 47. Volum. 4. Cravett. conſ. 1. n. 2. vol. 1.* ita quoque Leges ipſæ talem in patre fiduciam collocant, ut eundem à redditione rationum & cæteris per extraneos quoscunque uſufructuarios præſtandis oneribus liberandum exiſtimaverint. *L. cum non ſolum 8. Sin autem 4. L. Cum oportet 6. §. non autem 2. C. de bon. quæ liber. D. Perez. ad C. eod. tit. num. 10. & 11. Pac. in Analyſ. C. eod.* Quam tamen Negativam cum Mica ſalis & cum illa accipiendam eſſe volumus limitatione, ut procedat in iis ſaltem bonis adventitiis regularibus, in quibus pater uſumfructum habet, à quibus cum ſint immunia atque libera, bona caſtrenſia vel quaſi caſtrenſia *text. d. L. cum oportet. 6. §. non autem 2. & ſeq. C. de bon. quæ liber.* de horum ſane adminiſtratione ratio edenda peti â Parente poteſt. *Bart. L. Litis 37. §. fin. ff. de edend.* ubi ait de facto ſe vidiſſe, quod Pater filio de adminiſtratione præbendæ rationem reddere fuerit compulſus, cum præbendæ, locum habeant, peculii caſtrenſis *L. Sacroſanctæ. 34. C. de Epiſcop. & Cleric. Weſenb. conſ. 86. n. 8. Cravett. conſ. 218. n. 3. Montan. de Tutel. c. 38. n. 113.* Limita inſuper hanc ſententiam, ut Pater etiam cogi poſſit, ad rationes reddendas de bonis, filii ſi ſit perverſæ converſationis, vel quando periculum eſt diſſipationis. *Sæpe alleg. §. non autem, Mynſing. cent. 2. obſ. 93. n. 7.* Qua ratione dotem, bonaque

bonaque uxoris primi Mattimonii filiis ejusdem omnino relinquere & conservare Pater tenetur, ratione substantiæ & quantitatis, non obstante, quem in iis habet, usufructu. *Nov. 22. cap. 29. cum seqq. text. ex pr. in L. si quis prioris. & §. fin. C. de Secund. nupt.* ubi ait Justinianus Imperator, Patrem filiis in sua potestate constitutis, maternam substantiam, vel ex materna linea ad eam devolutam servare omnino compelli, ita ut etiam filiis bona parentis pro conservandis rebus maternis sint supposita. Novell. 98. passim. Licet enim Pater habeat potestatem administrandorum bonorum filii in sacris suis constituti; tamen hoc saltem accipi debet de Usufructu, non vero de ipsa bonorum substantia, cujus alienatio ipsi plane prohibita *d. §. non autem 2. C. de bon. quæ liber.* hinc de rebus ipsis rationem nihilominus reddet, quamvis de usufructu non teneatur, utpote cujus liberrimam alienandi facultatem habet, *l. 6. §. 2. C. de bon. quæ liber. Nov. 22. cap. 20.* David Dörning *in Biblioth. J. C. voc. Administrator. num. 87. Tusch. concl. 211. num. 5.*

SECTIO XV.

QUæritur porro: Si Dominus illis, quos in Administratores invita elegit, & necessitatem reddendæ rationis remisit, an ex tali remissione Administratores â reddenda ratione seu reliquorum solutione liberentur? Et negativa Juri magis consentanea videtur. Cum enim jus reddendæ rationis favore publico sit introductum, privatorum pactionibus remitti nequit. *cap. Si diligenti 12. x. de*

For.

For. compet. L.2. §.4. Ce de Juram. Calumn. Et necessitatem reddendæ rationis Administratori minimè remitti posse volunt, *Covarruv. lib.2. Variar. resol. cap.* 14. *Dambauder de Tutor. cap.* 3. *num.* 27. *Ruin. cons.* 54. *num.* 12. *Michael Grassus recept. sentent.* §. *Legatum quæst.* 40. *n.* 7. *Moller. semestr. lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 9. *Paul. Montan. de Tutel. cap.* 38. *num.* 46. *Johann. Francisc. Balthasar. ad Jus Bavar. part.* 1. *tit.* 5. *Resol.* 8. *n.* 12. Hoc tamen prædicta remissio operabitur, ut licet abactione in rem & reliquorum restitutione, dolo vel lata culpa administrator non liberetur, tamen si negligenter gessit, scrupulosa nimisque curiosa inquisitio non fiat, ut eleganter hanc quæstionem hanc decidit. *Marcian. in L. Si servus vetitus* 119. *ff. de L.* 1. *Salic. in L. cum necessitatem.* 18. *C. de Fideicom. Covaruv. in dict. cap.* 14. *num.* 1. Et ita fere sentiunt omnes DD. *Cravettan. cons.* 193. *num.* 9. *Barthol. Socin. vol.* 2. *Consil.* 201. *in princ. Ludov. Bell. in Cons.* 114. *Jacob Schultes ad Modestin. Pistor. quæst.* 126. *num.* 74. *Georg. Adam Struve in Syntagm. lib.* 31. *tit.* 7. *n.* 36. *Matth. Berlich. part.* 2. *Conclus.* 12. *num.* 22. *Hector Felicius de Societat. cap.* 20. *num.* 10. & *cap.* 37. *num.* 36. & *seqq. Francisc. Niger. Cyriac. controv. for.* 73. *n.* 20. & *sqq. Mascard. de Probat. Conclus.* 1252. *num.* 14. Quæ sententia in tantum vera est, ut etiam si Testator aut Dominus remittat Administratori, per hæc verba generalia: *Volo Administratorem meum non posse cogi ad rationes, nec quovis modo vexari, vel inquietari*, illa verba tantum referri debeant ad vexationem, & inquietationem injustam & malitiosam, non vero ad justam & legi-

legitimam vexationem, pro reliquis in potestate Administratoris existentibus. *Bald. in L.* 1. *C. de his quæ pœn. nomi. Baec. de Decima. cap.* 2. *n.* 160. *Covarr. lib.* 2. *variar. resol. c.* 14. *n.* 1. *Anton. Gomez lib.* 1. *variar. Resol. cap.* 2. *num.* 82. *Crassus de Succession.* §. *Legatum.*

SECTIO XVI.

Affinis priori quæstioni est illa, qua quæritur: An si à Domino promissum fuit Administratori, quod in rationibus, simplici ejus dicto fidem præstare velit, Libri confectio ex dictis verbis illi remissa videatur? Quod similiter negamus. Cum enim confectio Libri rationum sit de substantia actus administratorii *L.* 1. §. 3. *ff.* de Tut. & Ration. distrah. *ibi Officio Tutoris* incumbit, rationes actus sui conficere. Et ea, quæ sunt substantialia Contractus, pacto contrahentium remitti non possunt. *ut in l. pacta conventa* 72. *ff. de contrah. Empt. L. Cum manu sata* 80. *ff. eod. tenet Alciat. in Titul. de eo quod interest n.* 1. *cap.* 15. Ex prædictis verbis non censetur liberatus Administrator, à Confectione libri rationum. Textus ad hoc est singularis *in L. fin.* §. 1. *ff. de liber. leg.* ubi Legatum liberationis à reddenda ratione, non facit quem desinere teneri ad reddendum libros rationum. Et quod per dicta verba, non intelligatur remissa libri confectio, dicit *Ruin. consil.* 54. *num.* 14. *volum.* 1. ubi statuit, verba illa habere eandem interpretationem, quam habet simplex liberatio à reddenda ratione administrationis, hoc est, ut non oneretur ita stricte ratione negligentiæ in rebus administrandis, cui subscribit *Plo-*

tus

tus in Tract. de in Litem jur. num. 194. *in major. impress.* quod in tantum verum esse vult, ut etiam si interponatur juramentum, de stando simplici dicto Administratoris adhuc non excusabitur ab exhibitione libri rationum, quia juramentum debet intelligi secundum naturam actus super quo interponitur. *l. fin. C. de non numer. pecun. Gutierez de Juramento confirmatorio Part.* 1. *cap.* 37. *num.* 2. & 3. & *cap.* 43. *num.* 2. Quod autem remissio libri rationis sit actus prohibitus, ὀφθαλμοφανερῶς patet, cum ex eo daretur Administratori occasio fraudandi & dolose agendi, in futura administratione, unde cum dolus futurus non remitti non possit, etiam juramento interposito, pactum quo remittitur, infirmatur. *Ruin. cons.* 54. *n.* 14. Et ita concludit Plot. *Loc. supr. cit. n.* 749. ubi dicit: quod sub hoc pacto de stando simplici dicto Administratoris solum censeatur Administrator liberatus à scrupulosa inquisitione & à culpa levissima sive levi, sed non censeatur liberatus à culpa lata, nec à dolo vero vel etiam præsumpto, & ideo si librum rationis non exhibeat, adversus illum in litem jurari possit, non obstante dicta promissione jurata. *add. Bart. Cons.* 168. *num.* 4. *Carol. Molinæ. ad Consuetud. Paris. Gl.* 6. §. 6. *num.* 21.

SECTIO XVII.

DE eo magis contentionis serram reciprocant DD. Si Dominus per 30. annorum spatium nihil dixerit an nihilominus Administrator ad reddendam rationem teneatur, nec prætextu aut exceptione

Præscriptionis liberari possit? Id quod negat *Glossa in L. si pupillus, verbo tempore liberatur ff. de admin. tut. L. 1. §. ad hæc C. de annal. except.* Ubi tempore 30. annorum cuilibet actioni præscribitur. Et in tantum hoc verum esse dicit *Bart. in L. Servitus §. si viam n. 2. ff. de Usucap.* ut in hac actione præscribenda, præter non petentis negligentiam, bona fide non sit opus. Sed quia nulla præscriptio absque bona fide valet, per ea quæ habet Magnif. D. Rebhan. Patronus atque Præceptor meus immortali obsequio colendus *in Hodoget. suo Jur. Chart. 2. Clim. 2. θ. 24.* & communiter DD. secundum hanc Bartoli opinionem judicare non adeo tutum esse arbitramur cum *Munnoz. de Escobar. Tract. de Ratiocin. Administrat. c. 5. n. 26. & seqq. Rota Genuens. Decis. 20. n. 12. & 13. & 203. n. 4. & 5. Anton. Faber in Cod. lib 7. tit. 13. Defin. 10. num. 1.*

CAPUT III.

De Actionibus quibus Rationarii conveniendi, eorumque Administratione ac Periculo.

SECTIO I.

HActenus autem sua serie enumerati ad Rationes reddendas compelli possunt, vel ex certa in Jure nostro prodita actione, vel ex generali Titulo *ff. de edend.* aut utili in factum actione *l. quædam 9. ff. de edend.* Tutor & Curator Rationem reddunt ex actione Tutelæ aut Curæ, *tot. tit. ff. de Tutel.*

Tutel. & Ration. distrah. L. adversus. 2. L. Rationes 14. C. de admin. Tut. Socius ex actione pro socio. *tot. tit. ff. pro socio.* Procurator ex actione mandati. *l. 9. ff. de edend. & tot. tit. ff. Mand.* Gestor actione Negotiorum gestorum. *tot. tit. ff. de Negot. gest.* Reliquos Prætor ut plurimum ex æquitate reddere rationes jubet: Sic argentarius singulorum, à quibus pecuniam fœnerandam accipit, rationes conficere & edere tenetur, *L. 4. 6. 8. & L. seq.* Nummularius *l. 10. ff. de edend.* Vocatur hæc Actio Prætoria in factum, quæ datur ei, qui edi postulavit, ejusque heredi. *L. 9. §. 3. 4. L. 6. §. 2. 4. 5. L. 4. §. 1. ff. de edend.* Datur in eum qui edere jussus est, non etiam in ejus heredem, nisi ex suo facto. *L. ult. ff. de edend.* Datur ad id quod petentis Rationes interfuit, tum cum Prætor decerneret eas edi, neque in plus, neque in minus. *L. 6. §. 4. l. 8. §. 1. L. 10. §. ult. ff. de edend.* intra spatium unius anni. *L. ult. ff. eod.* De natura aliarum actionum, utputa, Tutelæ, Negotiorum gestorum, Mandati pro socio. *vid. Wesemb. in Parat. ff. ad dict. tit. & C. I. A. dict. tit.*

SECTIO II.

SIgnanter autem diximus Actionem istam Prætoriam, dari ad id quod interest, extendentes hoc ipsum merito & ad alias actiones supra nominatas, ut proinde quilibet Rationarius teneatur, ad omnia ea præstanda quæ ratione Contractus vel quasi contractus ante administrationem initi præstare promisit, & tenetur regulariter ad damna dolo, lata vel

levi

levi culpa illata, *Genuens. Decis.* 80. *num* 4. *Socin: cons.* 2. *n.* 10. *lib.* 1. *Aymon. cons.* 132. Ita Tutor vel Curator, quando pecuniam sui pupilli vel minoris accipit, illam in emptionem prædiorum, vel annuorum redituum collocare debet. Quod si id, animo in proprios suos usus convertendi, vel eam otiosam habendi, intermiserit, in usuras & interesse condemnatur *in L. Tutor.* 7. §. 4. 5. 6. *ff. de admin. tut.* & *L. Si tutor. constitutus* 15. *ff. eod.* ubi cautum est, ut si tutor pecuniam pupillarem intra sex proximos menses; à die sibi delatæ administrationis, non collocaverit, ipse debitam pecuniam cum usuris quas non fœneravit, præstet, idque communiter DD. defendunt. *in d. L. Tutor. qui repertorium* 7. §. *Si post depositionem* 3. *ff. de admin.* & *peric. Tut. Bart. Paul.* & *Alex. in L. Divus. Severus* 89. *ff. ad L. Falcid. Salic. in auth. novissime C. de admin. Tut.* & *plures relati à Covarruv. L.* 3. *var. Resol. cap.* 2. *num.* 1. *Bœca. in Tract. de decima. Tutor. c.* 2. *num.* 92. *Plotus in Repet. l. si quando num.* 217. *C. unde vi.* An autem Tutor pecuniam pupillarem cambio dare possit, controvertitur inter DD. & videtur prima facie, quod non *per text. in auth. Novissime C. de admin. Tut. ibi. Novissime cautum est, à Curatore pecuniam pupillarum non esse fœnerandam, quod si fecerit, mutui subjacet periculo,* & ita quoque sentit *Palat. Rub. in repet. C. per vestras* §. 7. *num.* 2. Ubi dicit, quod in casu quo olim tutor pecuniam pupillarem fœnerari tenebatur, hodie tenebitur pupillo vel alias minori ad interesse, si ipsius pecuniam non tradiderit idoneis Mercatoribus. *Petrus de Vbald. in Tract. de duob. Fratrib.*

6. fol.

6. *fol.* 43. *n.* 4. in ea eſt opinione, ut ſi Tutor pecuniam Pupilli Campſori dederit, publice approbato, & ad quem omnes cum ſuis pecuniis confluebant, periculum non pertineat ad Tutorem quod Beronenſis eleganter limitat *in L. quis ſit fugitivus.* 17. §. *apud Labeonem* 12. *ſub num.* 2. *ff. de ædilit. edict.* dicens quando Tutor non invenit annuos reditus, vel ſundos venales, in quibus pecuniam pupilli collocare poſſit, poterit dare pecuniam cambio publico, Judice prius pro licentia adito, ad hoc ut illi pecuniam tradere poſſit, alias ſi prædictus Campſor decoxiſſet, etiamſi quilibet diligens Paterfamilias ibi ſuas pecunias cambio tradere non dubitaſſet, Tutor ad damnum tenebitur, maxime ſi probaretur quod in alio tutiore loco deponi potuiſſet, quem refert & ſequitur *Vincent. Caroc. in Tract. de Location. fol.* 167. *num.* 49.

SECTIO III.

QUodſi hoc modo Tutores aliive Rationarii pecuniam ſuorum Principalium aliis crediderunt, pupillus aliique quorum pecunia fuit propria, nomina iſta agnoſcere tenentur. *l.* 37. *& l.* 43. *ff. de adminiſtr. Tut. l.* 2. *ff. quando ex facto Tut. vel Curat. Bened. Carpzov. lib.* 5. *Reſp. Elect.* 70. *num.* 4. 5. *&* 6. *Chriſtoph. Phil. Richter. Deciſ.* 14. *num.* 1. *Hartmann. Piſtor. part.* 1. *quæſt.* 49. *n.* 7. Nec periculum nominum ad Tutores & Rationarios pertinet, licet ab ipſis fuerint contracta. *l.* 8. *l.* 16. *l.* 37. *l.* 43. *cum l. ſeq. ff. de Adminiſtr. & peric. Tut. Benedict. Carpzov. præjudicia gemina allegans. in I. P. F. part.* 2.

con-

constit. 11. *Defin.* 24. *num.* 6. *& seq. Hartmann. Pistor. part.* 1. *quæst.* 49. *num.* 16. Quæ doctrina semper vera est; si mutuo dederint pecuniam illis, qui tempore contracti crediti erant solvendo, etiamsi ex post facto mutato statu tales esse desinant, *Johann Francisc. Balthasar. ad Jus Bavar. part.* 1. *Tit.* 5. *Resol.* 7. *num.* 12. *vers. Declaratur* 4. *Paul. Christin. ad Consuetud. Mechlin. Tit.* 19. *artic.* 13. *n.* 19.

SECTIO IV.

TEnentur porro Quæstores res quæ servando servari non possunt eo pretio, quo vendi communiter possunt, distrahere emptoribus idoneis. *l. ult. §. fin. ff. de Admin. Tut. Sichard. in l.* 16. *n.* 3. *C. de Procurat. Joh. Francisc. Balthasar. ad Jus Bavar. part.* 1. *Tit.* 5. *Resol.* 7. *num.* 10. dicuntur autem res servando servari non posse, quæ non durant ultra triennium. *Gl. in l.* 1. *C. si advers. usucap.* quales dicuntur res mobiles, fructus sive framenta *Joh. Coras. Miscell. lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 8. *Steph. Gratian. Discept. For.* 42. *num.* 49. Quando vero frumentum vendunt, videant, ut semper prius vetus vendant, quam novum, & prius novum vinum quam vetus. *Matth. Berlich. part.* 2. *conclus.* 12. *num.* 81. *Paul. Christin. vol.* 5. *Decis. cur. Belg.* 22. *n.* 6. *&* 7. *Simon Ulrich Pistor. post consil. Modestin. Pistor. cons.* 7. *num.* 14. *& seqq. post Bart. in l. omnia C. de condit. in public. horr. num.* 1. Qui textus hoc expresse asserit, non prius recentia frumenta esse vendenda, quam vetera condita fuerint erogata, & si forte vetustate species ita corruptæ sint, ut per semet, sine

querela erogari non poſſint, ex nova portione ita miſcenda eſſe, ut hac adjectione corruptio velata damnum non adſerat: Exinde inſerunt nonnulli Aulo Principalis Moderatores non poſſe nec debere poſt Calendas Novemb. apponere vinum vetus familiæ Principis per textum admodum notabilem & elegantem *in l.* 10. *C. de Erogat. milit. annon. lib.* 12. ubi Imperatores Arcad. & Honor. expreſſe ſtatuerunt à Novembri Menſe, de novello vino, annonam dandam eſſe cunctis militibus, addita hac ratione, quod veteris erogatio diſpendioſa videatur. *Bartol. in d. l. Jubemus.* 10. *C. de erogat. militar. annon. Paul. Chriſtin. vol.* 5. *Deciſ. cur. Belg.* 140. *num.* 1. & 2. Ubi Tutores ſecus facientes, de ſuo damnum reſarcire teneri, aſſerit. Quod nos verum intelligimus, niſi ex doctrina *Joh. Coraſii Miſcell. lib.* 3. *cap.* 12. qualitas familiæ ejusque dignitas aliud poſtularet, unde & Senibus, quorum debilior ſolet eſſe ſtomachus ſalernum generoſius nunquam eſt denegandum. Juſto autem pretio ſi mobilia diſtrahere, & in rationum redditione extra litis dubium conſtituere velint, conſultum erit, res vendendas per artis peritos prius curare æſtimari, antequam ad earum diſtractionem feſtinent. Quo facto omnis ſuſpicio & fraudis vis, cum cavillandi anſa, illis quorum intereſt, præcluſa erit. *Munnoz. de Eſcob. de Ratiocin. cap.* 16. *num.* 7.

SECTIO V.

Liceat nobis occaſione præcedentis Sectionis nunc flores decerpere ex horto Juris conſultorum practi-

practico, & practica adspergere Theoreticis: Theoriam enim sine praxi, digestam solidamque Juris cognitionem præstare non posse, recte existimavit famigeratissimus Hispanorum JCtus *Pinell. in l. 2. C. de resc. vend. pag. 2. cap. 4. num. 2.* Ponamus enim fuisse quendam Principi alicui à servitiis, nec pecuniariæ tantum, verum etiam rei frumentariæ suscepisse administrationem, adeoque tum tritici, tum hordei magnam partem mercatoribus, Argentorati habitantibus, vendidisse. Tempore reddendarum rationum inter alia quoque frumenta divendita, Expensis unter der Rubric verkaufften Früchten inseruerat, & quidem juxta mensuram loci administrati officii: Calculatores à Principe ad examinandas rationes Deputati instabant, quin imò, cum mensura Argentoratensis multo minor esset illa, quam quæ in loco venditionis frequentatur, Officialem frumenta Argentorati tradidisse, ac proinde frumentorum mensuram, non ex loco, ubi habitabat Officialis, metiendam, sed ad mensuram Amstelodami frumentaria expensa dirigenda esse. Der Schaffner solte die Ausgab der verkaufften Früchten, nicht nach dess Wohn-Platzes, sondern nach Strassburgischer Maas verrechnen, und den Uberschuss seinem Herrn zu gutem kommen lassen. Reponebat Quæstor seu Rationalis, se & in loco administrati officii vendidisse frumenta, & ibi quoque tradidisse, fieri ergo sibi injuriam, si innocenter & præter meritum oneraretur. Totius ergo Rei cardo vertebatur, in controversa ista quæstione. An mensura loci, ubi res venditæ sunt sitæ an vero contractus sit observanda communiter tamen obtinuit,

con-

contractus mensuram sequendam esse *Matth. de Afflict. Decis.* 363. *num.* 5. *Horat. Carpan. ad Statut. Mediolan. cap.* 171. *num.* 3. frequentiori calamo hanc opinionem receptam testatur, eamque magis communem nuncupat. *Johann. Petr. Surd. Mantuan. Decis.* 227. *num.* 2. & in Praxi receptam dicit. *Hieron. de Cævall. Opinion. commun. contra commun. quæst.* 733. *n.* 9. & *seqq. Carpzov. in I. P. F. part.* 1. *const.* 33. *Defin.* 11. *num.* 9. Non obstante quod contrarium defendant multi. *Molin. ad consuet. Paris. Tit.* 1. §. 33. *Gl.* 1. *num.* 86. *in fin. Papon. lib.* 17. *Tit.* 2. *arrest.* 9. Hoc nostro tamen casu, cum & locus contractus & rei sitæ concurrant, dicendum quid sit, in conflictu videbimus.

SECTIO VI.

AN vero Tutori vel Curatori, Quæstori vel Thesaurario alicujus Principis qui ex pecunia ejus domum, fundum, vel vineam emit, lucrum inde factum auferri debeat, bonis Principis applicandum? Distinguendum nobis videtur, an talis pecunia, alicui usui & utilitati Principis vel Minoris fuerit destinata vel non? Illo enim casu Princeps vel alia persona similis rem ex illius pecunia redactam cum fructibus recte petit, non vero hoc: ubi tantum pecuniam suam cum legitimo interesse exigere valet, *arg. L. Si Curator.* 3. *C. arbitr. Tutel.* Ad hoc Ergo ut electio Minori detur, requiritur ut ipsius pecunia in usus Curatoris conversa, ad emptionem fundorum, vel annuorum redituum destinata fuerit per Judicem. Alias enim licet quis fundum ex

aliena pecunia, nomine tamen proprio emerit sine res dubio efficitur ejus qui emit, & emptor solum ad pecuniam restituendam cum interesse compellitur. *L. Si ea pecunia 6. C. de R. V. & L. 1. C. si quis alter. vel. sib. L. si Patruus 4. C. commun. utriusque Judic.* Quod si quis tamen pecuniam minoris quocunque fœnore occupaverit, sedulus negotiator, utrum eo etiam casu sit in electione Minoris, vul pecuniam suam cum legitimo interesse, vel reliquas etiam exinde ubere proventu lucri factas pecunias postulare, altioris videtur esse indaginis. Eodem tamen fere modo, licet mutatis verbis hanc ipsam difficultatem tollere videtur *Decius cons. 6.* ubi trimembri utitur distinctione *aut* loquimur, inquiens, de eo Administratore, qui recipit pecuniam pro Principe vel Republica, quam statim, sive quandocunque Dominus voluerit, restituere debet, quo pacto illam certo cum quæstu permutare nequit, quippe mox, quod non restituit, in mora, quæ cum fisco contrahi videtur, futurus, ut notat *Glossa in L. cum quidam. 17. §. Fiscus. 5. ff. de usur. verb. inferunt.* Aut recipit Pecuniam à Principe vel Republica, non quidem illico restituendam, pro necessitate tamen Reipublicæ, re & tempore postulante sine mora erogandam: Nec tali etiam casu Administratori ejusmodi pecunias in suos usus convertere fas est, sed quicquid ex tali pecunia erit, ipsius Reipubl. vel Principis erit. Cui adstipulatur *Ripa in Tract. de Peste. num 254.* quia quando pecunia alicui usui destinata semper debet esse parata ad illum usum. Idem etiam sensit *Castell. à Bobadilla in sua Polit. Præt. L. 5. cap. 4. num. 81. ubi dicit:* quod si major

domus

domus Concilii annonæ frumentariæ, vel positi pecuniam illorum in suos usus convertit, & cum ea aliquid acquisivit, postea revocari lucrum ab illo, quin imò & in conscientia, ipse illud lucrum suis Principalibus restituere tenetur. Tertio vero casu quando quis esset constitutus Thesaurarius sive exactor Gabellarum, vel aliorum tributorum res coemptas ex tali pecunia, Dominus Gabellarum, vel Tributorum collectorum exigere non potest: *Si* nimirum exactor certo & destinato tempore, de receptis nummis respondere tenetur, quia interea donec tempus respondendi & tradendi pecunias, venerit, si quid lucri detur, ex propria pecunia se locupletasse præsumitur, nec dici potest in mora fuisse *L. item si cum exceptione* 14. §. *quatenus* 10. *ff. quod met. caus.* ubi dicit, quod ille qui habet dilationem à lege, non dicitur esse in mora. Et quod contra Tutorem, qui ex pecunia pupillari aliquod lucrum percepit, solum supersit actio ad pecuniam cum debito & legali interesse, & non teneatur ad restitutionem illius, quod lucratus est, sed solum ad usuras legitimas, quæ in Regione frequentantur expresse decidit. *Cabal. de Usur. q.* 76. *num.* 590. *in fin.*

SECTIO VII.

TEnetur etiam quilibet Administrator, de fructibus per otium & negligentiam non perceptis. *L. si sine herede* 32. §. *Modestinus respondit* 2. *ff. de Admin. Tut. Menoch. de arbitr. lib.* 2. *cas.* 209. *n.* 32. *&* 33. *Socin. Senior. Cons.* 29. *n.* 7. Hinc ut Admini-

nistrator rite & bona fide officio functus esse dicatur, simpliciter circa prædia arbitrari poterit, ut vel ipse prædia colat, vel debitis subhastationibus, congrue loco & tempore factis aliis elocet. *Ludovic. Posthius de subhastat. Inspect. 4. n. 9. Mangilius eod. tract. quæst. 34. num. 4. & seqq.* Quod si Triticum vel corruptum aquis, vel à vermibus demolitum fuit, si cum posset, illud non vendidit, aut inter vicinos distribuerit, & mutuo dederit, damnum præstabit, ad ejus enim curam pertinet prospicere, ne frumentum devastetur, vel stillicidiis seu pluviis deciduis corrumpatur. *L. 2. C. de cond. in publ. horreis*, ubi dicit *Bartol.* quod Administrator sive Receptor in magna negligentia & culpa sint si domos & horrea non inspexerint, & sarta tectaque non præstiterint, in tantum ut neque se excusare possint, si dicant, quod Factorem seu Procuratorem fructibus administrandis præfecerint, sarta enim tecta essent, nec ne suis ipsi oculis arbitrari debebant, nec alii hoc officium committere. *L. si Procuratorem* 8. §. *Si Tutores* 4. *ff. Mand. Bobadilla in Polit. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 47. *Franc. Marcus. Decis.* 541. *n.* 3. Eod. modo si Administratores domum Domini suffulcire, agrum vel vineam colere neglexerint, & ex hoc patrimonium Domini detrimentum quid capiat, ante tempus etiam Lege vel Magistratu constitutum, Administrator removeri potest per ea quæ latè notavit *Aymon. Cons.* 132. *num.* 3. & in Rationariis ipse damnis ex negligentia provenientibus onerari debet. *Lex quæ Tutores* 22. *C. de Administr. Tut. l. L. Magistratus.* 6. *L. Imperatores.* 9. §. *item rescripserunt.* 1. *ff. de admin. Rer. ad civit. pertin. L. 2. C. Si Tut. vel Curat.*

rat. Menoch. de arbitr. l. 2. caſ. 309. *n.* 32. *Platea in L. 2. C. de condit. in publ. horr.* ubi dicit quodſi administrator Reipublicæ, ſarta tecta non habuit, & ideo triticum in publico horreo reconditum putrefactum, vel aliter deterius ſit factum, tenetur Reipublicæ ad damnum. Quin imò ſi ædificia erant jam collapſa, tempore quo Adminiſtrator acceptavit adminiſtrationem, reparare illa debet ſumptibus Domini, aut ſi damni aliquid ex intermiſſione illa perceperit Domino reſarcire *d. l. Lex quæ Tutores.* 22. §. *ſed ſi parens C. de admin. Tutor. Bæca de decima Tut. c.* 2. *n.* 90.

SECTIO VIII.

NOn autem etiam Curator in Vinea infructifera, olivetum aut pomarium plantans ratione hujus metamorphoſis, eo quod vineam ſic depopulatus eſt, de damno aliquo præſtando conveniri poteſt, quia Uſufructuarius & quilibet rei alienæ Curator, formam rei in Uſumfructum conceſſæ, commutare in melius poteſt, ſecundum *Tiraquell. de Retract.* 2. §. 7. *Gl.* 1. *n.* 16. *ex text. eleg. in L. Colonus.* 61. *ff. Locat.* ubi cum non eſſet comprehenſum in lege locationis ut conductor in terris conductis vineas plantaret, nihilominus vineas plantavit, quibus multo pluris valoris proprietas facta fuit, demum conductore ſive Colono è fundo ejecto Dominus penſiones præteritas poſtulabat, ipſe vero colonus, ex adverſo de melioramentis, ratione plantationis vinearum factis excipiebat, compenſationem in concurrente quantitate repetens: Scævola tandem reſpondit, expenſas conſecuturum, vel nihil amplius

præstiturum ; quando enim mutatio facta est in contrahentium utilitatem, ipsa forma non dicitur absolutè mutata. *L. diligenter 5. §. melior. 5. ff. mand. & fac. text. in L. si cujus 13. §. inde est. 5. ff. de Usufr.* Ubi loquendo de mutatione ab usufructuario facta, in re ex qua percipit usumfructum, dicit: Et si forte in eo quod instituit, plus reditus sit, quam in vinetis, arbustis vel olivetis, quæ fuerunt, forsitan hæc dejicere oportet, siquidem ei permittitur meliorare proprietatem. Caveant tamen Administratores, ne multas faciant expensas in mutando agros Domini, & reducendo illos ad culturam, vinetum vel olivetum, qui futuri essent infructuosi, vel tales in quos tantum colendo, quantum in fructu redderent, expendatur, vel si minus redderent in planta, quam in monte reddebant ; neve agrum excolant, quem ut inutilem Dominus pro derelicto habebat, quodsi enim Domino nihil exinde proficitur opera imprudenter facta frustrarentur expensas, ut tenet *Vincent. Caroc. de Locat. C. de mercede negotiatoris num. 33. fol. 17. col. 2. Alvar. Velasc. de Jur. Emphyt. quæst. 25. num. 16.*

SECTIO IX.

ONerabitur etiam Administrator de omnibus Domino debitis, si ipse negligens æs alienum exigere distulerit, sic enim optima quandoque nomina non appellando mala, & debitores non solvendo fiunt. *L. Si Tutor constitutus 15. ff. de administr. Tut. l. 9. §. 1. ff. de admin. Rer. ad Civit. pertinent. L. nomina 2. C. arbitr. tutel. Socin. cons. 2. Col. 2. lib. 1.*

Dam-

Dambauder de Tutor. c. 7. n. 38. *Col.* 29. Nec ſolum ſortem ſed etiam legitimum intereſſe refundet. *Idem Socin. d. l. Steph. Gratian. Diſcept. for.* 626. *n.* 12. An autem ſi debitor interea temporis quo Adminiſtrator ex humanitate vel commiſeratione, executionem debiti aliquantulum diſtulit, decoxiſſet, damnum hoc in Adminiſtratorem redundet, quæritur. Et nobis videtur talem Adminiſtratorem non fuiſſe in negligentia culpoſa, nec damno illo, niſi aliæ interveniant circumſtantiæ, onerari debere. Eſt enim Jure conſtitutum quod antequam debitor debendi reum in judicio conveniat, prius extrajudicialiter eum interpellare debeat, *L. debitores* 10. *C. de pignor. L.* quidam Hiberus 13. *ff. de Servit. præd. urban. & L.* 1. *C. de commerc. Mercat.* & eſt text. rotundus *in L. ſi bene* 33. *ff. de Uſur.* ubi eleganter Ulpianus. *Si bene collocatæ ſint pecuniæ in ſortem, inquietari non debent Debitores, & maxime ſi parient uſuras, ſi non parient proſpicere Reipublicæ ſecuritati debet Præſes Provinciæ, dummodo non ſe exactorem, nec contumelioſum præbeat, ſed moderatum : & cum efficacia benignum, & cum inſtantia humanum. Nam inter inſolentiam incurioſam & diligentiam non ambitioſam multum intereſt.* Faceſſant ergo hinc Adminiſtratores negligentiæ deſidiæque dediti, quia negligens in uno, præjudicat ſibi in alio, ut iterum iterumque monet *Bartol. in L. item ſi res* 4. *ff. de alien. judic. mut. cauſ. fact. & in L.* 3. *ff. de vi bon. rapt. Bald. in L. ſi à non Dominis* 7. *n.* 2. *C. de his qui à non Domin. manu. Dambauder. de Tutor. c.* 4. *n.* 38. Qua ratione vero quis diligens Paterfamilias aut Adminiſtrator probetur. *vid. ap. Bart. in Tract. de Teſt. n.* 38. & 84.

SECTIO X.

AN Quæstor sive Ærarii Receptor, nomina ab Antecessore non exacta, exigere & suis Rationibus inserere cogatur, non videtur esse extra omne dubium? Negativæ autem nos subscribemus sententiæ, tum quod nemo alterius facto sit prægravandus. *l.* 155. *ff. de R. I. Gail. lib.* 2. *observ.* 49. *n.* 5. *& tract. de pignorat. obs.* 6. *num.* 4. *Thom. de Thomass. in Floribus Legum. Rog.* 125. *Surd. cens.* 173. *num.* 84. ac non nisi suæ administrationis ratio, à Rationario exigenda. *l.* 1. §. 3. *ff. de Tutel. & Rat. distrah. Bened. Carpzov. lib.* 5. *tit.* 8. *Resp. Elect.* 74. *n.* 3. tum quod ille qui tempore sui officii laborum fructus, id est, salarium accepit, nominum quoque usuras tempore sui officii debitas exigere debeat: Non renuentes tamen & periculo Quæstoris ab officio discendentis Successorem exactionem facere posse, per textum rotundum *in l.* 35. *ff. de Administr. Tut. Hartmann. Pistor. lib.* 1. *quæst.* 49. *num.* 7. *Carpzov. in I. P. F. Part.* 2. *Constit.* 11. *Defin.* 24. *num.* 4. ita ut prior ex æquo & bono certo stipendio aut salario, alterius labores sublevet.

SECTIO XI.

AN autem & quomodo Officialis vel Administrator annonæ, Verwalter oder Schaffner, teneatur, si ipsi aliquid furto sit subtractum, wann ihm etwas aus der Zehend- und Ampt-Scheur entfremdet und abgetragen worden, & quomodo tale furtum probetur consuluit Joann. Vincent. Honded. *cons.*

conſ. 90. vol. 2. alleg. à Beſold. in Theſ. Practic. voc. Amptmann, Amptleut.

SECTIO XII.

HActenus de directa actione, quæ competit Dominis adverſus Adminiſtratores, eorundemque periculo & adminiſtratione, diſſeruimus, reſtat, ut de pœnis male Adminiſtrantium, & contraria Adminiſtratorum actione diſpiciamus. *Primum*, quod attinet, ex Jure ejusque interpretibus, certum eſt, illos, qui in officio ſibi commiſſo dolo & fraude graſſantur, die ihrer Herrſchafft in der Rechnung betrieglich und vorſetzlich, ihr Geld oder andere Gefäll hinterhalten, und in eigenen Nutzen, der Herrſchafft, oder den Unterthanen zu mercklichem Schaden verſchwenden, Furtum committere: Contra illum namque qui rem alienam & id lucri faciendi cauſa contrectat, idque fraudulenter, cum ſciat rem iſtam non ad ſe, ſed ad Dominum pertinere, actio furti datur *per L. 4. §. hunc autem 22. L. actione 2. §. quod ſi furandi 1. ff. de Tut. & Ration. diſtrah. L. 33. ff. de Furt. Boſſ. in Pract. Crim. cap. de Furt. num. 25. Tiraquell. de pœn. cauſ. 58.* Usque adeò, ut quo major appareat προαίρεσις atque fraudatio, eo major & quandoque capitalis animadverſio. ex L. Julia de Peculatu, locum habeat. *per text. in §. 9. Inſt. de publ. Judic. & Jul. Clar. in Prax. Crim. q. 68. verſ. officialis. Berber. in Pract. part. 1. Rubr. 15. de Leg. Jul. Peculat. n. 2. & 3. Petr. Theodor. in Colleg. crim. Diſp. 9. θ. 5. lit. C.* aperte tamen & evidenter, fraudulenta iſta contrectatio patere, vel

ut alia delicta manifeste probari debet, quia dolus non præsumitur. *Clar. d. l. fac. l. si quis Decurio* 21. *C. de fals. L.* 2. *C. de Offic. civil. Judic. L.* 2. *C. de Exec. & Exact. l.* 12. *cap. ad audientiam* 13. *ibi cum juratus sit officium suum fideliter exequi x. de præscript. Harpr. ad* §. 12. *n.* 11. *Inst. de Obl. quæ ex delict. nasc. add. Petr. Frider. de Mand. l.*2. *c.*13. *n.*52. *Andr. Alciat. de præsumpt. Reg.* 3. *præsumpt.* 15. *n.* 1. *& seqq. Andr. Tiraquell. de pœn. temper. & Remitt. caus.* 58. *num.* 2. *Cardin. Tusch. Tom.* 5. *Pract. Conclus. lit. O. verb. Officialis. concl.* 96. *n.* 1. *& sqq.* cum innumeris aliis. Fraudis vero indicia sunt, si Diaria, Adversaria, Tabulæ vel codices Rationum ac Redituum, fuerint inducti, cancellati ac depravati, aut si minus acceptum retulit, quam alii sibi expensum tulerint. *Jason. Consil.* 4. *n.* 14. *sub fin. Vol.* 3. *Paris. Consil.* 89. *incip. Rationes & computa num.* 19. *vers. debebat enim in illis & seqq. lib.* 1. *Socin. Cons.* 159. *num.* 8. *& seq. lib.* 2. aut si non solum pecuniam in accepti Tabulis non descripserit, sed post redditas rationes etiam penes se retinuerit, vel in proprios usus convertit. *Roland. à Valle cons.* 94. *incip. in præsent. n.* 26. *vol.* 1. *socin. dict. consil.* 159. *num.* 10. *& consil.* 190. *num.* 2. *in fin. vers. quarto quia. lib.* 4. *Farinac. cons.* 96. *num.* 6. *lib.* 1. Item si Administrator post redditas rationes, illarum Codices Ratiocinatoribus denuo exhibere detrectet. *Farinac. dict. cons.* 96. *n.* 11. *& seqq. vol.* 1. *Socin. dict. cons.* 159. *num.* 11. *post pr. num.* 14. *& seqq. vol.* 1. *Carpz. Pract. Crim. part.* 2. *q.* 85. *num.* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 12. *& seqq.*

SE-

SECTIO XIII.

HAbet etiam locum hic Lex Julia de reſiduis contra Adminiſtratores, publicam pecuniam intercipientes, & retinentes. Committitur enim crimen reſiduorum, non ſolum quando quis pecuniam publicam ſurripit, ſed etiam quando illam in alium quam deſtinata eſt uſum expendit. *l. 2. ff. ad L. Jul. Pecul. Tiber. Decian. in Tract. Crim. l. 8. cap. 28. n.* 18. *Pet. Gregor. l.* 33. *Syntagm.* 20. *num.* 20.

SECTIO XIV.

EX jam dictis quodammodo conſtat, culpa ubi minor eſt, ibi mitiorem quoque eſſe pœnam, *C. tanta.* 18. *de exceſſ. Prælat.* unde ſi quis ex imperitia, negligentia aut oblivione, in rationum Tabulis aliquid omiſerit, leviori omnino pœnæ ſubjacebit, quam ille qui ex propoſito, perfidè & fraudulenter in officio verſatus eſt. Hinc in caſibus culpæ, quæ vel lata, vel levis, vel leviſſima eſt, imperitiæ, negligentiæ oblivionis & ſimilium, arbitraria pœna, carceris, vel mulcta pecuniaria, quæ ex qualitate cauſæ vel delicti intenditur & remittitur locum habebit, *Roland. à Valle l. 3. conſ. 64. n. 5. Angel. Aret. in Tract. Malef. verbo incendiario n. 5. Proſp. Farinac. part. 3. oper. crim. q. 87. num. 76. & ſeqq. Paul. de Caſtro in l. 1. num. 9. ff. de leg.* Et ita reſponderunt Scabini. Ob nun wol der geweſene Ampt-Schaffner den Eyd würcklichen geleiſtet, daſs er vorangezogene Gelder nicht dolosè, böſslich und vorſetziglich ſeines eigenen Nutzens halber unterſchlagen,

und veruntrauet habe, geschworen: Dieweil ihm aber dennoch gebühret hätte, andere Vorsichtigkeit zu gebrauchen, und dasjenige, was er in der articulirten Diensts-Bestellung angelobet und zugesaget, in bessere acht, denn von ihm geschehen, zu nehmen, so ist er die von seines Ambts Unterthanen, an der Contribution, zu dem Defensions-Werck zu viel, und dem angelegten Calculo nach bey 471. fl. 7. gr. 1. ₰. mehr eingenommen, als verrechnet, ingleichem die 20. fl. vor verfertigte Schreiner- und Glaser-Arbeit, so er mehr in Rechnung verschrieben, als den Handwercks-Leuten ausgezahlt, wie dann auch den Aufgroschen, von der articulirten Land- und Tranck-Steuer, &c. würcklichen zu erstatten und zu erlegen, schuldig, und mag hierüber ein ziemliche Geld-Buss, seinem Vermögen nach, oder eine Zeitlang mit dem Gefängnuss gestrafft werden, inmassen inquisit, auch zugleich die auf diesen Inquisitions-Process aufgewendete Unkosten zu entrichten pflichtig ist. V. R. W. Versus Voigtsberg. Ad Requisitionem Commissariorum M. Apr. 1618.

SECTIO XV.

AN autem cum ejusmodi officialibus, qui res suæ administrationi commissas intervertunt, & sic invito Domino lucri faciendi gratia contrectant, & furtum faciunt (*hæc enim est vera definitio furti* §. 1. *Instit. de oblig. quæ ex delict. nasc.*) mitius sit agendum, an vero asperius, quam cum aliis furibus, controvertitur inter DD. Et certe Jure nostro aspe-

aſperius cum ejusmodi furibus agendum eſſe videtur, ex illa ratione, quia ſupplicia eorum criminum, quæ in exempla facile trahuntur, exacerbanda, & in exemplum gravius punienda & coërcenda eſſe Claudius Saturninus *reſpondit in L. aut facta* 16. *ff. de pœn.* Eſt & alia ratio, quia res à Domino ſuæ fidei & adminiſtrationi commiſſas in ſuum uſum convertendo, non ſolum furtum committunt, atque ideo & pœna furti ob ejusmodi contrectationem doloſam eos teneri, certum eſt. *text. expr. & ſingular. in L. ſi quos* 3. *C. de offic. Præfect. Prætor. Orient.* Sed etiam fidem datam frangunt atque violant, & ita plus quam alii ſures delinquunt. Hinc eſt quod in hiſce rationum negotiis contra tales adminiſtratores de jure procedi ſolet, ſummatim, ſine ordine judiciario *L. hi qui* 4. *C. de conveniend. fiſc. debit. lib.* 10. *levato velo. Bald. in L. omnibus judicibus in fin. C. de ſportulis, denique executive : Idem Bald. in l.* 2. *num.* 1. *C. quando fiſc. vel priv. in l.* 2. *num.* 3. *C. de Jur. fiſc. lib.* 10. Et hanc ſententiam Electorali Saxonica conſtitutione quoque confirmatam eſſe innuit. *Hunn. de Reſolut. ad Tertull. de privat. delict. lit. E. θ.* 1. *q.* 10. cujus verba ita recenſet: Würde ein Schöſſer, Verwalter, Vogt, Vorſteher, Baumeiſter, Bauſchreiber, Zöllner, Förſtner, und ein jeglicher, ſo zu einem Ampt verordnet, oder von unſer oder eines andern wegen Geld, Korn, Holtz, Getreyd, und anders aufzuheben und einzunehmen hat; deſſen etwas in ſeinen Nutzen angewendet, und dergleichen Veruntrauunge und Betrug gebrauchen, ſo Uns oder unſern Unterthanen oder andern Leuten zum Nachtheil und Schaden gereicht, ſo

ſollen

ſollen der- oder dieſelbige mit nachfolgenden Pœnen belegt, und geſtrafft werden: Wann die Summa deſs veruntrauten, unterſchlagenen, und in ihren eigenen Nutzen betrieglicher weiſe angewendeten Guts unter 50. fl. Müntz ſeyn würde, ſollen ſie mit Gefängnuſs, und mit zeitlicher Verweiſung deſs Landes geſtrafft werden, da ſich aber ſolche Sum̃a über 50. fl. Müntz erſtreckete, ſollen ſie mit Staupſchlagung deſs Landes ewig verwieſen werden; würde dann bemeldte Summa auf 100. fl. Müntz oder darüber lauffen, ſo ſollen ſie mit dem Strang vom Leben zum Tod geſtrafft werden. Quia rem non ſolum invito Domino contrectant, ſed etiam perfide agere videntur. *Heig. ad §. furtum autem fit. Inſt. de Obl. quæ ex del. naſc.* Eodem modo noviſſime ſtatuit Sereniſſimus Elector Palatinus in Conſtitutione de Rationariis: cujus verba hæc ſunt: Weilen demnach dieſes Laſter der Untreu und Falſchheit unter unſeren verrechneten Dienern, allzugemein wird, und bey zunehmenden Verbrechen, auch billich die Straffen zu ſchärffen ſeyn, als verordnen und ſetzen wir hiemit ernſtlich, daſs derjenige verrechnete Diener, ſo obgedachter maſſen etwas, ſo ihme vertrauet in ſeinen Nutzen verwendet, und fürſätzlicher Diebiſcher Weiſe entziehen würde, wann es unter 50. fl. werth iſt, zum erſtenmal mit Entſetzung ſeines Dienſts und aller Ehren, an Gelt, auch nach Gelegenheit deſs Verbrechens, am Leib geſtraffet werden; Wo er aber bey ſeinem Dienſt aus Gnaden verbleiben, und zum andernmal in ſolcher Untreu und Diebſtal befunden würde, ſoll derſelbe, wie auch ein jeglicher, ſo fünffzig Gulden oder

darüber

darüber, gefährlicher Diebischer Weise in seinen Nutzen verwendet, oder sonsten seiner Herrschafft abträgt, mit dem Strang oder Schwerdt vom Leben zum Todt gebracht werden, und nichts destoweniger, alle obgemeldte Verbrechere, nebenst der am Leib, Leben, oder sonsten aussgestandener Straff, schuldig seyn, dess entwendten Guts vollkom̃liche Widererstattung zu thun.

SECTIO XVI.

QUæritur hic etiam, num officialis tempore officii sui ditior factus, ex bonis & reditibus Domini, bona quæ possidet acquisivisse præsumatur? Quod negamus per textum elegantem & maxime singularem, *in L. Si defunctus.* 10. *C. arbitr. Tutel.* ibi. *Nam quod neque ipse, neque uxor ejus, quicquam ante administrationem habuerunt: non idoneum hujus continet indicium: Nec enim pauperibus industria vel augmentum patrimonii, quod laboribus & multis casibus quæritur, interdicendum est. Bart. in L. facultas C. de jur. fisc. Gothofr. ad L. 6. C. de donat. inter vir. & uxor. Frider. Mindan. de Mandat. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 20. *Clarus. in Pract. crimin.* §. *fin. quæst.* 46. *n.* 20. *verb. officialis.* ubi regulam facit pro officiali, quod nempe præsumatur legitime bona acquisivisse. *Guiliel. de Cun. in auth. Licentiam. C. de Episc. & Cler.* quem referendo sequitur *Bal. in L. Principalibus in fin. ff. si cert. pet.* & hanc esse communem Doct. opinionem refert. *Dec. in cons.* 6. *num.* 2. *Prosp. Farinac. in fragment. criminal. verb. Administrator. num.* 35. *Soarez. recept. sentent. lit.* O. *num.*

num. 10. *Ægid. Bossius in Tract. Crim. tit. de fisco. num.* 50. *& seqq. Peregrin. de Jur. Fisci. lib.* 3. *rubr. de fisci Officialibus, num.* 6. *circ. med. Francisc. Niger Cyriac. controv. For.* 91. *num.* 2. *Bursat. cons.* 209. *num.* 24. *& cons.* 325. *num.* 103. *Alexander Trentacinq. Variar. Resol. lib.* 2. *de Procur. resol.* 1. *num.* 17. *Joseph. Mascard. de Probat. conclus.* 216. *per tot. Cravetta consil.* 129. *num.* 3. *&* 4. *Jacob. Menoch. lib.* 6. *præs.* 28. *num.* 10. *& cons.* 12. *num.* 20. *Caspar. Klok. vol.* 2. *cons.* 70. *n.* 67. *Bajard. ad Clarum, in Pract. Crimin. quæst.* 68. *n.* 83.

SECTIO XVII.

PErgendum nunc est ad alterum membrum, nempe Actionem contrariam, quam Rationarii adversus Dominum & Principalem suum habere, ad id quod ipsis sine culpa ex administratione abest, tradit *Carpzov. lib.* 2. *tit.* 2. *Respons. Elector.* 33. *num.* 19. Quando enim finita est administratio, tenetur Dominus Administratorem non tantum liberare à suscepto officio §. 9. *Inst. mand. l.* 27. *§.* 2. *ff. eod. Mozius. quomodo solv. mand. num.* 6. *&* 7. Sed & indemnem præstare *l.* 61. §. 5. *ff. de furt. l.* 16. *ff. mand.* & restituere sumptus bona fide aut necessaria, aut probabili ratione factos. *l.* 10. §. 9. *&* 10. *l.* 12. §. 9. *ff. mand. l.* 11. *l.* 20. §. 1. *C. eod. l.* 10. *pr. ff. de negot. gest. l.* 17. *pr. ff. de in rem verso. l.* 4. *C. mand. l.* 46. §. 6. *ff. de Procurat. l.* 54. *ff. mand. C. I. A. l.* 17. *tit.* 1. *θ.* 39. *& DD. communiter.* Quæ de ipsa quoque causa efficiente, & quod eodem recidit, Subjecto rationum dicta sint. Progressum jam facimus ad

CAPUT

CAPUT IV.

De Rationum Materia.

SECTIO I.

SIcut optima Rerum Magiſtra Experientia docet, à Cauſa Efficientie naturali nunquam produci Effectum, niſi quid præſto ſit, quod Efficientis actionem ſuſcipiat, prout eruditè, eruditus rerum naturalium Myſtes, *Burſet. introd. ad ſcient. natur. l.* 1. *cap.* 1. aſſerit. Ita & in rebus moralibus ſeu negotiis civilibus, Cauſa Efficiens nullum Effectum producet, niſi adfuerit præexiſtens aliqua materia, ſeu objectum circa quod agendo verſetur: Magiſtratus ſubditos non gubernabit, niſi habuerit ſubditos qui gubernentur, Jurisconſultus jus non interpretabitur, niſi exiſtat Jus cui interpretatio applicetur. Idem judicium de aliis eſto. Proinde nec Tutor, nec Curator, nec alius quisquam Rationarius rationes rite reddet, niſi adfuerit materia aliqua, ſeu objectum de quo rationes fiant: Proximum itaque erit, ut cum de Rationum Cauſa Efficiente in præcedd. capp. ſuſius egerimus in hoc de materia earundem verba in pauca conferamus.

SECTIO II.

ESt autem Rationum Materia circa quam, ſive objectum, omnis res ſungibilis, quæ numero, pondere & menſura conſtat, mobilis ſive immobilis, imprimis autem res aliena, quæ ad nos jure

Dominii non pertinet, fidei tamen nostræ concredita, Reditus, Intraden, Renten, Gefäll und Einkommen, quorum æstimationem nummus metitur, utpote fructus agrorum, merces, pecudes in sylvis, arbores, &c. Magna tamen illorum redituum solet esse varietas, alii enim naturales, alii industriales, secundum *Casp. Klokium in Tract. de Ærario l. 1. c. 2. n. 21. & seqq.* Naturales sunt, quæ ope terræ parantur, *l. 45. ff. de usur. & fruct.* Industriales sunt, quæ arte, opificiis & artificiis manuariis, ex fundis desumuntur publicis, utpote agris, prædiis, villis, pascuis, sylvis, nemoribus, hortis ex fructibus animantium & rerum aliarum. Præterea, reditus sunt, vel certi & immutabiles gewisse und beständige Einkünfften, qui nec crescunt, nec decrescunt, vel incerti, mutabiles & casuales, ungewiss- und unbeständige Gefäll, quales sunt mulctæ, pecora, decimæ &c. quorum proventus, vel uberior, vel malignior, major aut minor, ex tempestate pendet, ut in æstimatione ejusmodi redituum ad aliquot plerumque tres, sex, aut novem annos habeatur respectus, dass man auss solchen Jahrgängen von drey zu dreyen ein Anschlag, sowol unter den besetzt, ut sunt die beständige Gülten, als unbesetzten Gefällen, machen thut.

SECTIO III.

DIspescuntur etiam in ordinarios semper & sine interruptione pendendos, als da seynd Bethen, Zöll, Zinss, vectigal sive accisa vini Umgeld quæ potulentorum nomine penditur, *Prukmann.*

consf.

conſ. 27. *n.* 43. *vol.* 1. *Gothofr. Anthon. Diſp. Feudal.* 1. *θ.* 6. *ad fin. Dn. Gœddeus in dem Friedbergiſchen Conſilio fol.* 8. *num.* 13. *& ſeq. punct.* 1. vel extraordinarios, quos non ſemper, ſed interdum quando Reipublicæ utilitas poſtulat, pendere oportet, Schatzung, Hülff-Geld, Anlag, Fräulinſteur, Reiſs-Gelder, Kuchenſteur, Soldaten-Gelder und dergleichen, quas collectas jam ferme in ordinarios degeneraſſe, & boni publici cauſa in Legis neceſſitatem tranſire experientia docet, in quibus tamen modum ſervare ſuadent Jurispublici Doctores, ne Principes pecuniis acerbè conquirendis plus invidiæ quam virium ſibi addant, ex civilis diſciplinæ oraculo. *Tac. hiſtor.* 3. 76. 4. nec minus ſubditi intelligant, neceſſitati quandoque in Republica eſſe parendum, cum nec quies gentium ſine armis, nec arma ſine ſtipendiis, nec ſtipendia ſine tributis haberi queant. *Tac. d. l.* 3. 76. 2. Reditus porro vel redimibiles, vel irredimibiles, reales vel perſonales dicuntur: quibus cum plena extent volumina diutius iisdem immorari nolumus. *Vid. Caſp. Klock. tract. de Contribut. Thomas Wintzler & Dn. D. Bocer. de Collectis. Beſold. in Tract. de Ærar. & de Jure Majeſt. Petr. de Ubaldis. Mundii Diſput. ſingul. R. I. de anno* 1548. §. *von wucherlichen Contracten.*

SECTIO IV.

NOn ſolum tamen de Rebus acceptis fieri debent Rationes, ſed etiam de datis & expenſis, quæ individua & connexa alias dicuntur, ut tradit *Ripa*

in L. admonendi, n. 124. *ff. de Jurejur. Cur. Sen. Consil.* 20. Causam materialem, ex qua cum cæteris instrumentis fere communem habent Tabulæ rationum, chartam scilicet & scripturam, hoc nostro siquidem seculo, mos ille antiquitatis, quo materiæ ligneæ, lapideæ vel æreæ, rerum negotia inscribebantur obsolevit. *L.* 1. *ff. de bonor. possess. secund. tabb. ubi Gloss. l.* 52. *de leg.* 3. *Nov.* 44. *c.* 2. quamvis & his, si ita usus ferret, fidem suam non detraheremus. *arg. d. L.* 1. *ff. de bonor. possess. secund. tabb.* §. 12. *Inst. de Testam. ordin.* Chartam inquam quamcunque, instituto, uno saltem, plurimisque foliis collectis, aptam putamus: Similiter scripturam exaratam, idiomate intelligibili, Germanico, Latino, Gallico, Sclavonico, vel alio quovis pro populi locique usu & conditione, dummodo mentis conceptus exprimat, & intentioni, tum proferentis, tum recipientis inserviat.

CAPUT V.

De Rationum Forma & Circumstantiis.

SECTIO I.

DElineata utcunque, Rationum Materia, dicendum est de Forma earundem, & circumstantiis: In toto enim Officio quæstorio, nihil difficilius, quam distincte, ordinate, bene & plene rationes reddere, darum sagt jener, das Ampt wäre gut, wann nur das Rechnung thun nicht wäre, apud *Keller. l.* 2. *de offic. Jurid. Polit. c.* 18. *p.* 505. *Johann Gry-*

Gryphiander, *in Oeconom. Legali. lib. 2. c. 3. n. 128. Felicius*, *de Societ. cap. 28. num. 7. Jacob. Menoch. de arbitrar. caſ. 209. n. 10. Carpzov. I. P. Conſiſt. lib. 2. Defin. 318. num. 2.* Si igitur Rationarii rite & recte rationes ſuas reddere velint, ante omnia inventarium conficere tenentur, *Morquechi. de Diviſ. bonor. cap. 1. num. 64. Mævius*, *ad Jus Lubec. part. 2. Tit. 2. artic. 33. num. 50. Knipſchild. de Fideicommiſſ. Famil. nobil. c. 12. n. 9. Munnoz. de Eſcobar. de Ratiocin. cap. 9. num. 14. Riminald. Jun. conſ. 53. n. 3. Matth. Weſenb. conſ. 3. num. 47. Rol. à Valle de Inventar. part. 2. quæſt. 37. Benedict. Carpzov. in I. P. For. part. 3. conſtit. 33. Defin. 7. num. 2. & per tot.* quippe quod caput ac fundamentum omnium rationum dicitur, *Hieron. Treutl. conſ. 98. num. 12. Carpzov. in I. P. F. Part. 2. conſtit. 11. Defin. 4. num. 3. & conſtit. 25. Defin. 14. num. 7. Item Deciſ. 69. num. 19. Deciſ. 74. num. 2. lib. quoque Reſp. Elect. 21. num. 10. & lib. 6. Reſp. 66. num. 11. Joh. Grivell. Deciſ. Dolan. 54. num. 9.* & ſine quo nec de receptis conſtare, nec ratio per rerum naturam reddi poteſt. *Matth. Berlich. part. 2. Pract. Concluſ. 12. num. 21. Chriſtoph. Philipp. Richter. Deciſ. 13. num. 25. Chriſtoph. Beſold. part. 6. conſ. 273. num. 117.* Hoc confecto, proximum eſt, ut Codicem ſeu librum Rationum, in quo accepta & expenſa conſcribantur, forment, *Matth. Weſenb. conſ. 47. n. 8. & 11. Benedict. Carpzov. in I. P. Conſiſt. lib. 2. tit. 2. Defin. 314. n. 8. Menoch. de arbitr. caſ. 209. num. 14. 15. & 19. Tiber. Decian. Vol. 2. Reſp. 85. n. 25. & vol. 4. Reſp. 7. n. 49.* Quare de forma potiſſimum iſtius libri ſint ſolliciti, diligentes & cauti Ratio-

tionarii: Solet autem ea ipsa pro diversitate objecti & subjecti esse varia, Mercatoribus & aliis similibus, *Formam de Jure communi tradit Bald. in Rubr. C. de constit. pecun.* ubi dicit, quod Mercatores duos libros habere debeant, Adversaria scilicet & Codicem Rationum; Adversaria autem ita dicta sunt, quasi semper præ manibus versentur, in quibus Mercatores, Campsores &c. primum rationes accepti & expensi, negligenter & sine ordine conscribunt? Et hic liber Diarium etiam, & idiomate nostro, tägliches Manual, oder Colligend. á Gallis journal appellari consuevit: Alter vero Liber, qui dicitur Codex vel Tabulæ Rationum est, in quas accurate & ordine singulari Parcellæ Manualis referuntur, cui sententiæ etiam subscribit *Stracha de Mercat. 2. par. num. 51.* Exprimitur plerumque Forma Rationariorum, certis clausulis instructionibus insertis, hunc in modum: Uber alle seine Einnahm und Ausgab soll er (der verrechnete Diener) ein täglich Hand-Buch oder Manual halten, darauss die Jahr-Rechnung nach den gebräuchlichen Rubriquen verfertigen, zu Aussgang dess Jahrs ohne weitern Befehl, zu rechter Zeit, mundiren, foliiren, und wo sich Einnahm und Aussgab auf einander bezeuche, die Folia allegiren, schliessen und fertig halten; nach der Geld-Rechnung, auch die Rechnung vom Getreyd, Frucht, Wein, Holtz, Fisch, Vieh, &c. und endlich ein richtig Inventarium, alles Haussraths und Mobilien, wo dergleichen vorhanden, auch wie sich solche Jährlich mehren oder minderen, anhängen; die Beylagen mit numeris auf die Rubriquen der Einnahm und Aussgab signiren, ordent-

dentlich zusammen legen, die Ursach dess Steigens und Fallens in der Rechnung bezeichnen, und solche zum längsten vier Wochen nach dem Termin N. N. (Michaëlis, Neu-Jahr, Petri,) bey Vermeidung einer gewissen Geld-Straff zur Rechen-Cammer einsenden; Nichts destoweniger vorher auch die verordnete Extractus und Quartal-Rechnungen, wie jedes Orts Herkommen, oder absonderlich befohlen, zu der Rent-Cammer richtig eingeben, und bey Abhör der Rechnung zu Abstattung dess Uberflusses, und was er nach Vergleicherung der Einnahmen und Aussgaben schuldig verbleibt, nicht allein auf Erfordern der Rent-Cammer, sondern auch für sich selbst bereit und gefasst seyn, auch darauf nach richtig abgelegter Rechnung jährlich quittirt werden, ut videre est apud Dn. à Seckendorff in aussführlichem Entwurff etlicher Bestallungen der vornehmsten Aempter, annex. dem Teutschen Fürsten-Staat. *c.* 10. & 12. *per tot.* Add. Hanau Liechtenbergische Rechnungs-Ordnung per tot.

SECTIO II.

AN autem libro Magistrali sive Codici Rationum, non habenti omnes, partitas Manualis, fides sit adhibenda? In illorum nos sententiam ibimus, qui rationibus hujusmodi non perfecte conscriptis fidem & Authoritatem derogant: Quandoquidem Juris nostri Antecessores, ubi in rationum Codicem non omnia relata, sed aliqua omissa deprehendunt, contra Administratorem, Factorem, Mercatorem vel

Campsorem, quod rationes non legitimè sed fraudulenter confecerit, præsumunt. *Alciat. Resp.* 46. *Tom.* 2. *lib.* 6. *num.* 6. *Decis. Genuens.* 173. *num.* 12. *Socin. cons.* 109. *vers. confirmat. col.* 2. *lib.* 1. *Paris. cons.* 90. *num.* 29. *lib.* 1. Proinde cum Diarium seu Manuale secundum ante nominatum Alciatum, habeatur loco Protocolli sive Originalis, ex quo formatur liber Magistralis seu Codex Rationum, ideo si ambo non concordent in facto, serie & substantia formali partitarum, tali Codici Rationum standum non erit. *Francisc. Niger. Cyriac. controv. for.* 544. *num.* 10. *Escob. de Ratiocin. cap.* 10. *num.* 40. *vers. & prædicta.*

SECTIO III.

PRæprimis autem Tutores & Curatores in Confectione Rationariorum, sese diligentes exhibeant, ne Rationes suas cum Rationibus pupillaribus promiscue describant, quia ex eo solo in dolo præsumuntur, & à minoribus in dubiis, contra ipsos juramentum in litem deferri potest, *Socin. cons.* 159. *vol.* 2. *col.* 2. *versic. Secundo probatur.* Proinde si Tutor res proprias vel etiam alienas in Inventario vel libris Rationum Pupillarium describat, eo ipso res illæ præsumuntur esse Pupilli vel Minoris, in tantum, ut nec ipse tutor admittatur, ad probandum, quod res sit propria ipsius, & illam in Inventario scripserit, ut opinionem divitiarum Minoris conservaret, *L. fin. vers. Si autem. C. arbitr. Tut.* quia lex non præsumit, quod quis se obligare voluerit, ad restitutionem earum rerum

quas non recepit. De cætero non multum intereſt, an ſua manu Tutoris vel Curatoris, an alterius tertii liber ſit conſcriptus. *Abbas in cap.* 2. *n.* 12. *de fid. Inſtrum. Joann. Andr. in add. ad ſpeculat. Tit. de Inſtrum. edit.* §. *nunc dicendum in addit. magn.* Ille enim ſcribere videtur, cujus nomine ſcriptum eſt, & quod quis per alium facit, hoc ipſemet feciſſe cenſetur. *Can. qui facit.* 72. *de R.I. in* 6. *l.* 36. *l.* 64. *in fin. de ſolut. l.* 15. *ff. de R.C.* quod verum tamen intelligit *Munnoz. de Eſcobar. in cap.* 10. *de Ratiocin. Adminiſtr.* in libris tantum Tutorum, ſecus vero ſi eſſet Liber Societatis, quia licet probaret contra ſocium ſcribere mandantem, non tamen probaret, contra alios ſocios, qui non mandaverunt, niſi in partitis omnino connexis, *ut vult Pariſius conſ.* 47. *Aymon. de Antiquit.* 6. *partic. prim. part. princ. num.* 56. *Menoch. de arbitr. caſ.* 92. *num.* 8. ubi diverſitatem conſtituit, inter librum conſcriptum de mandato unius ſocii, & eum qui ſcriptus fuit, ab inſtitore ab omnibus ſociis approbato.

SECTIO IV.

ET hæc hactenus de Forma Rationum in genere: ab ovo nunc ut rem exordiamur, & ſpecialius formam librorum Rationariorum deſcribamus: ſciendum imprimis erit, quod Codex Rationarius cujuscunque Curatoris vel Quæſtoris, continere debeat (1) Inſcriptionem, ſeu Præfationem, hunc ferme in modum: Hic eſt liber acceptorum & expenſorum Illuſtriſſimi Domini mei N. pro anno N. vel hic eſt liber Rationis Tutelæ Titii mei pupilli; Ut

nimirum Codicis Rationarii intentionem, & Rationes intus descriptas, maxime in frontispicio præ se ferat. *Dec. conf. 21. num. 1. Socin. conf. 87. col. 3. & 4. vers. circa secundam.* Clarius hoc ipsum indicat Serenissimus Dux. Wurtenb. Christophorus in Instructione & Forma: Wie die Amptleut ihre Rechnungen setzen, und stellen sollen, An. M D L I. edit. ibi. Ein jeder Amptmann, Keller, und männiglich, so uns zu verrechnen hat, soll seine Jahr-Rechnung von einem Sanct Jörgen-Tag inclusivè, biss zu dem andern exclusive, ordentlich und unterschiedlich stellen, und jedes Jahr in acht Tagen nach Georgii, ohn länger Verziehen, verschlossen, sambt den Urkunden darüber, gen Stuttgardt auf Unsere Rent-Cammer, darbey auch ein Verzeichnuss unter seinem Insiegel verschlossen, ein Summarium alles seines Einnehmens und Aussgebens nach dem Buchstaben gemacht überschicken, und ausswendig auf seine Rechnung schreiben wie folgt:

Rechnung mein N. Vogt (oder) Kellers, Pflegers, Zalmeisters, &c. zu N. was ich desselben Ampts halber eingenommen, und aussgegeben habe, von Georgi Anno N. inclusive oder eingeschlossen, biss wieder auf Georgi Anno N. exclusive, oder aussgeschlossen.

SECTIO V.

DEbet porro hic liber ita esse ordinatus, ut ex eo computationes probe, an improbe sint relatæ, explo-

explorari poſſit. Quod commodiſſime fieri poterit, cum acceptum bene latum eſt, & expenſum ſimiliter probe eſt expenſum, ad hoc Ergo accepta & edita probe poſita eſſe debent, ut docet *JC. in L. cum Servus. 82. ff. de condit. & demonſtr. Bart. in L. 2. C. de navic. ubi dicit : Nota ex hac lege, conficiendarum Rationum modum à Quæſtoribus, qui multum recipiunt, & multa ad alios transferunt.* Debent enim quæ receperunt, ſingulis diebus diligenter, & quidem nominatim, à quo receperint, & ex qua cauſa, ut in *L. apparitores 5. C. de exact. tribut. l. 1. §. 2. ff. de Tut. & Ration. diſtrah.* Item cui dederint nominatim, *ut in L. Neminem 4. C. de ſuſcept. præpoſ. & arcar.* Item & diem, & menſem & annum, receptarum rerum ſpeciatim ſcribere. Vid. dict. Sereniſſ. Duc. Wurtenberg. Inſtructionem & formam. Wie die Amptleut ihre Rechnungen ſetzen und ſtellen ſollen, paſſim. Si enim prædicta ſpeciatim & ſigillatim non ſcripſerunt, non videtur reddita ratio, cum ille, cui eſt reddenda, non poſſit ex libro intelligere & cognoſcere, ſi quid doli aut machinationis in illius rationibus ſit admiſſum, ut innuit *d. L. Neminem 4. C. de ſuſcept.* Ratio enim quæ intelligi nequit, reddita non videtur, nec intricata ratio, ratio dicenda. *L. argentarius 10. §. 2. ff. de edend.* ſed magis ex intricatione rationum fraus & dolus præſumitur, quem ut diligens Quæſtor vel Curator evitet, cautus eſſe debet, omnia ſcribendo ſigillatim, ſingulariter von Puncten zu Puncten, von Poſten zu Poſten de die in diem, tam reſpectu ejus quod recepit, quam reſpectu ejus quod expendit, dicens, ſic, tali anno, menſe, hoc die

die collegi ex tali fundo tot modios tritici vel hordei & expendi in collectionem tantum, tali die, pro tot & tot operariis *Hieron. Schurf. cent.* 2. *conf.* 41. *num.* 8. *Riminald. Jun. Conf.* 338. *num.* 44. *Ernest. Cothmann. vol.* 3. *Resp.* 8. *num.* 57. *Casp. Klock. vol.* 3. *conf.* 169. *num.* 14. *&c.* vel si solverit aliquid pro minore, adjiciat causam ex qua solvit, aut recepit, quia rationes etiam causam habere debent, ex qua acceptum datumve sit. *L.* 5. *C. de exact. trib. lib.* 10. *l.* 4. *C. de suscept. præpos. & arcar. d. l.* 10. *Abbas in cap.* 2. *n.* 12. *x. de fid. instrum. Wesenb. in Par. Cod. de Error. calcul. num.* 3. *Bobadilla. lib.* 5. *Politic. cap.* 4. *num.* 71. *Bart. in l.* 2. *C. de navic. lib.* 11. *Gutier. de Juram. Confirm.* 1. *part. cap.* 40. *num.* 18. *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *cas.* 209. ubi dicit, quod ille, qui aliena negotia tractavit, præstare debeat rationes legendas in suis codicibus, non autem in folle exhibere, quod ita dicitur ab illis, qui pecuniam in marsupio ostentant nec qualis quantave sit, demonstrant, prout erudite idipsum explicat *Erasm. cent.* 9. *Chiliald.* 4. *Proverb.* 37. *Alciat. lib.* 4. *de verb. signif. n.* 4. Si enim liber in folle & sine distinctione & expressione causæ dati & accepti scriptus sit, procul dubio circa parcellas intricatas vel difficillimæ speculationis, adversus talem Rationarium juramentum in litem locum habebit, ut statuunt *Gryphiander in Oeconom. leg. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 80. *Gutier. loc. supr. cit. & Plotus.* ubi dicit, quod in hoc casu ex solo Domini juramento, res & rerum qualitas, æstimatio, fructus, reditus & proventus probabuntur, ita ac si officialis Rationarius librum rationum non exhibuisset, idem fere dicendum,

cendum, ubi cauſa expenſi obſcura & intricata: paria enim ſunt, vel cauſam non adjicere, vel talem adjicere, quæ intelligi nequit, ut in facto conſultus *reſpondit. Alex. conſ.* 172. *num.* 6. *vol.* 2. *Bart. in L. Quicquid adſtringendæ num.* 1. *de V.S. Paul. Chriſtin. vol.* 3. *Deciſ. cur. Belg.* 162. *n.* 2.

SECTIO VI.

INdicet præterea Codex Rationum bonam fidem, ſolertiam & diligentiam, quam naturæ actus requirit, non vero repugnantia aut non veriſimilia, *Jaſ. conſ.* 4. *vol.* 3. Nam quando rationes veriſimilia continent, ſtatur Juramento ipſorum Rationariorum, alias autem non, ut tenet *Jaſ. in repetit. L. admonendi num.* 102. *Guid. Pap. Deciſ.* 441. *Bartol. & Alexand. in fin. C. de edend. Dec. conſ.* 596. *ſub n.* 9. Abſint quoque Cancellationes, inductiones & ſuperinductiones. Hoc non multum noceat Rationario, ſi rationes male ordinaverit, eo quod perverſo ordine prius data quam accepta ſint in Libro Rationum deſcripta, cum prius de acceptis quàm datis conſtare debeat, quia ordinis perverſio non vitiat rationem, cum facile reduci poſſit, ad ordinem intellectus. *Ut not. Alvar. in l. quamvis ff. de condit. & demonſtr. Gryphiander. in Oeconom. Leg. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 81. ut tamen rationum liber ex Juris & artis regula ſit compoſitus, & rectæ rerum conſtructioni conveniat, omnino neceſſarium eſt, ut primo fiat mentio acceptorum, rerumque omnium quas nomine ſui Principalis Rationalis iſto anno collegit & percepit, antequam ad ex-

penſa

pensa descendat. *Escob. de Ratiocin. c. 14. num. 2. Joh. Francisc. Balthas. ad Jus Bavar. part. 1. Tit. 5. Resol. 8. num. 7. Gutierez. de Tutel. part. 3. cap. 1. num. 51. Gryphiander. in Oeconom. leg. lib. 2. cap. 3. num. 78. Bened. Carpzov. lib. 5. tit. 8. Resp. Elect. 74. n. 9.*

SECTIO VII.

AD Acceptorum autem Classem sub Rubrica Empfang oder Einnahm Geld oder Früchten, primo communiter referenda sunt ea, quæ ex antecedentibus rationibus reliqua fuerunt apud Officialem Rationarium, was der Schaffner in voriger Rechnung schuldig geblieben. *l. 9. ff. de liber. leg. L. 53. ff. de manum. test. Joh. Francisc. Balthasar ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. Resol. 7. num. 12. vers. Ampliatur secundo. Petr. Frider. Mindan. de Mandat. lib. 2. cap. 49. num. 15. vers. quarto ea. Tiber. Decian. Vol. 2. Resp. 85. n. 29. Deinde* ad illa veniendum, quæ tum in bonis sui Principalis aut Domini invenit, si forte pecunia fuerit numerata, vel huic similia; cum quæ ex prædiis, usuris, aliisve rebus vere percepit, aut percipere potuit. *Jacob. Menoch. de arbitrar. cas. 209. num. 32. & seqq. Caspar. Klock. vol. 3. cons. 148. num. 32. Matt. Berlich. part. 2. conclus. 12. num. 30. Bened. Carpzov. lib. 5. Respons. Elect. 70. num. 2. & 3. Joh. Vincent. Honded. Vol. 2. Consult. 82. num. 19.*

SECTIO VIII.

INter illa quæ in Rationibus ad Expenſarum claſſem referenda ſunt, primum communiter locum occupant, omnia illa, in quibus ſorte Rationarius ſuum Principalem, vel ex prioribus Rationibus vel alias obligatum habet, der Schöſſer, Keller, oder Ampt-Schaffner bringet billich zu erſt zur Auſsgab dasjenige, was man ihm in letzt gehaltener Rechnung, oder ſonſten ſchuldig iſt. *Surd. Conſ.* 290. *n.* 33. *Franciſc. Niger Cyriac. Controv. For.* 76. *num.* 8. *Arismin. Tepatus, in Compend. Deciſ. Tit.* 489. *cap.* 11. *Secundo* Ad Expenſorum Catalogum pertinet illud, quod Miniſter Rationarius Creditoribus ſui Principalis ſolvit, cum enim ad ejus officium pertineat, omnibus illis qui Dominum obligatum habent, in tempore ſatisfacere, prout de Tutore aperte probat text. *in l.* 9. §. 5. *ff. de adminiſtr. Tut. l.* 78. §. 2. *ff. de Leg.* 2. ubi Ulpianus ait, damnum & uſuras, quas ex mora non ſolventis Tutoris patitur debitor pupillus, à Tutore ſarciendum eſſe. fac. *l.* 23. *C. de admin. Tut. Matth. Berlich. part.* 1. *Concluſ.* 71. *num.* 10. *Chaſſan. ad Conſuet. Burgund. Rub.* 3. §. 2. *verb. & faire les fruicts. ante num.* 2. *Joh. Franc. Balthaſ. ad Jus Bavar. part. Tit.* 5. *Reſol.* 7. *n.* 1. quis negabit repetere poſſe Tutorem, & quemlibet alium Officialem Rationarium, eoque fine ad Expenſorum Catalogum referre, nominatim iſtam ſummam, quam ex mandato Legum aliis repræſentare obligatus fuit. Nec enim Minor ſed ipſe Tutor conſtituitur in mora ſi longa procraſtinatione, in faciendа ſolutione negligens fuit, *l.* 78. §. 2. *ff. de Leg.* 2.

SECTIO

SECTIO IX.

AN vero Thesaurarius, pensiones, contributiones, indicta & alios ejus generis proventus etiam non exactos, acceptorum an Expensorum numero inserere possit, quotidie fere quæri solet? Prius fieri debere, quotidiana Praxis demonstrat, der Rentmeister, Schösser, Ampt-Schaffner und andere verrechnete Diener müssen alle ständige Jährliche Gefälle zur Einnahm bringen, sie haben sie würcklich erhoben oder nicht: Sed hisce non obstantibus, putamus, ejusmodi Quæstori qui adhibita diligentia, ob inopiam forte debitoris eosdem proventus exigere non potuit, permittendum esse, hosce reditus, à debitoribus non solutos ad Expensarum Catalogum, sub certa Rubrica inserre, dass er die unbezahlte Gelder und andere Gefälle, welche bey den Leuten nicht zu erheben gewesen, wider zur Aussgab setzen könne: Nec hæc sententia sua destituitur æquitate. Quando enim anni sunt steriles & calamitosi, militumque concursu subditi adeo ad inopiam rediguntur, ut tributorum oneribus sint impares, hæc sterilitas & calamitas efficit, ut Receptores ærarii publici non possint exigere, nec de non exactis teneri, prout in terminis ita concludit *Johann. Gödd. Vol.* 1. *cons. Marpurg.* 24. *n.* 121. *Francisc. Vivius Neapol. Decis.* 264. *per tot.* Et hæc Conclusio ad omnia alia debita extendi potest, quæ ob inopiam debitorum exigi non possunt, inanis enim est actio, quam inopia debitoris excludit, *l.* 6. *ff. de dol. mal. l.* 12. *ff. de furt.* quod periculum sane inanis actionis, non potest ad Thesaurarium vel Quæ-

Quæstorem pertinere, sed ad Dominum suum actio ista redit, secundum *Ulpianum in d. l.* 12. *ff. de furt. Gödd. d. conf.* 24. *num.* 122. Accedit, quod Quæstor vel Ærarii publici Receptor semper adhibitæ diligentiæ in exigendis debitis habeat pro se præsumptionem, *l.* 1. *C. qui & quos l.* 2. *verſ. adverſ. quod non arbitramur C. de offic. civ. Jud. Weſembec. conſ.* 269. *num.* 119. *& conſ.* 292. *num.* 1. *Marc. Anton. Natta, conſ.* 420. *num.* 13. *Frideric. Pruckmann. lib.* 1. *conſ.* 30. *num.* 78. *Caſpar. Klock. vol.* 3. *conſ.* 135. *num.* 185. quæ industria exinde magis patebit, si constare possit, subditos seu debitores, pro danda & concedenda sibi mora & dilatione ad Solvendum, Principi supplicasse per adducta *à Gödd. cit. conſ.* 24. *num.* 124. & seqq. graviter proinde peccant Rationum Examinatores, qui expunctis Rationibus, residui solutionem den Receſs a misero Quæstore ejusve heredibus, violenter & ilico extorquent, actiones vero non exactas Rationali ejusque lucro relinquunt. Ut proinde in omnem eventum, hoc casu prudenter agat rationalis, si omissis in expensorum Computo debitis non exactis rationibus jam examinatis, Appendicem, eine Stumpff-Rechnung adjiciat, iisque hæc nomina, quæ ob inopiam debitorum, vel aliam ob causam, exigi non potuerunt, Domino in solutum offerat. *Joh. Petr. Surd. Mantuan. Deciſ.* 184. *num.* 12.

SECTIO X.

AD formam etiam singularem ut Liber rationum dicatur bene compositus pertinent ea quæ *Mo-*

linæ. ad Consuet. Paris. Tit. 1. §.6. *Gl.* 6. *n.* 17. *&* 27. monet, quod Rationarius sub capite acceptorum ponat unum capitulum de rebus acceptis ab initio in Inventario contentis. Item capitulum de rebus noviter additis & inventis. Item aliud de fructibus aridis, aliud vero de fructibus liquidis, aliud vero de canone Emphyteuseos vel annuis reditibus, aliud de reditu investiturarum: Et quod sub capite Expensarum ponenda sint capitula de expensis horum & aliorum fructuum, aut de reparatione rerum & sartis tectis, aliud de solutis & traditis Domino, vel aliis de ejus mandato & voluntate, aliud de expensis extraordinariis, & aliud forte de his, quæ ex Inventario debuit recipere, tamen absque Curatoris Rationarii culpa recepta non sunt. Conf. Serenissimi Ducis Wurtenberg. dict. Instructionem seu formam. Wie die Amptleut ihre Rechnung setzen und stellen sollen. Dn. à Seckendorff in seinem Teutschen Fürsten-Staat. *part.* 3. *cap.* 4. Quoniam vero jam olim in Cameris redituum singuli fere Principes suis Quæstoribus certas regulas & Rubricas uti vocant, præscripserunt, nolumus diutius his inhærendo oleum & operam perdere.

SECTIO XI.

AN autem omissio diei suspectam Codicis rationum fidem faciat, & Quæstori noceat? dubitari potest. Et communis fere DD. est sententia, quod non noceat, modo annus & mensis vel aliud tempus, acceptæ vel expensæ pecuniæ, ut tempus vindemiarum vel messium expressum, & ex omissione diei

non

non resultet incertitudo, aut ambiguitas. *Baeca. de decim. Tut. c.* 3. *n.* 182. *Molinæ consuet. Paris. l.* 6. §. 6. *num.* 21. *Covarr. Pract. quæst. c.* 20. *num.* 2. *in fin. & Joseph. Ludovic. Decis.* 56. *num.* 14. *Didac. Covarr. pract. quæst. c.* 10. *num.* 2. *in fin. Joh. Garsias de Expens. c.* 20. *n.* 23. *Escobar. de Ratiocin. cap.* 10. *n.* 52. *& seqq.* modo etiam rationes ex tali libro recte conferri possint, & ex illis de reliquis constet: *fac. l. cum tabernam.* 34. §. *idemque quæsiit.* 1. *ff. de pig.* ubi instrumentum privatum fidem facit, & debitum probat, etiamsi dies in eo, quo fuit confectum, appositus non sit, & hæc sententia probatur etiam ex his, quæ in proposito rationum tradit *Abbas cons.* 28. *Vol.* 1. *n.* 1. ubi dixit, quod obligatus ad reddendam rationem satisfacit obligationi si Codicem rationum vel membranas legendas tradat, cujus sententia comprobatur ex text. *in L. Argentarius* 10. §. *edi.* 12. *ff. de edend. ibi sed ut ea sola pars rationum, quæ ad instruendum aliquem pertinet, inspiciatur, & describatur* per quem textum prædictam sententiam tenuit *Octav. Oscasc. Decis.* 128. *num.* 5. *Johann. Garcia de expens. cap.* 20. *num.* 22. *vers. unde si liber.* Et horum opinio magis magisque æquitati & bonæ fidei congruit, modicus enim defectus non vitiat rationem, ut voluit *Bald. in L.* 1. *num.* 2. *C. si adv. solut. Molinæ. Consuet. Paris. Gl.* 6. §. 6. *n.* 16. Nec in reddenda ratione dure nimis cum officialibus agendum est, nec rationis receptio nimis scrupulosa esse debet, *Bobadill. in sua Polit. Prætor. l.* 5. *c.* 4. *num.* 72. *Menoch. de arbitr. Jud. lib.* 2. *cas.* 209. *num.* 34. Magis tamen Quæstor seu Curator, fidem & industriam te-

ſtatam faciet, diem accepti & expenſi exacte annotando, plurimum enim intereſt, in vina vel frumenta in menſe Januario, vel Julii aut Auguſti vendiderit, ob pretii diverſitatem ſæpe magnam, huc pertinet *l.* 1. §. *editiones* 2. *ff. de edend. Bald. in Rubr. C. de fide inſtrum. n.* 30. *Matheſel. ſingul.* 429. *Deciſ. Genuenſ.* 126. *num.* 4. *&* 173. *num.* 13.

SECTIO XII.

DEbet etiam is qui librum rationis exhibet probare, omnia ejus capita vera eſſe, ut in *L qui ſub conditione* 111. *& ibid. Bart. ff. de Condit. & demonſtr. Molinæ. Conſuet. Pariſ. Tit.* 1. *Gl.* 6. §. 6. *n.* 21. *Caballin. milleloq.* 73. *Matth. Weſenb. conſ.* 243. *num.* 35. *Joh. Grivell. Deciſ. Dolan.* 2. *n.* 6. *Joh. Garſias de Expenſ. cap.* 20. *num.* 23. *verſ. Præterea.* & ut omnis occaſio dominos ſuos defraudandi præcidatur, & eo facilius deprehendi & contra veniri poſſit, an & quid occultaverit, ſuperverterit & interceperit, iis à quibuscunque aliquid inſolutum accipit, Schedulas vel Apochas ſuæ ſolutionis dare, & in illis ſpeciatim deſcribere, quid & quantum accepit, quove nomine, titulo & tempore, alias arbitrarie puniendus. *Peregrin. de Jur. Fiſc. lib.* 6. *c.* 3. *de Fiſci Officialibus. num.* 2. *verſ. hi autem ex Proviſione.* Et quidem ejusmodi Apochis plena fides adhibetur, ruſticique ſubditi & alii qui eas accipiunt, ſtatim liberantur, usque adeò ut contra ipſos ne quidem exceptio non numeratæ pecuniæ locum habere tunc poſſit. *l.* 1. *C. de Apoch. publ. L. in Contractibus* 14. §. *ſed quoniam* 1. *& ſeqq. C. de nonnumer. pecun. Ripa de peſte cap.* 5. *num.* 9. *verſ. cui Apocha.*

Virgil.

Virgil. Pingitzer. quæst. 47. *num.* 18. *sub fin. vers. antequam autem & num.* 19. Non tamen necesse est ut ista probatio expensarum fiat, per Instrumenta authentica, aut testes omni exceptione majores, sed poterit hæc ipsa aliquando fieri, per privata syngrapha, imò admittuntur etiam non raro probationes per conjecturas, arbitrio Judicis æstimandas; Is enim ex fide & integritate ejus, qui expendit, & qualitate expensarum arbitrari poterit, admitti, an rejici debeant tales expensæ, *Molinæ. Consuet. Paris. Gl.* 6. §. 6. *n.* 21. *Corneus in L.fin.* §. *in computatione C. de Jur. deliber.* Non autem approbari debent tales expensi in quibus non apparet, causa & ratio expensi, sed quædam profusio. *arg. L. cum plures* 12. §. 3. *de admin. Tut. & in* §. *officio. tenet Bald. in Rubi C. de fid. instrum. num.* 34. ubi dicit, quod in redditione rationum oportet ut Curatores assignent causas expensarum, *& ita fuit observatum in Camera Imperiali in causa* Keutschach *contra* Keutschach *Rutger Ruland. de Commissar. part.* 4. *lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 98. *Nicol. de Passeribus. de privata script. lib.* 4. *de libr. Tut. pag. mea.* 670. *num.* 16. Si sint verisimiles probantur expensæ per libros suos, adjuncto juramento, si vivunt, *ut in L. si quis pro Redemptione* 36. *C. de donat.* mortuis autem Quæstoribus & non jurantibus, heredi non incumbet onus strictissime probandi, Curatorem defunctum partitas seu capita libro descripta etiam cum causa expendisse, nec eidem juramentum deferri potest, quippe qui non bene super illis expensis est instructus, sed potius libro suo fides est adhibenda, in partitis verisimilibus, quia mors non parum fidei

addit ſcripturis defunctorum, ut refert, *Bald. in L. comparationes n.* 14. *verſ. ſed iſta C. de fid. inſtrum. & in L. inter chartulas C. de Conven. Fiſc. debitor. Bartol. in L. admonendi. n.* 27. *ff. de Jurejur. Paul. caſtr. conſ.* 131. *Ruin. conſ.* 18. *num.* 2. *lib.* 4. *Brigianus. de finib. regund. cap.* 62. *num. ult. quos ſequitur. Aym. conſ.* 265. *num.* 5. dicens, quod ubi ad ſupplendam fidem libri rationis requiritur juramentum ſcribentis, illud juramentum neceſſarium non eſt, ubi ſcribens mortuus jam fuiſſet, quia mors vim juramenti obtinet. *Socin. Jun. conſ.* 161. *num.* 3. *vol.* 1. *Menoch. Conſ.* 23. *num.* 9. *Gail.* 2. *obſ.* 43. *num.* 1. nec minorem fidem, quam corporale juramentum meretur; *teſte Cravett. de antiquit. Temp. p.* 1. *Sect.* 4. *num.* 48. *Alciat. Reg.* 3. *Præſumpt.* 4. *num.* 5. *Plotus ad L. ſi quando. C. unde vi.* §. 34. *num.* 2. *Caſtrenſ. conſ.* 301. *num.* 4. *vol.* 1. *incip. ad bene examinandum. Zaſ. conſ.* 301. *n.* 4. *N. de Paſſeribus lib.* 4. *de Scriptur. Priv. Tit. de libr. rationum. num.* 20. Et huic ſententiæ calculum ſuum adjicit *Decius. in L. notabili* 2. *C. de edend. idem conſil.* 151. ubi dicit, quod mors illius qui ſcripſit, æquipollet, ac ſi vivus juraſſet. Et his omnibus ſuffragatur. *Petr. Anchoran quæſt.* 55. *n.* 7. *par.* 1. *Aymon. de antiquis.* 1. *part.* §. 9. *vidimus. num.* 36. *Dambauder. de Tutor. fol.* 84. *num.* 40. Plures pro hac ſententia vide ſis apud *Maſcard. de Probat.* 2. *Vol. concluſ.* 669. *n.* 55. Et videtur horum ſententia etiam ſatis ex eo probari, quod non ſit præſumendum, quemquam tempore mortis, mendacium in Tabulis rationum à ſe ſcriptis non indicaſſe, cum quilibet moriens & ſi non præſumatur Sanctus Johannes Baptiſta ut dicit

Aymon

Aymon conſ.6. num. 5. tamen præſumitur quod non fuerit immemor ſalutis æternæ. *fac. cap. ſancimus* 1. *quæſt.*7. *L. fin. C. ad L. Jul. repetund. L.*26. *C. de nupt. Covarr. lib.* 2. *variar. cap.* 13. *num.* 8. *Thomas de Thomaſett. in Floribus Leg. Reg.* 193. Singula autem *Menoch. conſ.* 350. *Anton. Monach. Florent. Deciſ.* 2. *n.* 27. *Bertazol conſ.* 118. *num.* 15. *Flamin. Pariſ. de Reſignat. benefic. lib.* 12. *q.* 1. *n.* 7. *Franc. Molina. de ritu nupt. lib.* 1. *comp.* 18. *n.* 66. & *late Mari. Giurbæ. in Conſuet. Meſſanens. c.* 2. *Gloſſ.* 7. *n.* 2. 28. & *Gl.* 14. *num.* 8. Singula autem capita probanda ſunt, nec ſtatim, ſi pleraque expenſorum capita vera eſſe, probatum fuerit à Rationali, reliqua quoque vera eſſe dicendum eſt ut voluit Paul. de Caſtro *Vol.* 1. *conſ.* 301. *incipit Mariotus. Tertio dicitur*, & *conſ.* 302. *n.* 3. quem ſequuntur Cardinal, *Pariſ. Vol.* 1. *conſ.* 90. *n.* 3. & 4. *Hieron. Gabriel. commun. opin. lib.* 1. *tit. de præſumpt. concluſ.* 5. *num.* 1. 2. & 3. & alii multi: à quibus rectiſſime receſſum fecerunt Joſeph. Ludovic. *Deciſ. Lucan.* 42. *num.* 36. & 37. Philippus Decius Purpurat. Afflict. *Cephal.* & *Ripa à Menoch. l.* 3. *præſ.* 63. *num.* 5. citati *Alexand. Trentacinq. lib.* 2. *variar. Reſol. tit. de Probat. Reſol.* 7. *n.* 19. *verſ. contra hanc.*

SECTIO XIII.

CRedere libro Rationum Judex ſine ulteriori probatione poteſt, quando ex operis evidentia conſtat & apparet, tantum quantum in libro dicitur, veriſimiliter expendi potuiſſe. *Molinæ in conſuet. Pariſ. Gl.* 6. §. 6. *n.* 19. *Angel. in* §. *fin. Inſt. de*

V. O. Bald. in Rubr. C. de fid. Instrum. num. 34. *vers. interdum.* & *in L. qui sub conditione* 111. *ff. de condit.* & *demonstr. Johann. Garsia de expens. cap.* 20. *num.* 23. ubi refert, quod si appareat opus confectum, licet qui expendit & fabricari fecit, non scripserit in libro rationum, quantum expenderit in materialibus; adhuc ex eo solo, quod ad oculum patet, de opere confecto, illi est in calculo recipiendum, quod per peritos fabros expendi potuisse, declaratum fuerit, quia sufficit quod de opere confecto constet per operis evidentiam. *Posthius resolut.* 131. *num.* 19. & 23. *Cyriac. controv. for.* 544. *num.* 116. Ac ne res exemplis egeat *l.* 1. *ff. de præscript. verb.* elegans præjudicium de *Magno Duce Gundisalvo Fernandez à Corduba. Illescas in sua historia Pontificiali sub vita Julii* 11. §. 1. refert quo brevitatis studio, hic benevolum Lectorem remittimus.

SECTIO XIV.

ET hæc etiam locum habent ubi frater vel alia conjuncta persona in alicujus Minoris, vel absentis Majoris Tutor vel Curator erit. Nam ex eo solo quod affectio sanguinis & pietatis ratio intervenit libro rationum credendum est, maxime si ex operis evidentia tantum expendi potuisse constet, quia ratio quæ exigitur à fratre, Tutore vel Curatore non debet esse scrupulosa nimis partialis vel rigida præsertim inter Nobiles & personas honestas, ut vult. *Socin. cons.* 73. *lib.* 1. & *cons.* 40. *lib.* 4. *Joann. Garcia de Expens. cap.* 20. *Molinæ in consuet. Paris. tit.* 1. §. 6. *num.* 18. *Gutierez. de Tutel. lib.* 3. *cap.* 1. *num.*

num. 66. modo Parcella (quod ſemper præſupponimus) ſit veriſimilis ex operis evidentia, nunquam enim præſumitur frater fratrem ſuum defraudere, & deprædare velle *Socin. conſ.* 106. *col.* 3. *in antiq. quem refert Joann. de Licerier. in Tract. de primogen. lib.* 2. *quæſt.* 3. *num.* 8. Sed potius alter alterum diligere. *c. literas x. de Præſumpt. ibi. quem tanquam Chariſſimum.* Et multa de fraterno amore. *Vid. apud Afflict. deciſ.* 129. *num.* 3.

SECTIO XV.

ITa ſi formati & fideliter ſuſcripti fuerint libri rationum, eosdem Calculatoribus exhibere debent, quoties opus fuerit, vel ſaltem ſemel in anno, niſi ut ſuſpecti, ab officio Rationarii removeri velint. *Cavalc. & alii, quos refert Gutieretz de Tutel. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 31. *Cunrad. Rittershuſ. in Expoſit. Novell. part.* 8. *cap.* 9. *num.* 8. *Angel. Gizzius in annot. ad Hectora Capyc. latro. lib.* 1. *Deciſ.* 113. *n.* 1. & 2. *David. Mevius, ad Jus Lubec. part.* 2. *tit.* 3. *num.* 2. *ubi omnes Rationarios ad anniverſarias rationes condemnat, per l.* 2. §. 1. *ff. de adminiſtr. rer. ad civit. pertin. l.* 6. *C. de Jur. fiſc.* & quidem tempore definito, ſi cum temporis præfinitione conſtituti fuerint, ut Tutores & Curatores. *L. niſi finita* 4. *ff. de Tutel. & Ration. &c. l.* 1. §. 24. *ff. eod.* Quod ipſum tamen per noviſſimas conſtitutiones mutatum, ita ut Tutores ſingulis annis compellantur de adminiſtratione tutelæ & curæ rationem reddere, *Clement. quia contigit.* 2. §. 1. *de Religioſ. domib. R. I. de Anno* 1548. *tit.* Von der Pupillen und minderjährigen

Kinder &c. Ordin. Polit. zu Franckfurt An. 1577. Tit. 32. Von der Pupillen und Minderjährigen &c. Quo pertinent, quæ tradit *Carpzov. Ipr. Eccles. lib.* 2. *Defin.* 316. *per tot.* quod scilicet à Curatoribus etiam Ecclesiæ seu Præfectis ærarii Ecclesiastici, quotannis rationum redditio sit exigenda, & quidem in præsentia non solum Collatoris sive Patroni, sed etiam Pastoris & Superintendentis, cujusque Diœceseos. Si tamen novum in conveniens emergat, propter quod rationem petere Domino etiam ante definitum tempus expediat, idipsum facere potest, *tot. Tit. Inst. quib. mod. Tut. fin* Nam si mater Tutrix filiorum ad secundas convolaverit nuptias, statim Tutelæ administrationem amittit, & ab ea ratio Tutelæ exigi potest. *Gloss. in L. omnem. C. ad Sc. Tertull.* non tamen ad petendam rationem à Matre sufficiet, si ipsa sponsalia, etiam de præsenti contraxit, sed opus est, ut nuptiæ sequantur, & ad domum Mariti sit traducta. *Menoch. lib.* 2. *de arbitr. Jud. cas.* 151. *num.* 8. *Nevizan. in sylv. nuptial.* Sic & si quis, qui mutus non erat tempore, quo tutelam acceptavit, postea obmutescat, privatur administratione, & ab eo Tutelæ ratio exigi potest. *Gloss. in l.* 1. §. *Mutus. verb. Surdum ff. de Tutel.* ubi dicit quod vitium Tutori superveniens, extinguat administrationem Tutelæ. *Et eum sequitur Bartol. ibi licet Salicet. displiceat, & Angelo Aretin. in §. item propter adversam valetudinem. Instit. de Excus. Tut.* Et comprobatur prior sententia ex *text. in L. complura* 18. *ff. de Tutel.* ubi cavetur, quod in locum furiosi, muti vel surdi tutores alii dentur.

SE-

SECTIO XVI.

ILlud controverti solet: *An eo ipso, quod minor sub potestate Tutoris vel Curatoris constitutus, nuptias sive matrimonium contraxit, à potestate Curatoris censeatur liberatus, & ratione administrationis à curato rationes exigere possit?* Paulus *in l. 2. n. 2. si sæpius restitutio in integr. fuerit postul.* in eam videtur inclinare sententiam, quod si minor fœmina matrimonium contraxerit, minime à Curatore rationem curæ exigere possit, donec vigesimum quintum impleverit annum. *l. 2. C. qui Tut. dar. poss. & l. 14. C. de Procur.* Minores enim cum ideo Tutores & Curatores accipiant, quia rebus suis ipsi superesse nequeant. *l. 1. ff. de Minor. §. 1. Inst. de Curat.* & matrimonio contracto Minor, non solum non efficiatur magis expeditus, verum duplicatis oneribus, multo plus curis & sollicitudinibus matrimonio annexis afficiatur, non solum dici non debet, quod ipsius cura contracto matrimonio finiatur, verum si effici posset, secundus illi Curator esset adhibendus, ubi enim majus periculum est, ibi cautius agendum. *l. 1. §. 5. ff. de Carbon. Edict. l. 22. C. de furt. l. 29. C. de Appellat. cap. ubi periculum. 3. de Elect. lib. 6.* idque suum fecit. *Carol. IV. in A. B. Tit. 25. pr.* Proinde si Minori suo conjugato Curator ante 25. annum vel ante veniæ impetrationem ultro rationes redderet, nihilominus Curatoris oneribus & periculis obnoxius maneret. *arg. l. 2. quand. Tut. vel Curat. esse desin.* & argumento à contrario sensu, quod in Jure frequentissimum, fortissimum & utilissimum est, *l. 1. pr. ff. de offic. ejus cui mand. est Jurisd. l. 20. §. 6. ff.*

qui

qui testam. fac. poss. C. cum virum x. de Regular. C. cum Apostolica in fin. de his quæ fiunt à Præl. sine consens. Capitul. in l. 10. *ff. de susp. Tut.* ubi cavetur quod post remotionem Tutoris vel Curatoris Judicis decreto factam, periculum Tutelæ ad curatorem non spectat. Ergo si deficiente authoritate Judicis Minori ultro rationem reddiderit, bonaque illi cum reliquis tradiderit, si Minor antequam 25. annos adimplet, bona sua perdiderit, consumpserit vel dilapidaverit, periculum hoc ad ipsum Curatorem pertinebit ac si ipse dilapidasset & perdidisset, ac postmodum adveniente legitima ætate, denuo ab eo bona exigere poterit, ac si nihil Minori tradidisset. Et quod per matrimonium Minor à potestate Curatoris non liberetur, neque rationem administrationis exigere possit, videtur probare *l.* 1. *& l.* 2. *ff. de Minor. ibi Appareat Minoribus* 25. *annis eam opem polliceri, nam post hoc tempus compleri virilem vigorem constat. Et ideo hodie in hanc usque ætatem Adolescentes Curatorum auxilio reguntur, nec ante rei suæ administratio eis committi debebit, quamvis bene rem suam gerentibus. Et ibi Neque per liberos suos rem suam maturius recipient à Curatoribus.*

SECTIO XVII.

QUodsi autem is cui reddendæ Rationes debito tempore oblatas accipere nolit, ea quod absit, mente, ut Receptores semper obligatos habeat, vel mortuorum relictis liberis ac Conjugi negotium facessere, ac facilius aliquid detrahere queat, Quæstor ad evitandam futuram calumniam & cursum usu-

uſurarum, denuciet Domino, quod ad rationes reddendas paratus ſit. Quodſi denuo rationes reddendas ſeu accepta & data conſerre reſpuat, ne temporis lapſu ipſius probationes deficiant, Judicem adeat, ut ad perpetuam rei memoriam, Teſtes quos habet, recipiat, & citato Domino de cujus præjudicio agitur, ipſe Calculatorem nominet, & ut alter ob contumaciam Domini à Judice nominetur, petat, quibus ſua Inventaria & libros rationum exhibeat, quibus inſpectis & cognitis Calculatores, quis eorum & in quantum reliquetur oſtendent. Ac demum ſi iſte Adminiſtrator in aliquo fuerit reliquatus ad evitandum curſum uſurarum Dominum requiret, ut reliqua recipiat. Eoque recipere nolente, penes ſequeſtrum publicum vel in æde ſacra deponere tenebitur. *arg. L. fin. C. de uſur. pupill. & L. Tutor. qui repertorium 7. §. fin. ff. de admin. Tutor. Maſcard. de prob. Concluſ. 1256. num. 13. Jacob. Schultes. in addit. ad Modeſt. Piſtor. quæſt. 126. n. 130. Bald. in L. Si abſenti C. ſi cert. pet. Johann. Cephal. conſ. 9. per tot. Chriſtoph. Phil. Richter. Deciſ. 13. n. 24. Menoch. conſ. 988. num. 7.*

CAPUT VI.

De Foro Competente Rationariorum.

SECTIO I.

QUilibet Rationarius pro ratione Adminiſtrationis reddenda coram ſuo Judice eſt conveniendus. Quis autem Judex ejusdem competens ſit,

non

non omnino videtur esse expeditum. Si res ex generalibus Juris nostri principiis decidenda foret. Actor forum rei sequetur. *cap. Experientiæ* 15. & *cap. Si quisquam* 16. *caus.* 11. *q.* 1. *cap. sane.* 3. *cap. Cum sit generale.* 8. *x. de foro compet. l.* 5. *C. de Jurisd. omn. Judic. l.* 2. *C. eod. L. fin. C. ubi in rem actio l.* 2. *C. ubi & apud quem.* Essent igitur Rationarii conveniendi, vel in loco domicilii. *l.* 2. *C. de Jurisd. omn. Jud. Donell.* 17. *Comment. cap.* 17. *Ordin. Regis Lusitan. lib.* 3. *tit.* 11. *in pr. Caspar. Thesaur. quæst. Forens. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 6. Vel contractus. *L. heres absens.* 19. *in pr.* & §. 1. *de judic. l.* 1. *ff. de eo quod cert. loc.* Sunt enim hæc duo Fora quibus in conveniendo aliquem actione personali, quæ oritur ex obligatione conventionis, utimur. *Wesenb. Parat. ad Tit. ff. de Judic. in fin. C. I. A. l.* 5. *Tit.* 1. *θ.* 201. & *seqq. Zœs. Tit. ff. de Judic. num.* 70. & 73. Sed his non attentis, certi juris est, quod actiones de ratiociniis, eo loci sint exercendæ, ubi negotium tam publicum quam privatum administratum est. *l.* 1. & 2. *C. ubi de ratiocin. ag. oportet*, *Roland. à Valle* 1. *cons.* 49. *num.* 67. *Gutierez de Tutel. & Cur. part.* 3. *cap.* 1. *num.* 125. *Michël Angel. Gizzius. in not. ad Hect. Capyci. Latro. part.* 1. *decis.* 113. *n.* 5. & 4. ubi statuit, remittendum esse Rationalem ad locum administrationis, si ibi non inveniatur, *fac. l.* 54. *in fin. ff. de Procur. l.* 36. *in fin.* & *l.* 45. *ff. de Judic.* cujus sanctionis ratio est in *d. l.* 1. & 2. *C. ubi de ratiocin. agi oport.* quia in loco administrationis, instructio sufficiens, nota testimonia, & verissima documenta, quibus Judex instruatur præsto sunt: Et ita intelligendum quod notat: *Vi-*

vian.

vian. in L. Tales 112. §. *Priscus.* 3. *ff. de condit. & demonstr.* quatenus dicit, quod si Rationes alicui Magnati præstari debeant, administrator illas reddere tenetur in domo ipsius Magnatis. Et ita tenet *Otalora de Nobilitat.* 5. *par. cap. ult. num.* 16. *Christoph. Phil. Richter. vol.* 2. *cons.* 258. ubi testatur Facultatem Juridicam Jenensem ita respondisse Mens. Jun. 1637. ad requisitionem Consiliariorum, zu Ohrdruff. Non vero in Domini sortalitio sed Administratore petente domus concilii Civitatis vel villæ ubi Dominus esset, assignari debet. *Bald. in L. cum sententiam C. de Sent. & inter omn. Jud. Avend. prim. part. de exequen. mand. cap.* 9. *num.* 4. Licet enim loquatur ibi de eo casu quando Dominus ratione bonorum Reipublicæ à Syndicis & Rectoribus villæ vel civitatis rationes exigit, idem tamen dicendum videtur, de administratione suarum rerum, quandoquidem Quæstor seu Rationarius Domino rationem in Castello redditurus, adsignandas quasdam partitas potentiæ metu vel reverentia, velit, nolit, posset compelli, quæ alias & alibi jure diffiteretur, cum præsertim etiam blanditiæ ejus qui jubere potest, mandati vicem obtineat; juxta illud:

Est orare Ducum species violenta jubendi,
Et quasi nudato supplicat ense potens.

Mascard. de Prob. concl. 193. His igitur violentiis obviam ire Judicis est, ne illicitæ extorsiones fiant. ut *in l.* 6. §. *fin. ff. de offic. Præsid.* Et ideo sufficit allegare timorem, ubi litigandum est cum potenti ut causa & Rationes in Curia retineantur & dispungantur. *arg. L. unic. C. quand. Imperat inter pupill.*

pill. & vid. ibi Cum alicujus potentia exhorrescunt. Georg. Franzkius Resolut. lib. 2. qu. 26. num. 7.

SECTIO II.

AN *autem miserabiles Personæ possint petere, ut Ratiocinia, suarum Tutelarum vel aliarum administrationum, propriæ substantiæ in Regia Curia calculentur?* Disquirunt DD. nobis Negativa Juri magis consentanea videtur, ideo quod de natura ratiociniorum sit, ut in eodem loco, quo facta fuit administratio, ibi & earum calculatio fiat. *l. 1. & 2. ubi Gloss. & DD. C. ubi de ratiocin. agi oport.* quod si enim Rationarius extra locum administrationis, rationem reddere compelleretur, suum ipsi officium aliquo modo foret damnosum cum aliquas & forte magnas expensas illuc eundo facere oporteret. contra *L. Sed & si quis 7. ff. quemadm. Testam. aper. L. inter Officium 54. ff. de his quib. ut. indign. cap. pervenit. de fidejuss. C. cum non deceat. 30. de elect. lib. 6.* Si tamen ejusmodi miserabiles personæ, in loco gestæ administrationis supputandis rationibus à Judice vexarentur, Calculatores appellare poterunt ad Curiam & ibi petere ut rationum causa retineretur, & ibidem terminaretur, ne illicitæ extorsiones fiant. *l. 6. §. fin. ff. de offic. Præsid.* Hæc de rationum Tabulis tum conficiendis, tum confectis exhibendis. Videamus impræsentiarum, quomodo exhibitæ sub examinationis incudem revocari, calculari & expungi debeant.

CAPUT

CAPUT VII.

De Ratiocinatoribus ſeu Calculatoribus Rationum, deque eorundem Poteſtate ac Jurisdictione.

SECTIO I.

Silentio hic non ſunt prætereundi Examinatores Rationum, Ratiocinatores ſeu Calculatores, vulgo Juſtificatores dicti, quos nos viros probos, conſtantes, artis rationariæ & calculi peritos, ſacro ad id Juramenti vinculo ſpecialiter obſtrictos eſſe vellemus, ut errores omnes maximos, medioximos, minimos diligenter & fideliter, ſine ullo tamen affectu, aliis poſtea Judicibus judicandos annotent.

Virum probum ad hoc munus vocamus, removentes non ſolum, uti ab omni alio officio improbos & ſceleratos, ſed illos quoque, qui conſanguinitate, amicitia, odio aliisve affectibus præoccupati, vel craſſiores errores in detrimentum Domini & Subditorum, vel Reipublicæ, diſſimulare, & Judici glaucoma objicere, vel è contra nodum in ſcirpo quærendo Rationarium falſis nominibus, in invidiam vocare & de fama ejus detrahere nituntur: Nihil enim unquam tam probe & provide dici vel fieri poteſt, quod non vellicare malignitas, nec quicquam tam male ac perverſe, quod amicitia & benevolentia, aliquo modo ac prætextu non excuſare poſſit. Sincere igitur & absque iniquo partium ſtudio Ratiocinator ſeu Juſtificator procedat; in quo

porro constantiam & Juramentum requirimus, ut nulla vel spe decipi, vel metu dejici possit. Culpæ enim aut non recte sibi conscius Rationarius, precibus, domis promissis, omnique officiorum genere grassabitur, queis sanctissimum fidei & Justitiæ castellum expugnatum iri etiam minima spes affulserit. *Munnoz. de Escobar de Ratiocin. cap.* 8. *num.* 21. & 22. *Rutger. Ruland. de commissar. part.* 1. *lib.* 4. *c.* 19. *n.* 15. *Marc. Anton. Natta. cons.* 40. *n.* 3. *Heigius part.* 1. *quæst.* 20. *num.* 19. Quibus obviam ire voluit Serenissimus Elector Palatinus, in Constit. Von verrechneten Dienern Anno 1671. 4. Jan. public. his verbis: Nachdem auch kundbar ist, dass durch die Gab und Geschencken, sie seyen so klein wie sie wollen, die menschlichen Gemüther unvermerckter Dingen erweichet, und von der Strenge der Gerechtigkeit abgeleitet, folglich dardurch Anlass zu misshandlen gegeben und genommen wird; Als sollen die verrechnete Bediente denenjenigen, so ihnen bey Erlang- oder Verwaltung ihrer Dienste Gunst und Vorschub erweisen können, keine Geschenk und Gaben, auf mittel- oder unmittelbare Weise, oder unter was Schein das geschehen möchte zu bringen, oder dessen Verheissung thun, noch diese vorgedachten verrechneten Bedienten, es sey bey Erlangung oder unter währenden verrechne-Diensten annehmen, oder von denen Ihrigen nehmen lassen, so lieb ihnen ist obgemeldte schwere Straff der Untreu, so einem jeden, so hierwider freventlich handelt, auferlegt werden soll, zu vermeiden.

SECTIO

SECTIO II.

AN Ratiocinatores ab uno alterove ex partibus repudiari possint? ratiocinantur Juris nostri Interpretes. Et distinctione lis dirimenda videtur: Aut enim Calculatores ab utraque parte sponte & unanimi consensu fuerunt, electi, aut suum quisque sigillatim elegit, aut Judex ob partis contumaciam aliquem nominavit. *Primo casu* recusationi locus non erit, quia quod semel placuit amplius displicere non potest. *L. Faciat.* 5. *C. de O. & A. C. quod semel* 21. *de R. I. in 6to. Thom. de Thomasett. in Floribus Legum Reg.* 266. *Secundo autem & tertio casu*, alter alterius Calculatorem jure recusare potest, contra eum excipiendo, non tantum ratione suspicionis, sed etiam imperitiæ, calculatio enim cum à peritis fieri debeat. *Garc. Tract. de expens. cap.* 24. *n.* 25. merito rejiciuntur, qui in agendis rebus nec habent usum, nec experientiam. *arg. Nov.* 82. *in pr.* Et si rejectus, recusatione non obstante in causa procedat, quicquid egerit in nihilum redibit, nec qui recusavit illius tenebitur stare calculationi, perinde ac si tempore quo calculavit seu rationes subduxit, mortuus fuisset *Joann. de Plat. in L.* 1. *in fin. C. de his qui non implet. stipend.*

SECTIO III.

HAbent hi Calculatores seu Justificatores quodammodo Jurisdictionem vel notionem quandam maxime ubi præcedente Judicio, à partibus, vel etiam à Judice nominantur ut sentit *JC. in L.*

50. *ff. de condit. & demonstr. ibi : Amplissimi Consules arbitrum dabunt, qui excussis rationibus non tantum quæ reliqua sunt, Epaphroditi constituent, verum etiam quas rationes, quæque instrumenta reddere aut exhibere Dominis suis debeant, ubi Paul. Castro* notionem quandam prædictos Calculatores habere asserit, dicens, quod ex simplici facultate illis concessa, potestatem habeant pronunciandi sententiam, alterum alteri condemnando, idque memoriæ tenendum existimat, licet postmodum aliter observari testetur, & ingenue fateatur, prædictos Calculatores, facultatem habere solummodo videndi, referendi & producendi rationes coram Judice, easque postmodum Judicem recte an non recte factas judicare, quod in dubio etiam verius esse putamus, secus vero si per Judicem aliquis ex articulis Juris definiendus, Calculatoribus fuisset commissus, aut quando ipsæ partes Calculatores tanquam Arbitros Juris nominaverint committendo illis, ut circa Juris articulos, in rationibus Juris peritos consulant, & secundum illorum sententiam rationum dubia declarent. *Benevent. Stracha. de Mercatur.* 2. *part. n.* 67. *Alex. conf.* 21. *num.* 11. & 12. *volum.* 2. *Castrens. in l. Si cui libertas ff. de condit. & demonstr. Menoch. de arbitr. Cas.* 209. *num.* 36. *Ruland. de Commissar. part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 19. *num.* 17. *Mascard. de Probat. Conclus.* 253. *n.* 8.

SECTIO IV.

MOdus examinandarum Rationum in hoc consistit, ut quando primæ Rationes reddantur, inspi-

inſpiciatur inventarium, an ſumma in eo contenta, cum Rationibus conveniat, an ex ſingulis prædiis in repertorio ſpecificatis annui fructus ad numerũ acceptorum ſint relati: quando vero ſecundæ ac reliquæ poſtmodum ſub examinationis incudem vocantur, inſpiciuntur rationes ultimæ ſive proxime redditæ & ſumma calculi confertur cum ea, quæ in proxima poſteriore ponitur, in fine omnium rationum tandem ineunda eſt collatio inventarii cum rationibus ipſis exindeque perſpiciendum, quid & quantum ex bonis à principio Tutori vel Ærarii publici Receptori juxta repertorii deſcriptionem traditis adhuc ſuperſit, ut hac ratione facile perſpici poſſit, num introitus & exitus legitimo & decenti modo cohæreant. *Joh. Franciſc. Balthaſar. ad Jus Bavar. part.* 1. *Tit.* 5. *Reſol.* 8. *n.* 9. *v. ut autem.* Quæ omnia præcæteris etiam erudite & late docet ſæpius citatus Generoſus Dominus à Seckendorff in ſeinem Teutſchen Fürſten-Staat *p.* 3. *c.* 4. quando ait: Inſonderheit iſt zu Einbringung der Fürſtlichen Einkünfften die richtige Rechnung von allen Dienern und Verwaltern der Herrſchafft Gefälle, und deren gebührliche Abhörung vonnöthen. Es beſtehet aber ſolche Rechnung in ordentlicher Verzeichnuſs der Einnahm, Auſsgab und Uberſchuſs, Reſt oder Receſſes, und wird durch die Fürſtliche Cammer denen Rechnungsführern richtige Maas in dieſen Puncten fürgeſchrieben, und die Examination darnach angeſtellt, als bey der *Einnahm*, iſt dieſelbe entweder gewiſs und beſtändig, oder ſie ſteigt und fällt, und iſt unbeſtändig: Die beſtändige Einnahmen an allerhand gewiſſen Erbzinſen und Gefällen, werden

geführt und verzeichnet nach Innhalt jedes Ampts-Erb-Saal-und Lager-Büchern, und der bey jeder Rechnung daraus nothwendig fliessender Titul, deren keiner auszulassen, noch zu übergehen, und etwann für ein Accidens dess Rechnungsführers zu halten ist: Uber alle beständige bey Unterthanen stehende Gefälle müssen jährlich neue Mahn-Register und Verzeichnussen durch die Einnehmer verfertiget werden, alldieweil sich die Besitzer der Zinss und dergleichen Güter öffters änderen, und in Verbleibung solcher Verneuerung grosse Wirrung der beständigen Renten entstehen: Auch müssen über diss einem jeden der solche Gefälle entrichtet, Zetteln und Quittungs-Schein ausgeantwortet, und darüber dennoch in das Register die gewöhnliche Zeichen oder (Dedit) dass es gegeben sey, geschrieben werden, damit der Diener im fall er Reste bey den Leuten, oder ein mehrers als ihm gebühret, forderte, überwiesen, und diese auch kundig würden, was und wesswegen sie jedesmal gemahnet werden: Die meisten Nutzungen aber sind nicht dergestalt beständig, sondern ereignen sich bald höher, bald geringer, nach Unterscheid dess Jahrgangs und anderer Umständen, bestehet demnach hierinn der gröste Fleiss bey der Rechnungsführung und Abhörung, dass wo müglich die Fürstliche Cammer *nicht auf eines jeden Anzeig oder Quittung allein traue*, sondern andere Nachricht und Mittel gebrauche, wodurch man eigentlich, oder doch mehrentheils wissen könne, ob die angegebene Einnahm nicht höher oder grösser, sondern wahrhafftig, also wie sie angeben wird, gewesen,

wesen, und ob gleich alle solche Diener mit schwerer Pflicht belegt werden, so gibt es doch die tägliche Erfahrung, daß der Menschen Bosheit und Untreu dißfalls öffters solche Pflicht überwindet, dahero grosser Unterschlag und Betrug vorgenommen wird. Zu diesem Ende wird nun in dergleichen Einnahm ein und andere Vorsichtigkeit gebrauchet: Als zum Exempel in allen Aemptern in gemein die Einschickung der Extract aller Einkünfften gangbarer und ungangbarer, wie sie jedesmal sich befinden, und zwar mit dem Unterscheid, daß über die, welche nur einmal im Jahr fallen, auch nur ein jährlicher Extract, allwo 14. Tag vor dem Lieferungs-Termin, über die aber, welche etlichmal und öfters erhoben werden, alle Quartal oder auch alle Monat eingesendet werden. Ferner und insonderheit bey Bergwercken, den Geleiten (und Zöllen) dienet zum Beweiß der Einnahm, die Einwerffung in verschlossene Kästen öfftere Einschickung der Verzeichnussen und die etlicher Orten gebräuchliche Außwechselung der Zeichen: Bey der Wald-Nutzung, daß die Schreib-Register, was jedwederer an Holtz-Materialien erlangt, durch zwo Personen, nemlich durch den Amptmann oder Gegenschreiber, oder der dessen Stelle verwaltet, und dann auch den Forstmeister geführt, vor Einschickung der Wald-Gelder darauf folgende Rechnung darnach examinirt werde.

Bey der *Wild-Rechnung* dienet die Einschickung der Verzeichnuß, was auf jedem Forst geschossen oder gefangen, und die Uberlegung deß dagegen verordneten Pirsch- oder Fang-Gelds.

Bey der *Steur (und der Frevel- oder Bussen-Rechnung)* die Einschickung richtiger von der Obrigkeit besiegelte, und von dem Unter-Einnehmer unterschriebene Register, welches alles gegen die Anschläge zu halten, und zu justificiren: Also auch vor denen Umgeld- oder Tranck-Steur Terminen, die Einschickung der Extracten, was gebrauet oder verzäpfft, oder was an Wein erwachsen, was eingelegt und verkaufft worden.

Bey *Frohn-Gelds-Rechnung* eigentliche Verzeichnuss der Personen und ihrer Frohnbaren Pferde und Zug-Ochsen 14. Tag von den Frohn-Gelds Terminen, und die bey der Cammer darauf angeordnete Abzehlung und Abrechnung der geschehenen Frohnen bey Hof und auf dem Land.

Bey dem *Jährwachs von Ackerbau* dass mit den Schnittern und Dröschern richtige Kerb-Höltzer gehalten, von den eingebrachten Früchten eine Prob gedroschen, nach der Ernde der gantze Jahrwachs summarisch beschrieben, dann über das Aufheben dess Getraids alle 14. Tag, und auf Lichtmess, oder wenn folgends gar aussgedroschen, was die gantze Einnahm, Aussgab nnd Uberschuss dess Getraides gewesen, Verzeichnuss eingesendet, und der Sturtz der Früchten vorgenommen werde.

Bey der *Vieh-Zucht und Schäffereyen*, was die Zahl dess Viehs, und sonderlich der Schaaf, öffters unvermerckt durch jemands auss der Cammer überzehlt, auch eine gewisse Person zu der Wollenschur, und Abzehlung der Jährlichen Mehrung befelcht, dieselbe richtig verzeichnet, alle Herbst und Frühling Verzeichnuss darüber eingeschickt, der Abgang darauf

darauf zu ersetzen angeordnet, und allen Rechnungen völlige Inventaria über allerley Vieh und dessen Mehrung und Abnahm beygelegt werden.

Ingleichem daſs bey Besetzung und Auſsfischung der Teiche auſs der Cammer gleicher gestalt, jemand zugegen sey, Register halte, und in deſs Beampten Rechnung hernach dahin gesehen werde, ob die Summa deſs angegebenen Empfangs und Verkauffs damit eintreffe, oder wie hoch der Abgang, und ob er gewöhnlich oder vermuthlich sey, darum dann auch jedesmaliger Fischung und Besetzung die Specificationes, ingleichem wegen der Fisch-Bäche, was darauſs genommen wird, Monatlich Extracte einschicken, nicht weniger die Beschaffenheit der Teiche, die sich selbst besetzen, um den Herbst und Frühling zu berichten.

Also wird auch dergleichen Abordnung gethan, bey Auſskeltern und Ablaſs deſs Weins, durch gewisse Maas, wie viel Abgang der Lager-Wein, Hefenrecht und Füll-Wein nach gewöhnlicher Art passirt werden soll; Bey den Wiesen-Wachs mit Verzeichnuſs und Kerb-Höltzern der geführten Fuder.

Bey *Hof-Küchen-Keller- und Futter-Rechnungen* müssen die Einnahmen auſs denen Rechnungen der anderen Beampten von denen nach Hof die Lieferung geschicht, und der Hof-Aempter Quittungen sich erweisen, der Tax aber an Geld, nach der Cammer Verordnung geführt werden. Insgemein ist auch zu diesem Ende einem jeden bey Pflichten befohlen, daſs er ein richtiges Manual, oder tägliche Verzeichnuſs seiner Einnahm und Auſsgab halte, und die Rechnung darauſs formire, kei-

nes wegs aber ſolches unterlaſſen, oder verkehrter weiſe auſs der Rechnung ein Manual ziehen ſoll, damit man allen falls und in Mangel anderer Mittel und Nachrichten, auſs eines jeden eigenen Verzeichnuſs nach den Umſtänden der Zeit und der Summ, wie es mit der Rechnung einſtimme, abnehmen, und entweder den Betrug, oder den Verſtoſs, welcher auch offt treuen und fleiſſigen Dienern in weitläuffigen Rechnungen begegnet, darauſs ermeſſen könne.

Demnach auch etliche in der Summ ihrer Rechnung zwar ſich richtig erweiſen, aber dieweil ſie ein gantzes Jahr oder auch an weitläuffigen Cammern wol mehr Zeit zur Ablegung der Rechnung haben, pflegen ſie inzwiſchen, mit dem Vorrath an Geld oder Getreyd allerhand Partiten zu treiben, ſolches, wann es theur iſt, zu verkauffen, und hernach bey der wolfeilen Zeit wieder zu erſetzen, auch das Herrſchafftliche Geld auf eine Zeitlang um allerley Genieſs für ſich oder bey andern anzulegen, welches bey hoher Straff verbotten, &c. &c.

Hactenus ille, cui quod addamus non habemus; Plura qui deſiderat adeat alleg. Dn. à Seckendorff. loc. cit. & ſingulares cujusque Principis ordinationes ſeu Conſtitutiones Camerales ex quibus multa præcepta in examinandis Rationibus Juſtificatoribus præſcripta, haurire poterit, nobis easdem inſpicere haud contigit, & ſi omnino plures videre contigiſſet, referre ſingula non Diſputationem ſed integrum volumen ſeu Tractatum ſcripturi res eſſet, ætati & prudentiæ, cui plus roboris & rerum agendarum uſus acceſſit, reſervanda.

SECTIO

SECTIO V.

CUm autem tota materia rationum ex æquo & bono dependeat, cumque maxima æquitate terminari, per ea quæ alleg. *Wesenbec. conʃ.* 47. *n.* 32. nec nimis ſcrupuloſa rationum redditio eſſe debeat. *l.* 50. *ff. de leg.* 1. *Johann Gryphiander in Oeconom. legali lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 128. dicti Juſtificatores dure nimis cum Rationariis haud agant, ita ut ob levem cauſam maximum negotium iisdem faceſſant, laureolam in muſtaceo quærentes, quos inter ingratos cuculos referre *Petr. Frider. de Mand. l.* 2. *cap.* 49. §. 7. *in fin.* non dubitavit; Recipiendi proinde & admittendi in calculo ſumptus bona fide facti. *l.* 1. §. 4. *& ſeqq. ff. de Tutel. & Ration. diſtrah.* nec in quavis minima ſumma exigendæ maximæ probationes. *Bart. in d. l.* §. 3. *ff. de Tutel. & ration. diſtrah. Bald. in L. id quod pauper. in fin. C. de Epiſc. & Cleric.* Pertinent huc omnes illæ impenſæ quæ neceſſariæ vocantur & habent in ſe neceſſitatem impendendi *l.* 1. §. *ff. de impenſ. in res dotal. fact. l.* 79. *de V. S. Blaſius Michalorius, Deciſ.* 45. *num.* 64. Non tamen temere in calculo recipiendæ donationes à Rationariis factæ, *l. ult. ff. de curat. Furioſ. L.* 22. *ff. de admin. Tutor. L.* 46. *ff. eod. L.* 22. *C. de Pact. L.* 1. §. 1. *ff. de Offic. Procur. Cæſar. ibi. Si donationis cauſa quid agit, nihil agit, non enim ei alienare rem Cæſaris, ſed diligenter gerere commiſſum eſt.* Niſi modice per Rationarium donatum eſſet, idque conſuetudine Regionis *c. cæterum. x. de donat.* Aut ſi donaſſet ea, quæ Dominus ipſe donare alias ſolet, ut ſi in die Regum Solennia mu-

nera

nera Præceptoribus filiorum vel Advocatis sive Procuratoribus mitteret. *l.* 12. §. 3. *ff. de admin. Tut. ibi. Imprimis Tutor mercedes Præceptorum, non quas minimas potuerit, sed pro facultate patrimonii pro dignitate natalium constituet.* Et ibi: *Solennia munera parentibus, cognatisque mittet.* Aut si quid donatum erit per Rationarium in remunerationem servitiorum Domino factorum in calculo erit recipiendum, quia licet donare simpliciter non possit per *jura supr. relata:* tamen remunerationis gratia recte donare poterit *l.* 4. *ff. ubi pupill. educar. deb.* Quia remuneratorie donando, non dicitur simpliciter donare, sed magis debitum solvere. *Bart. in L. ambitiosæ ff. de decret. ad ord. faciend.*

SECTIO VI.

Elegans hic solet esse dubitatio, & propterea non omittenda; *An si Tutor sive Curator pupillo vel Minori suo gallinas, capones sive perdices & alia delicatissima cibaria præstitisse profiteatur, idque in Codice rationum scripserit, hoc ei sit in calculo recipiendum?* Doctores eandem resolvere solent hac distincticula: aut iste Minor sive Pupillus nobili genere natus est, & insimul dives, aut est plebejus vel agricola, licet dives; Illo casu cibaria illi præstita, quantumcunque delicata in calculo recipienda sunt; secus vero si rusticus esset, hic enim ali debet pane, cœpa & allio, non delicatis cibariis, prout vult *Accurs. in L. Servis urbanis ff. de Leg.* 3. & *in L. idem. quæ* §. *idem. Labeo. ff. mand.* ubi dicit, quod Nobili alimentario præstanda sint in alimenta galli-

næ,

næ, perdices, & arietina caro, Ruſtico vero, allia cœpæ, caſeus, & legumina. *Gloſſ. in cap. Epiſcopus* 10. *q.* 2. *cap. nobis. x. de Jure Patronat. Tiraquell. de Nobilitat. quæſt.* 10. *n.* 187. Aliud dicendum de vino quod à Tutore pupillo, ſive Nobili, ſive Ruſtico præſtitum, neutiquam in Calculo recipiendum eſt, quia puer nutritus vino, nunquam pervenit ad bonum finem, *ita Gloſſ. Margin. in L. qui filium ff. de Aliment. pupill. præſtand.* Niſi ad fuerit juſta aliqua cauſa infirmitatis vel convaleſcentiæ.

SECTIO VII.

Recipienda etiam ſunt Salaria in Calculo, quæ Rationariis debentur ab iisdem, cum aliter ea conſequi nequiverint, in calculo deducta *Viv. lib.* 2. *opin.* 133. *Covarr. lib.* 1. *Reſol. num.* 15. *verſ.* 4. *Suarez. Theſ. recept. ſentent. lit. F. num.* 399. Welchem verrechneten Diener, der Herr an ſeiner Beſoldung ein merckliches im Ruckſtand verbleibt, der iſt ſo hoch nicht zu verdencken, wann er von den eingenommenen Geldern ſich thut bezahlt mamachen, quia Miniſtri ita jure retentionis potius uti, quam res Domini contrectare videntur. *Joh. Petr. Mologn. de Retent. quæſt.* 45. *& quæſt.* 109. *Angel. in L. numularius §. Argentarius. num.* 12. *ff. de edend.* Qua de cauſa DD. concludunt, eos etiam Miniſtros, qui Dominis ſufficienter de ſalario repræſentando interpellatis, nihilque præſtantibus, revera quid ſubtrahunt, & auferunt, non incidere in furti crimen, modo nihil ultra debitam ſalarii quantitatem contrectent. *Jacob. de Belviſo in ſua Pract. crim.*

crim. lib. 1. *cap.* 10. *num.* 19. *vers.* Tertio. per *cap. unic. in fin. de Milit. Vasall. qui contumax est.* 2. *F.* 22. *ibi. si Dominus ei justitiam facere noluerit, poterit eum deprædare. Bajard. in addit. ad Clarum.* §. *furtum. num.* 86. *Bart. in L. jubemus.* 16. *num.* 11. *C. de erogat. milit. annon. Matth. Stephan. de Jurisd. lib.* 2. *part.* 2. *cap.* 2. *num.* 188.

SECTIO VIII.

QUæri hic poteſt, ſi ſalarium fuit conſtitutum, Rationali, an præter ſalarium poſſit deducere viatica & expenſas in proprium corpus ſactas, dum nomine ſui Principalis peregre proficiſcitur? An vero dicendum ſit ſalarium ideo etiam datum eſſe, ut inde vivat peregre abſens, & alimenta neceſſaria absque alia à Domino facienda reſtitutione, ſuſcipiat? Et non eſſe imputandum ſalarium, ſive non compenſati ſalarii quantitatem, cum ſumptibus ab officiali Rationario in viatica ſactis, niſi hoc expreſſe convenit, ut ſalariarius ſumptus de ſuo faceret, ad hæc itinera, hoc eſt, de ſalario. text. eſt expreſſus *in l.* 10. *§.* 9. *in fin. ff. de Mand.* & docet *Joh. Garsias de expens. cap.* 20. *n.* 15. Sicut autem, ubi res non exigit, prodigaliter nemo expendere aliquid debet, *l.* 1. §. 1. *ff. de Offic. Procur. Cæsar.* ſed in omnibus expenſis debitus modus ſervandus eſt. *l.* 12. §. 2. *ff. de administ. Tutor. Escobar. de Ratiocin. cap.* 25. *num.* 2. ita quoque talis Miniſtri Rationarii expenſæ in Rationibus recipiendæ ſunt, quas in propria cauſa expendiſſet. *Carpzov. lib.* 5. *Resp. Elector.* 66. *num.* 12. & 15. *Balthasar. ad Jus Bavar.*

part.

part. 1. *Tit.* 5. *resol.* 7. *n.* 40. *vers. item si Tutor. Paul. Montan. de Tutel. cap.* 32. *Reg.* 9. *num.* 161. *Garsias de Expens. cap.* 20. *n.* 7. *in fin. & num.* 17. *vers. illud tamen,* ubi dicit, ita lites esse agendas, & causas tutelæ & administrationis tractandas; sumptusque faciendos, ut tutor, Curator, Syndicus, & reliqui Rationarii in hujusmodi sumptibus & expensis ita se moderate gerant, quasi res propria, non aliena gereretur, neque enim pro pupillo, vel aliis magis expendendum esse, quam pro se expenderet Tutor vel Curator. Sed hoc an modicè vel immodicè quid expensum fuerit, Judicis arbitrio decernendum erit, qui personæ & rei familiaris qualitate considerata arbitrabitur plusve minusve expensum fuerit. *Escob. de Ratiocin. cap.* 25. *num.* 4. *Montan. de Tutel. cap.* 32. *Reg.* 9. *num.* 165. *& seqq.*

SECTIO IX.

TAndem & hoc non raro in quæstionem venit. *An Calculatores, qui dolose, vel ex gratia rationes falsas dispunxerunt, animo aliquem intercipiendi, actione civili tantum, an etiam criminaliter puniri possint?* Ubi ante omnia præsupponendum, quod pro Calculatoribus & Justificatoribus, legitime, sine dolo & fraude illos calculasse præsumatur. *Socin. cons.* 90. *in fin. Vol.* 4. *Petr. Paul. Paris. Vol.* 1. *Cons.* 89. *num.* 8. *& alii* relati â *Mascard. de Prob. concl.* 253. *num.* 20. Quod si autem in dolo reperiantur Actio ad interesse, adversus tales dolosos Calculatores datur. *arg. L. fin. ff. Si mens. fals. mod. dixer.* ibi. *Ego etiam adversus tabularium puto*

actio-

actiones dandas, qui in computatione ſefellit, Imo *ex L. Jul. de Falſis* puniri poterunt. *tot. tit. ff. ad L. Jul. de Falſ.* Et hanc ſententiam etiam amplectitur *Hieronym. de Monte Brixiano, in Tit. de finib. regund. cap.* 33. *n.* 1. ubi illam extendit, etiamſi culpa ſola interveniente, damnum emerſiſſet, alicui ob ignorantiam & imperitiam ejus, qui calculandi officium ſuſcepit, cum maxima culpa ſit, aſſumere officium ad ſe non pertinens, & hæc aliquo modo dolo æquiparari ſolet. *L. magna negligentia* 226. *ff. de V. S.*

CAPUT VIII.

De Fine Rationum.

SECTIO I.

CÆteris hucusque cauſis Rationariorum ſeu reddendarum Rationum evolutis, ultima adhuc delibanda ſupereſt, nempe cauſa Finalis, quam dicimus eſſe in genere ipſam Facilitatem probationis & certitudinem rerum ſupputationi ſubjacentium, quatenus acceptæ vel expenſæ fuerint: Vix enim rationes, ut aliæ ſcripturæ diuturnitate ſua omnis fere generis probationes ſuperantes, alium in finem, quam ut rerum geſtarum, ſeu adminiſtratarum veritas ac probatio ſemper in promptu habeatur & conſervetur, confici ſolent. *l.* 4. *ff. C. de Fid. Inſtrum. L.* 29. *C. de Teſtam. c.* 43. *x. de Teſtam.* Hinc Codicibus Rationum tam pro ſe, quam contra ſe ac etiam contra tertium, cujus geſtum eſt negotium credendum eſſe vult. *JC. in l. Argentarius* 4. *pr. ff.*

de

